[illegible]

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. X.

SEDVLII OPERA OMNIA EX RECENSIONE

IOHANNES HUEMER.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXV.

SEDVLII OPERA OMNIA

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

IOHANNES HUEMER.

ACCEDVNT EXCERPTA EX REMIGII EXPOSITIONE IN SEDVLII PASCHALE CARMEN.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXV.

PROLEGOMENA.

I.

Sedulius, de cuius uita et scriptis alio loco [1]) fusius tractauimus, postquam saecularibus studiis colendis uim inpatientis ingenii non utilitati animae sed inani uitae dependere, litterariae sollertia disciplinae lusibus infructuosi operis non auctori seruire sibi uisus est [2]), ad Christi miracula uersibus describenda ob hoc maxime accessit, ut alios exhortationibus ueritatis ad frugem bonae messis inuitans si quando infirmitatis humanae uitiis forsitan lacessitus inpugnaretur, uerbis propriae disputationis ammonitus metueret et qui furta prohibuisset fur uideri uereretur et qui rectae soliditatis iter ostendisset procliuiores lubrici periculosa sectari et clipeo dominicae protectionis armatus inimicae iaculationis tela facili repulsione contemneret [3]). Volumen confectum, cui nomen PASCHALIS CARMINIS inposuerat [4]), poeta Macedonio presbytero, rerum suarum patrono, obtulit perlegendum, qui Sedulio respondit ac praecepit ut carmen in rhetoricum transferret sermonem causis, id quod dolendum est, non adiectis [5]). Neque uero opera

[1]) cf. *De Sedulii poetae uita et scriptis commentatio. Vind. 1878.* — Eodem spectant quaestiones quas postea instituerunt: C. L. Leimbach, *Ueber den christlichen Dichter Caelius Sedulius und dessen Carmen paschale. Goslar 1879* et G. Boissier, *Le carmen Paschale et l'opus P. (Journal des Savants, sept. 1881).*

[2]) cf. epist. ad Maced. p. 3.

[3]) cf. ib. p. 4.

[4]) cf. ib. p. 12.

[5]) cf. ep. ad Maced. alteram p. 171.

sua poeta siue Macedonii censura tetrica deterritus siue morte praematura impeditus ipse edidisse uidetur, siquidem Carmen indigestum et in cartulis scriptum postea Turcium Rufium Asterium exconsulem (consulem anni 494 p. Chr. n.) ordinarium atque patricium ad omnem elegantiam ordinasse et ad legentium utilitatem publicasse testimoniis [1]) in codicibus uetustissimis exstantibus docemur. Idem Sedulii et musarum amicus, cum ecclesia Romana canonem librorum sacrorum esset conditura Sedulii 'ueracis poetae dicta' iterum edidisse et Gelasio papae dedicasse uidetur, id quod ex epigrammate illo dedicatorio [2]) concludimus [3]). Gelasii uero decretum de libris recipiendis uel non recipiendis, quod anno 495 uel 496 prodiisse harum rerum sciti contendunt, Sedulii carmen in hunc modum approbat et collaudat (c. 34): *Item uenerabilis uiri Sedulii paschale opus, quod heroicis descripsit uersibus, insigni laude praeferimus.* Qua summi pontificis approbatione carminis Seduliani laus iam antea peruulgata magna cepit incrementa ab eis praecipue, quos antehac Sedulii imitationem Vergilianam utpote poetae gentilis improbasse est uerisimile. Omnia abhinc fere saecula Sedulii seruauerunt memoriam. Atque non multo post Asterii editionem Liberius et Bellesarius (uel potius Liberius Bellesarius ut arbitror) [4]) Sedulium uersibus acrostichis ac telestichis satis tricosis exornauere et laudauere, quorum carmina etiam nunc in codicibus Sedulianis permultis leguntur (cf. infra p. 307). A saeculo sexto usque ad decimum et postea quantopere Sedulium auctores imitati sint uel quanta cum laude citauerint ex testimoniorum congerie infra (p. 361 s.) composita uideri licet: quae ii qui rei litterariae medii aeui magis gnari sunt facile augebunt. Nam poetam, quem iam Chilpericum regem imitatum esse Gre-

---

[1]) cf. comment. meam p. 31 seq. Testimonia eo loco prolata in permultis aliis codicibus, quos infra enarrabo, leguntur.

[2]) cf. infra p. 307.

[3]) cf. comm. meam p. 34 sq.

[4]) cf. comm. m. p. 51. Praeterea notandum est in codice Montepessulano 362 s. IX Bellesarium Sedulii discipulum nominari cf. infra p. 307.

gorius **Turonensis**[1]) testis est, laude eximia cum aliis poetis sacris praeferunt: **Venantius Fortunatus** c. VIII 1, 57 (ed. Leo):

Quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque coruscat,
Siue Augustinus fonte fluente rigat,
Sedulius dulcis, quod Orosius edit acutus:
Regula Caesarii linea nata sibi est.

Idem in libro primo uitae S. Martini u. 15:

Primus enim docili distinguens ordine carmen
Maiestatis opus metri canit arte Iuuencus.
Hinc quoque conspicui radiauit lingua Seduli.
Paucaque perstrinxit florente Orientius ore,
Martyribusque piis sacra haec donaria mittens
Prudens prudenter Prudentius immolat actus.

Isidorus Hispalensis, cui hi uersus adscribuntur[2]):

Si Maro, si Flaccus, si Naso et Persius horret,
Lucanus si te Papiniusque tedet:
Pareat eximio dulcis Prudentius ore
Carminibus uariis nobilis ille satis.
Perlege facundi studiosum carmen Auiti.
Ecce Iuuencus adest Seduliusque tibi,
Ambo lingua pares, florentes uersibus ambo
Fonte euangelico pocula larga ferunt.

Neque rarius Sedulii auctores eruditissimi ecclesiae Britannicae mentionem faciunt uelut **Aldhelmus Beda Alcuinus**, quem a Carolo Magno in scholam Palatinam adscitum esse constat, Gallicae ecclesiae uelut **Theudulfus**, episcopus ille **Aurelianensis**, **Ermoldus Nigellus**, **Smaragdus abbas**, **Ionas Aurelianensis** alii, inter Germaniae doctores aeuo Carolino illustres **Rhabanus**, abbas Fuldensis: horum

1) Historia Francorum p. 237 (ed. Arndt et Krusch): *Scripsit alios libros idem rex* (sc. Chilpericus) *uersibus, quasi Sedulium secutus; sed uersiculi illi nulla paenitus metricae conueniunt ratione.*

2) cf. **Fabricius** bibl. med. et inf. lat. V 301 M., Reifferscheid *R. P. L.* I 291.

sua poeta siue Macedonii censura tetrica deterritus siue morte praematura impeditus ipse edidisse uidetur, siquidem Carmen indigestum et in cartulis scriptum postea Turcium Rufium Asterium exconsulem (consulem anni 494 p. Chr. n.) ordinarium atque patricium ad omnem elegantiam ordinasse et ad legentium utilitatem publicasse testimoniis [1]) in codicibus uetustissimis exstantibus docemur. Idem Sedulii et musarum amicus, cum ecclesia Romana canonem librorum sacrorum esset conditura Sedulii 'ueracis poetae dicta' iterum edidisse et Gelasio papae dedicasse uidetur, id quod ex epigrammate illo dedicatorio [2]) concludimus [3]). Gelasii uero decretum de libris recipiendis uel non recipiendis, quod anno 495 uel 496 prodiisse harum rerum sciti contendunt, Sedulii carmen in hunc modum approbat et collaudat (c. 34): *Item uenerabilis uiri Sedulii paschale opus, quod heroicis descripsit uersibus, insigni laude praeferimus.* Qua summi pontificis approbatione carminis Seduliani laus iam antea peruulgata magna cepit incrementa ab eis praecipue, quos antehac Sedulii imitationem Vergilianam utpote poetae gentilis improbasse est uerisimile. Omnia abhinc fere saecula Sedulii seruauerunt memoriam. Atque non multo post Asterii editionem Liberius et Bellesarius (uel potius Liberius Bellesarius ut arbitror) [4]) Sedulium uersibus acrostichis ac telestichis satis tricosis exornauere et laudauere, quorum carmina etiam nunc in codicibus Sedulianis permultis leguntur (cf. infra p. 307). A saeculo sexto usque ad decimum et postea quantopere Sedulium auctores imitati sint uel quanta cum laude citauerint ex testimoniorum congerie infra (p. 361 s.) composita uideri licet: quae ii qui rei litterariae medii aeui magis gnari sunt facile augebunt. Nam poetam, quem iam Chilpericum regem imitatum esse Gre-

---

[1]) cf. comment. meam p. 31 seq. Testimonia eo loco prolata in permultis aliis codicibus, quos infra enarrabo, leguntur.

[2]) cf. infra p. 307.

[3]) cf. comm. meam p. 34 sq.

[4]) cf. comm. m. p. 51. Praeterea notandum est in codice Montepessulano 362 s. IX Bellesarium Sedulii discipulum nominari cf. infra p. 307.

gorius Turonensis[1]) testis est, laude eximia cum aliis poetis sacris praeferunt: Venantius Fortunatus c. VIII 1, 57 (ed. Leo):

Quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque coruscat,
Siue Augustinus fonte fluente rigat,
Sedulius dulcis, quod Orosius edit acutus:
Regula Caesarii linea nata sibi est.

Idem in libro primo uitae S. Martini u. 15:

Primus enim docili distinguens ordine carmen
Maiestatis opus metri canit arte Iuuencus.
Hinc quoque conspicui radiauit lingua Seduli.
Paucaque perstrinxit florente Orientius ore,
Martyribusque piis sacra haec donaria mittens
Prudens prudenter Prudentius immolat actus.

Isidorus Hispalensis, cui hi uersus adscribuntur[2]):

Si Maro, si Flaccus, si Naso et Persius horret,
Lucanus si te Papiniusque tedet:
Pareat eximio dulcis Prudentius ore
Carminibus uariis nobilis ille satis.
Perlege facundi studiosum carmen Auiti.
Ecce Iuuencus adest Seduliusque tibi,
Ambo lingua pares, florentes uersibus ambo
Fonte euangelico pocula larga ferunt.

Neque rarius Sedulii auctores eruditissimi ecclesiae Britannicae mentionem faciunt uelut Aldhelmus Beda Alcuinus, quem a Carolo Magno in scholam Palatinam adscitum esse constat, Gallicae ecclesiae uelut Theudulfus, episcopus ille Aurelianensis, Ermoldus Nigellus, Smaragdus abbas, Ionas Aurelianensis alii, inter Germaniae doctores aeuo Carolino illustres Rhabanus, abbas Fuldensis: horum

[1]) Historia Francorum p. 237 (ed. Arndt et Krusch): *Scripsit alios libros idem rex* (sc. Chilpericus) *uersibus, quasi Sedulium secutus; sed uersiculi illi nulla paenitus metricae conueniunt ratione.*

[2]) cf. Fabricius bibl. med. et inf. lat. V 301 M., Reifferscheid B. P. L. I 291.

aliorumque testimonia hic enumerare supersedeo [1]). Quanto studio uero medio quod dicunt aeuo Sedulius lectitatus cultus propagatus sit praeter auctorum testimonia modo memorata catalogi bibliothecarum antiquissimi, qui nostrum saeculum tulerunt non pauci [2]), demonstrant. Satis superque ex his apparet Sedulii opera, poetica praecipue, in bibliothecis Italiae Galliae Germaniae Angliae celeberrimis inter opera pretiosissima fuisse adseruata. Ex quibus libris manuscriptis multi perierunt, multi adhuc exstant. In tanta codicum multitudine ad Sedulii opera recensenda antiquissimi et optimi hi sunt selecti:

M Codex Ambrosianus R. 57 Sup. membranaceus formae octauae palimpsestus, ex quo Angelus Maïus primus eruit ediditque fragmenta orationum pro Scauro Tullio Flacco, saeculo septimo exeunte litteris uncialibus scriptus (cf. A. Peyron, *M. T. Ciceronis pro Scauro* etc. p. 216 sq. et Reifferscheid B. P. L. II p. 87). Liber (siue scedulae) quaternionibus tribus constat foliorum 23, uersuum in singulis paginis plerumque terdenorum bipartitorum. Folio primo superscriptum legitur: *142 Liber sci̅ columani de bobio.* Incipit a u. IV 128, desinit in u. V 438, sex priores enim quaterniones interierunt. In fine uniuscuiusque fere folii scriba litteris semiuncialibus utebatur, ut in spatio coartato singulos uel binos uersus scriptura continua conficeret; sunt autem his litteris scripti uu. IV 140, 141, 154, 155, 168, 169, 196, 211, 224, 263, 264, 277, 278, 304, 305. V 38, 39, 66, 67, 80, 81, 121, 122, 135, 136, 149, 150, 163, 164, 178, 179, 192, 193, 248, 249, 250, 277, 278, 303, 304, 317, 318, 331, 332, 347, 348, 361, 362, 375, 376, 389, 390, 403, 404, 417, 418. Folia hic illic lacera et a Ciceroniani fragmenti editoribus male uti uidetur tractata scripturam praebent partim deprauatam partim minutam, ut certis quibusdam locis nihil nisi litterarum uestigia appareant. Ceterum iam prius ineptus quidam sciolus folia margine in-

---

[1]) cf. indicem I, comm. m. p. 56 seq.

[2]) cf. L. Delisle, *Le Cabinet des manuscrits* II p. 450 sq. et catalogum catalogorum perutilem quamquam non plenum in Mus. Rhen. 1882 p. 486 sq.

feriore decurtato lacerauit. Itaque desiderantur uersus V 206, 207, 431, 432; nonnullarum litterarum uestigia tantum exstant ut V 220, 221, 235, 248, 249, 250. Scriptus est codex sermone qui dicitur uulgari, in quo sollemnis est permutatio uocalium *e* et *ae*, *e* (*ae*) et *i* [1]), *i* et *y*, *o* et *u* (*um*) et in primitiuis uerborum syllabis et in finalibus; *h* modo additur, modo omittitur, praeterea *c* pro *ch*, *qu*, *t*, *u* pro *b*, *t* pro *d*, *f* pro *ph*, *g* pro *i* ponitur; *n m d* superflue adiciuntur: quas scripturae minutias orthographicas, cum ad lectiones recte iudicandas librique ueram aestimationem pertineant, diligenter adnotaui.

Codex uarias expertus est correcturas, quae locis nonnullis exceptis litterarum ductu facile distinguuntur. Correxit primus is qui codicem scripsit uel qui librum contulit, cum hic illic litteras et syllabas omissas reficeret [2]) et archetypi proprietates orthographicas mutaret. Multo plura correxit manus secunda, quae non solum archetypi scripturas, quae ab usu scribendi recedebant, commutauit, sed etiam menda grauiora ex exemplari quodam emendato correxit. Versus V 323, 344 et uocabula a librario omissa suppleuit manus alia, cui etiam glossas quasdam (cf. u. IV 263 *uidentur* 295 *purpura* V 103 *sonuit* 193 *partem australem* 237 *uideam* 68 *quid* [?]) attribuerim. Correctorum manus quam saepe hic liber passus sit, ex notis patebit. Discernere autem quid sit librarii, quid primi correctoris uel posteriorum cum non ubique potuerim, quid scripserit librarius enucleare studui et signo *M*[1], quid ex correctura profectum sit *M*[2] uel *corr. m. 2* indicaui. Atque eandem rationem in ceteris libris sum secutus. Codicem totum Mediolani excussi.

Ex eodem uel simillimo fonte fluxit codex pretiosissimus bibliothecae uniuersitatis Taurinensis E. IV 44. insignitus, T
qui in eadem olim bibliotheca Bobiensi adseruabatur. Folio enim primo legitur: *139 Liber scti columbani de bobio.* Liber mutilus ab initio et quondam cum libro E. IV. 43 signato

---

[1]) Singularis est forma *sedieligat* = *se diligat* V 410.

[2]) Etiam u. IV 143 ab eodem librario additus esse uidetur.

aliorumque testimonia hic enumerare supersedeo [1]). Quanto studio uero medio quod dicunt aeuo Sedulius lectitatus cultus propagatus sit praeter auctorum testimonia modo memorata catalogi bibliothecarum antiquissimi, qui nostrum saeculum tulerunt non pauci [2]), demonstrant. Satis superque ex his apparet Sedulii opera, poetica praecipue, in bibliothecis Italiae Galliae Germaniae Angliae celeberrimis inter opera pretiosissima fuisse adseruata. Ex quibus libris manuscriptis multi perierunt, multi adhuc exstant. In tanta codicum multitudine ad Sedulii opera recensenda antiquissimi et optimi hi sunt selecti:

M Codex Ambrosianus R. 57 Sup. membranaceus formae octauae palimpsestus, ex quo Angelus Maius primus eruit ediditque fragmenta orationum pro Scauro Tullio Flacco, saeculo septimo exeunte litteris uncialibus scriptus (cf. A. Peyron, *M. T. Ciceronis pro Scauro* etc. p. 216 sq. et Reifferscheid B. P. L. II p. 87). Liber (siue scedulae) quaternionibus tribus constat foliorum 23, uersuum in singulis paginis plerumque terdenorum bipartitorum. Folio primo superscriptum legitur: *142 Liber sc̄i columani de bobio.* Incipit a u. IV 128, desinit in u. V 438, sex priores enim quaterniones interierunt. In fine uniuscuiusque fere folii scriba litteris semiuncialibus utebatur, ut in spatio coartato singulos uel binos uersus scriptura continua conficeret; sunt autem his litteris scripti uu. IV 140, 141, 154, 155, 168, 169, 196, 211, 224, 263, 264, 277, 278, 304, 305. V 38, 39, 66, 67, 80, 81, 121, 122, 135, 136, 149, 150, 163, 164, 178, 179, 192, 193, 248, 249, 250, 277, 278, 303, 304, 317, 318, 331, 332, 347, 348, 361, 362, 375, 376, 389, 390, 403, 404, 417, 418. Folia hic illic lacera et a Ciceroniani fragmenti editoribus male uti uidetur tractata scripturam praebent partim deprauatam partim minutam, [illegible] certis quibusdam locis nihil nisi litterarum uestigia a[illegible] Ceterum iam prius ineptus quidam sciolus folia [illegible]

---

1) cf. indicem I, comm. m. p. [illegible]

2) cf. L. Delisle, *Le Cabinet* [illegible] logum catalogorum perutilem [illegible] 1882 p. 486 sq.

-eriore decurtato lacerauit. [illegible]
206, 207, 431, 432; nonnullarum [illegible]
exstant ut V 220, 221, 22[illegible]
codex sermone qui dicitur [illegible]
mutatio uocalium e et a [illegible]
et in primitiuis uerborum. [illegible]
ditur, modo omittitur. praeter [illegible]
pro d, f pro *ph*, *g* pro [illegible]
quas scripturae minutias [illegible]
recte iudicandas librique [illegible]
genter adnotaui.

Codex uarias expertus est [illegible]
exceptis litterarum ducti [illegible]
is qui codicem scripsit [illegible]
litteras et syllabas omissas [illegible]
orthographicas mutaret. [illegible]
quae non solum arche[illegible]
recedebant, commutauit [illegible]
plari quodam emendat[illegible]
bula a librario omissa [illegible]
quasdam (cf. u. IV 2[illegible] partem [illegible]
193 *partem austr*[illegible] attribu[illegible]
Correctorum manus [illegible]
patebit. Discernere [illegible] quid [illegible]
rectoris uel posteriorum [illegible]
scripserit librarius [illegible]
rectura profectum [illegible]
eandem rationem in [illegible]
Mediolani excussi.

Ex eodem [illegible]
bibliotheca [illegible]
qui in [illegible]
enim [illegible]
mu[illegible]

(Cerealis) coniunctus nunc foliis constat 28 ita ut f. 3—27 tres quaterniones efficiant, et continet f. 1—2 Epistulam ad Macedonium a uerbis: *ab scripturis celsioribus* (cf. p. 6, 5) usque ad finem, f. 3^a—26^a paschalis Carminis libros V, f. 26^b—27^b hymnum I, f. 28 praefationem ad p. C. (cf. 14 s.) cum inscriptione et subscriptione. Scriptus est liber ab uno librario uel, si tamen a duobus, certe a duobus per uices operi incumbentibus duplici scripturae genere fol. 1 — 2^r uncialibus, 2^v — 8^v et exceptis quattuor uersibus ultimis 9^r capitalibus, 9^r ultimi quattuor uersus uncialibus, 9^v u. 1 — 18 capitalibus, f. 9^v u. 19 — f. 28^r uncialibus litteris (cf. Pasini, *Codices bibl. Taur.* II p. 244, Peyron l. c. p. 214 sq., Zangemeister et Wattenbach, *exempla codicum Latinorum litteris mai. script.* I p. 4 tab. XVI). Ex unciali scriptura conicitur librum saeculo fere VII exaratum esse. Correctus a manu s. VIII, ut Reifferscheidio (cf. B. P. L. II p. 136) uisum est et infra argumentis comprobabitur. Conlatoris munere functum esse Abundantium quendam subscriptio libri III et IV testatur haec: EGO ABVNDANTIVS ISTVM LIBRVM CONTVLI FELICITER (cf. p. 64 et 112). At in fine libri I et II scriptura langobardica scriptum tantum exstat: *contuli* (cf. Reifferscheid, *commentariolum de latinorum codicum subscriptionibus p. 1 s.*). Duos correctores fuisse ex scripturae indiciis apparet, ex quibus unus leues librarii errores correxit et archetypi proprietates abstersit, alter lectiones antiquas radendo et corrigendo ex libro alius ordinis (cf. infra cod. A) codicem modo deprauauit modo auxit supplendo ea, quae librarius omiserat aut incendium quodam tempore deleuerat. Quae cum ita sint, inprimis lectionibus primae manus inuestigandis operam dedi, ceteras omnes signo T^2 uel *corr. m. 2* indicaui.

Scriptus est codex T eodem quo M sermone uulgari id quod exemplis libro quinto depromptis confirmabo: u. 1 *uirtutes* = *uirtutis* MT, 7 *hac hora* = *hanc horam* MT, *uenit* = *ueni* MT, 19 *suum uerbum* = *suo uerbo* MT, 25 *labans* = *lauans* MT, 28 *traditur* = *traditor* MT, 69 *traditus* = *traditur* MT, 34 *adque* = *atque* MT, 35 *sancxit* = *sanxit* MT, 63 *mina-*

tem = *minacem* MT, 126 *crucis* = *trucis* MT, 64 *horiora* = *oriora* MT, 110 *sequentem* = *sequente* MT, 182 *patulis* = *patuli* MT, 197 *quod* = *quo* MT, 226 *anticum* = *antiquum* MT, 408 *modiquoque* MT, 268 *factis* = *fractis* MT — 71 *plus* = *pius* MT (I 279 *pallurus* = *paliurus* T), IV 213 *tacet* = *tacens* MT; accedit I 329 *cautus* = *catus* T, I 19 *face* = *fauce* T etc. F. 28 legitur praefatio paschalis carminis cum inscriptione ROBEO [1]) PREFATIO OPERIS SACRI LIBRORVM NOVI ET VETERIS TESTAMENTI et in fine ROBEO INCIPET RATRVM OPVS ID EST EX VESTER TESTAMENTI LIBER PRIMVS ET EX NOVO QVATTVOR QVOD SEDVLIVS INTER CARTOLAS SVAS SPARSAS RELIQVID ET RECOLLITI ADVNATIQVE SVNT A TVSCIO RVFO ASTERIO V̄C ET EXCONSOL ORD∞PATRICIO SVPRASCRIPTORVM EDITORE LIBRORVM (cf. de hac subscriptione Peyron l. c. p. 215, O. Jahn, *de subscriptionibus antiquis* [acta soc. litt. Lips. 1851 p. 327 sq.], Haase, *index lectionum uniu.* Vrat. 1860, Reifferscheid, *commentariolum* etc. l. c., meam commentat. p. 31 sq.) [2]). Ipse contuli, locos quosdam I. Mueller a me rogatus iterum inspexit.

Codex Gothanus I 75 membranaceus formae quadratae saeculo VIII litteris anglosaxonicis scriptus foliorum 122 Γ

[1]) cf. meam comment. p. 31 adn. 1. Wattenbachii coniectura probatur fortasse hac uerborum interpretatione: *robeum* = *robum* = *rufum*.

[2]) Verba ad poetam spectantia et multis codicibus peruulgata haec fere sunt:

Hoc opus Sedulius inter	*l* P *incerta* Reg. 1
cartulas dispersum reliquit, quod	*cartolas* H, *chartulas* EKP, *kartulas* D *reliquid* KRΓ Reg. 1 -*t* corr. H *quo* F
recollectum adunatum atque ad omnem elegantiam diuulgatum	*at* P (d superscr.) *elegancia* P, *eligantiam* EGHOR *ac turcio* G *torcio* D, *turcio* (*t* ex *d*) P *rufo* (*o* corr.) EFH, *ruffo* O Reg. 1, *rufino* be, om. G
est a Turcio Rufio Asterio u. c.	v̄·c· P, v̄·c̄ E, v̄c F, *ūc* GHΓ, *uc* RDc, *quinto uicario* Ob, *quinto v. c.* d, *quinto* e, *uiro claro* Reg. 1
exconsule ordinario atque patricio	*consule* FOe *adq·* P, *ac* G *patrio* F, *patritio* Γ

bibliopegae graui iniuria mutilatorum ita ut in margine non solum singulae litterae sed uerba etiam sint abscisa. Continet a f. 4ᵃ—6ᵇ Sedulii uu. II 42—207, f. 7ᵃ—9ᵇ u. IV 138—308, f. 9ᵇ—11ᵃ libr. V cum capitulis libri quinti (f. 9ᵇ); uersus plerumque spatio non intermisso se recipiunt. Post uersus paschalis carminis sequitur hymnus II; a medio f. 20ᵃ litteris minutis atque recentioribus (s. IX) scripti leguntur uersus quidam hymno II adnexi (cf. infra p. 168) et subscriptio: EXPLICIT HYMNVS SEDVLII *poetę uel ređhor⁊ de natiuitate* etc. *decantatus. qui uidelicet hymnus metro iambico t&ra⁊ fertur esse conpositus, quod genus m&ri recipit iambum locis omn⁊ spondeum uero tantū inparib; ut sunt etiam ambrosiani illo g⁊ m&ri decantati. Sedulius uersificus primo laicus in italia philo⁊ didicit, postea cum aliis metrorꝫ eroicū machedonio consulante⁊ In achaia libros suos sḉripsit in tempore ualentiniani & theodo⁊* IN MATH̃ *uersus* ·Ĩ·CC· IN MAR̃ ·Ĩ·C· IN LVC̃·Ĩ·CCC· IN IOH̃·IIJ SVNT SIMVL VIII·CCCC· uersus [1]). Inde alia manu scripti leguntur hymni hi:

---

[1]) cf. Beda de re metr. p. 256, 27 K. Haec pluribus codicibus exstant:

Sedulius uersificus primo	*incipit ars Sedulii poetę qui primo* CO
laicus in Italia philosophiam	
	com O *metrorū* GH *ʰeroicū* G
didicit; postea cum aliis metrorum generibus heroicum metrum	*metricum heroicum* K, *metrum eroicum* F *generibus* om. GH *aliis sociis* F, *aliis consociis heroicum* b
Macedonio consulente docuit. In	*consulante* FG¹H, *consalutante* K *deinde* F
Achaia libros suos scripsit tem-	*cū scripsit* F, *conscripsit* b *in* FGHb
	imp. om. FGKb *filii Arcadii* CO *minoris Th.* C, *iunioris Th.* O
pore imperatorum Theodosii et	*ualentiniani et theodosii* FGHR
Valentiniani.	*ualentini* F, *ualētiani* O *filii Constantini* C, *filii constantii pax* O

f. 20^b [*A*]*ltus auctor omnium*.. f. 21^b *Benedicamus dei nato*; f. 22^b contra haereticos: [*Arri*]*us et Sabellius* [*hae*]*retici inpudici*.. ; f. 23^a EDITVS A S̃CO ELARIO PICTAṼ ẼPO *hymnum dicat turba fratrum hymnum cantus personet etc.*; sequuntur ab alia manu scripti VERSVS BELLESARII SCOLASTICI (cf. infra p. 307); f. 23 Sedulii hymnus I. cum glossis interlinearibus et marginalibus; f. 25^a INCIPIT LIBER ALDHELMI ẼPI GRAMMATICI DE VIRGIN⁓ METRICA TYRONES NVNC PROMVNT CARMINA CASTOS etc.; f. 69^b post uersus: *Rex humilis x̃ps suspensus crimine nullo stauerit atque humili stolidum uirtute* — carmen illud de uentis (cf. Anth. l. 484 ed. Ries.); f. 70^a *Dilectissimo et honorabili s̃co fratri Victurio Hilarus* (sic) *episcopus uobis Romae*.. f. 71^b INCIPIT PROLOGVS *ad eundem de ratione paschae*.. f. 77^a *Explicit prologus s̄ci uicturi ad papam hylarium de ratione paschae.* INC*ipit cyclos uicturi*.. f. 106^a *Explicit cyclus uicturi per annos quingentos triginta duo qui explicitus a capite repetitur. deo gratia* — f. 106^b *Domino uenerando mihi patri Stefano episcopo dyonisius* — f. 107^a INC*ipiunt Canones apostolorum* cf. Jakobs, *Beiträge oder Merkwürdigkeiten der herzoglich öffentlichen Bibliothek in Gotha* II 134 ff. Correctus est textus Sedulii pluribus manibus, ex quibus secunda scripturam manus primae imitabatur, tertia ex codice diuersi generis multa intrusit, quas tamen lectiones plerumque uno eodemque signo *m. 2* indicaui, cum unius primae manus sit auctoritas. Raro adiectae sunt glossae pretii fere nullius.

Eiusdem fere saeculi est cod. Basileensis O IV. 17, qui A
in bibliotheca uniuersitatis Basileensis nunc adseruatur, formae oblongae minoris, litteris anglosaxonicis scriptus. Ex indice uetere folio primo inscripto liber olim continebat foliis 64: *Quedā de s. Martino. Itē apologia Sedulii reth. It' uita s. Eulalie uirg.*, nunc tantum f. 11—64 exstant, quibus Sedulii

---

Sicut in catalogo illustrium reperimus, quem beatus Hieronymus inchoauit, Paterius uero discipulus eius perfecit. *hieronimus in chathalogo* F H de rell. cf. comm. meam p. 21 s., infra p. 316.

carmen mutilum in fine (lib. I — V 227) continetur. Hunc librum e monasterio S. Martini Turonensi in Germaniam esse transportatum ueri non dissimile esse uidetur (cf. Wattenbach, *Geschichtsquellen*[3] p. 224). Habuit liber scriptorem ualde inscium, qui artis metricae ignarus uersus uno tenore scripsit et exemplaris uel exemplarium lectiones discrepantes *l* signo interiecto plerumque iuxta posuit [1]). Collocationem uerborum ad libitum mutasse uidetur. Quaedam correxit manus prima, compluria altera coaeua. In libro quamquam perspicue scripto *a* et *u* litteras non facile dinoscas. Scripturae proprietates partim cum codicibus MT communes partes discrepantes et singulares [2]) diligiter adnotaui [3]).

---

[1]) cf. I 22 *biblis l bellis* I 353 *formam l carnem* I 356 *nosses l nescis* III 167 *largior l agnos agros* IV 112 *in* $\overset{l}{\textit{nau}}$ *alno* IV 131 *uiduauerat l urna orba* — I 80 *angusto mihi calle coartato uiam*, in exemplari haud dubie fuit $\overset{coartato}{\textit{angusto}}$; I 155 in exemplari fuit *spes* $\overset{solo}{\textit{ablata}}$ *bibendi uiuendique fuit*, habet codex: *uiuendique solo fuit*, IV 225 *partequa*, fuit $\overset{parte}{\textit{qua}}$, II 97 *cur sunt trea dona*, fuit *cur* $\overset{sunt}{\textit{tria}}$ *dona*, II 123 *luctum plangoremque* cf. infra p. XXVIII, III 281 *specie ore*, fuit $\overset{specie}{\textit{ore}}$ cf. etiam I 180.

[2]) cf. I 38 *lessis* I 73 *infussum* I 109 *annosso* II 23 *missertus* II 114 *ballatibus* II 140 *ussus* II 137 *possita* III 315 *Cessareum* IV 92 *ollim* — at contra II 71 *fulsise* III 95 *dimisis* —, praeterea 11 3 *abiecias* pro *abicias* III 99 *diescende* pro *discede* I 366 *longua* pro *longa* II 225 *uentuosa* pro *uentosa* II 291 *longuius* pro *longius* III 172 *fluiens* pro *fluens* III 329 *mundialis* pro *mundalis* IV 266 *liongo* pro *longo* I 219 *palliorus* pro *paliurus* . . .

[3]) Inter fragmenta latina bibliothecae Monacensis duo folia uersus Sedulii continere animo benigno Guilelmus Meyer mihi nuper indicauit. Cum litteris merouingicis tum numero DCCLXXI folio alteri adpicto mihi persuasi fragmenta ad s. VIII pertinere. Atque dolendum tantum uu. II 133—362, 275— 287, 289—300 hodie exstare, nam liber eiusdem generis et ordinis erat quo cod. A, ut lectiones II 292 *uiui* = A, *sepultis* = A 276 *inquid* (*indiq*; A) satis demonstrant. Nonnulla a codice A aliena et singularia esse e lectionis uarietate, quam G. Meyer mecum communicauit, edoceberis: II 276 *tradiderit* — *inquid* 278 ET NE NOS INDVCAS IN TEMPTATIONEM 280 *agit* 284 *linquet* — *temptatio* 285 *artum* 289 *sectare quodque* 290 *alet* 295 *conspicuus* — *ad sua* — *iustus* 296 *sinos* — *ad leua* 297 *exercit* — *mittit* 299 *turba*.

Iam ad codices saeculi noni describendos accedamus; sunt uero hi: Codex Karoliruhensis 217, olim Augiensis, formae quadratae s. IX exeunte scriptus [1]) continet f. 1—39 Iuuenci historiam euangelicam, f. 40 Sedulii epistulam ad Macedonium, deinde f. 41[b] adnotationem illam ad Sedulii opera pertinentem *Hoc opus etc.* cum carmine Asterii, tum *Sedulius Macedonio*) epistula premissa presbitero XVI dehinc uersuum prologo lecturos inuitans paupertatem exilis ingenii olerum conparat uilitati, ex cuius carmine de singulis utriusque testamenti miraculis haec sunt capita notata.* Sequuntur capitula librorum (cf. infra p. 147), f. 43[b] INCIPIT VERSVS BELLESARII SCOLASTICI — f. 44 INCIPIT PRAEFATIO PASCHALIS CARMINIS. Post praefationem leguntur illa ad Sedulii uitam spectantia (cf. supra p. VII); item de Iuuenco quae tradidit Hieronymus in libro illo de uiris illustribus cap. 84 — f. 44[b] Sedulii liber primus incipit, qui desinit f. 65[a]. Eiusdem hymni f. 65[b]—67[a] litteris minutis scripti nisi multo cum labore non leguntur, cum folia scabendo sint lacerata et scriptura radendo sit deprauata ac fere euanida [2]). Secunda manus praeter primam multa correxit, item tertia, quae glossas et latinas et germanicas multas initio, raras sub finem adiecerat. Ipse contuli auctoritate libri ex Ludwigii apographo cognita. K

In eodem libro e diuersis exemplaribus excussi iterum leguntur Iuuencus et Sedulius, atque f. 68[a] HIC HIC SVNT EVANGELIA ·IIII· VERSIBVS G. VETTI AQVILINI IVVENCI VC L

*) *epistola Macedonio* DEOP (*Machedonio*) R, *epistola macedonia* Reg. 1 *pbrm* E[2] *permissa* R *laturus* (?) P *prolongo* D *lectulo* D *papertate* P *holeris* P, *holerum* D *ingeniole* B *utilitati* R *miraculž* P *sunt capita* H *capitula prenotata* DR, *sunt capita prenotata* O *coaptata* Reg. 1

---

[1]) In foliolo quodam libro inserto legitur: *Adalbr̄ istū codicem scripsit.*

[2]) Inter diuersa scribarum tentamina, quae f. 67[a] exstant, inueniuntur nomina propria ueluti: *erhart. ratrathart. uuiprehta · mangnam.*

PRBI — f. 106^{b} INCIPIT LIBER ·VC· SEDVLII OPVS PASCHALE — f. 118 EXPL LIBER ·III· SEDVLII OPVS PASCHALE. INCIPIT LIBER CENTO PROBE. At quaternionum et foliorum ordo adeo est turbatus ut inter Iuuenci et Probae carmina Sedulii uersus hodie legantur ita: f. 101^{b}—106 (lib. I 1—231) — f. 122^{a} — 129^{b} (lib. I 231—368, lib. II) — f. 162^{a}—169^{a} (lib. III, IV 1—98) — f. 106^{a}—112^{a} (lib. IV 98—308, lib. V). Carmen ab eadem manu qua pars superior est scriptum, ab eisdem etiam correctum. In bibliotheca satis clara monasterii Augiensis Sedulii Iuuenci Probae compluria exemplaria exstitisse ex uetere catalogo anno 822 confecto docemur, qui legitur in libro illo Neugarti, *episcopatus Constant.* I p. 543 sq.

Z Codex Turicensis C. 68 olim Sangallensis [1]) s. IX exeunte scriptus fol. 127 continet post folia priora, ex quibus unum manu recentiore scriptos exhibet nonnullos uersus hymni Seduliani II (u. 39—110) et carminis Cypriani de resurrectione u. 1—16, alterum canonem euangeliorum rhythmice compositum (cf. Bartsch, *Zeitschr. f. rom. Phil.* II 216, Duemmler, *Anzeiger f. Kunde deutsch. Vorz.* XXVI 80; W. Meyer, *Der ludus de Antichristo* p. 91), incipientem *quam inprimis speciosa quadriga,* desinentem *sexaginta et per duo numerum* — praefationem et carmen Iuuenci (f. 3^{a}—71^{a}), deinde f. 71^{a}—79^{a} Sedulii librum I u. 16—368. Huius folii partem inferiorem explent carmina uaria: *Principium Iani etc.* et *Prima dies Phoebi sacratus nomine fulget* (cf. Riesi Anth. lat. 488 et 640); f. 79^{b} epitaphium Alcuini legitur (cf. Duemmler, *Poet. lat. aeui Carol.* I p. 350, Studia Vind. 1880 p. 72), f. 80^{a} sequitur litteris uncialibus scripta Sedulii praefatio, quam excipiunt paschalis carminis libr. II, III, IV, V; sequitur f. 110^{b} praefatio ad centonem Probae cum carmine eiusdem usque ad f. 124^{b}, deinde carmen acrostichum ac telestichum *Iohannis celsi rimans misteria celi,* quod exstat etiam in codice quondam Sangermanensi nunc Petropolitano Q. I. 15 s. IX (cf. *Neues Archiv* VI p. 510); f. 125^{a} uersus Sedulii in carmine a manu prima omissi V 104—176, 196—201 ab

[1]) cf. Weidmann, *Geschichte der Stiftsbibliothek St. Gallen* p. 428.

eadem manu scripti, quae f. 1 uersus Cyprianos exarauerat; f. 126[b] fabulae V et IX Aviani cum inscriptione communi ASINVS PELLE LEONIS INDVTVS (cf. Aviani fab. ed. Froehner p. 10). Litteras ex parte euanidas manus recens suppleuit inprimis f. 74[a] (u. I 127–138), f. 76[b] (u. 249—255, 268—278), f. 77[b] (u. 295—300), f. 78[a] (u. 334—346) al. et lectionem uariam supra lineam posuit. Cum eadem manus, quae in f. 1 carmina supra enarrata scripsit, multa correxerit multasque glossas adiecerit, lectiones priores non facile est ubique distinguere.

Codex Sangallensis 877 miscellaneus formae quadratae P ex parte ut uidetur a monacho Sangallensi Ruadkero [1]) s. IX scriptus post uarios grammaticorum praecipue libros continet p. 117—203 Sedulium (cf. G. Scherrer, *Verzeichnis der Handschriften der Stiftsbibliothek St. Gallen* p. 305). Atque p. 117—123 leguntur capitula in tres libros digesta (cf. infra p. 147), p. 124—125 fragmentum libri I paschalis operis sine inscriptione, p. 125—132 epistula ad Macedonium cum carmine Asterii (*Hoc opus* etc.) et praefatione illa prosaica (*Sedulius epistola Macedonio praemissa etc.*); p. 130 incipit paschale carmen libris V diuisum; p. 201 legitur hymnus II, p. 203 hymni primi u. 1—14, quaternio enim XIII. quattuor foliis constat. Sedulium excipit Donatus minor p. 204: *incipiunt feliciter primae partes artium Donati grammatici urbis Romae.* In pagina nouissima (163) quaternionis decimi radendo litterarum uestigia tantum sunt reliqua. Liber diuersis manibus est scriptus atque quaterniones XI et XII et XIII (u. III 87—V 438) litteris minutis, lectiones uariantes et glossae in hac parte multae leguntur. Discrepat scriptura hymnorum (fine alterius excepto), quae cum scriptura epistulae facit. Secunda manus suppleuit uersus, quos prima omiserat I 294—297, IV 184, V 196–202; desunt adhuc V 104. 176, quam

[1]) pag. *182* ter legitur nomen Ruadkeri, quem anno 879 diploma quoddam scripsisse docet Wartmann, *Urkundenbuch der Abtei St. Gallen* II p. *221*. Eundem etiam Turicensem et alterum Sangallensem, quem *infra* describam, excussisse in studiis Vindobonensibus 1880 p. 71 suspicatus sum.

lacunam manus altera indicauit in marg. uersus 102 *hic.... dimissue XIIII* (cf. supra cod. Z). Librum a me rogatus iterum iterumque inspexit Idtensohn liberalitate grata mihi mente recolenda.

Inter libros Gallicos uetustate et auctoritate eminent: Codex
E bibliothecae scholae medicinalis Montepessulanus 362 (ex libris oratorii collegii Trecensis) membranaceus formae quadratae s. IX scriptus. Continet f. 1^a—4^b epistulam ad Macedonium, deinde praefationem illam prosaicam *Sedulius epistola etc.* et uersus Bellesarii (II^a) cum adnotatione *Hoc opus* etc. F. 5, 6, 7 manu recentiore (s. XIV) scripta [1]) continent carmen Asterii et iterum praefationem prosaicam capitula libri I paschale carm. lib. I u. 1—92, f. 8^a—36^a reliquos uersus carminis per IV libros digestos, deinde hymnos duos et Bellesarii carmen (cf. infra p. 309 II^b et II^a). Sequitur f. 39^a praefatio ad Iuuenci carmen *Matheus instituit uirtutum tramite mores* etc. et carmen ipsum usque ad f. 93^b; a f. 94^a—267^a Lucani Pharsalia leguntur (cf. catalogue des départ. I). Correctus est liber a manu secunda, quam secuta est alia. Praeter capitulorum inscriptiones et in margine et supra lineam glossae [2]) permultae inueniuntur. Ipse contuli.

F Codex Parisinus latinus 9347 olim Remensis (f. 2^b in ora summa: *Liber sci Remigii uolumen IIII* et f. 2^a in ora infima *Remigius Constanti*, f. 18 LIB SCI REMIGII) membranaceus formae maximae s. IX scriptus continet praeter Iuuencum Prosperum Sammonicum Aratorem Venantium Fortunatum carmina quaedam adespota (cf. Duemmler, *Neues Archiv* IV 120 et Studia Vind. IV 171 ff.) Sedulium, atque f. 1^b adnotationes illas ad poetae uitam pertinentes *Sedulius uersificus* etc.; sequuntur quaedam alia eadem fere quae ex codice Vindobonensi 85 edidi in *Zeitschr. f. österr. Gymn.* 1876 p. 503, historia de Arrio haeretico, f. 2^b hymnus II. F. 3 epistula ad Macedonium incipit, quam excipit argumentum

---

[1]) Lectionem huius manus praetermisi.

[2]) In his f. 1 nomen *Vegetii*, f. 9 *Cassiodori* citatur.

quoddam libri primi f. 4ᵃ. *Genitorem nati atque filium patris peto quoque sanctum spiritum trinitatem in substantia una cui semper sua seruauit factura uti possim* (ex *possumus*) *proferre de pluribus pauca uerbis licet rudibus — quis enim cuncta fari poterit quae Saluator nostra causa fecerat. Enoch ergo etc.* Sequitur *Hoc opus etc.* cum carmine Asterii interposita inscriptione PASCHALIS CARMINIS LIB̃ PRIM', deinde paschale carmen quattuor libris comprehensum cum hymno I et subscriptione *hieronimus in chathalogo Sedulius uersificus etc.* — uersus Bellesarii (cf. infra p. 307 IIᵃ et IIᵇ). Paginae columnarum binarum undequadragenorum uersuum; duae manus correxerunt et glossas inter lineas et ad marginem adiecerunt. In fine libri hi uersus leguntur: *Christe deus nostre benedic conuiuia mensae | quaeque tuis seruis mitissime dona dedisti | per te sint benedicta quidem. tu largitor almus.*

Codex Parisinus latinus 14 143 (S. Germani a Pratis 1455, olim Corbeiensis) membranaceus formae octauae s. IX scriptus, cuius catalogus uetus monasterii Corbeiensis iam mentionem facit (cf. Delisle, *Le Cabinet des mss.* II 432 n. 282), continet f. 1ᵃ hymnum *benedicamus domino* cum neumis; f. 2 lacerum in ora summa habet uerba scriptoris KŁ M̄E *hunc librum inchoauim'* ~ V̄ ID̄ IVL̄. In pagina altera eiusdem folii a duorum glossatorum manibus leguntur nonnulla de uita et scriptis Sedulii *Sicut sc̄s hieronimus dicit in cathalogo uirorum illustrium. Iste Sedulius primo laicus fuit et in achaia docuit seculares disciplinas. Postea uero totum se ad deum contulit et omne studium, quod ante habuerat in illis secularibus disciplinis, conuertit ad diuinas scripturas. Scripsit ergo librum hunc de uetere et nouo testamento* etc. (cf. F) — deinde INCIPIT ARS SEDVLII POETE QVI PRI... PHYLOSOPHIAM DIDICIT POST.. GENERIBVS EROICV̄ METRVM MACEDON... IN ACHAIA LIBROS SVOS SCRIPSIT... THEODOSIO ET *ualent*... — f. 3 fragmentum epistulae ad Macedonium (ab... *nutrimentum quod in me etc.*) cum glossis plerisque, quod excipit f. 6ᵃ HOC OPVS *etc.* cum carmine Asterii (INCIPIVNT VERSVS EIVSDEM). Sequitur SEDVLIVS EPISTOLA etc., deinde paschale carmen G

libris quinque comprehensum — f. 50^b hymn. I — f. 52^a carmina Bellesarii (I^b et II^a) inscriptione erasa — f. 54^a iterum *Sedulius uersificus* etc. — f. 54^b hymnus II — f. 55^b—59^b Pauli Diaconi carmen de S. Benedicto (cf. Duemmler, *Poetae l. aeui Car.* I 34) — f. 60^a Einhardi rhythmus de passione Christi martyrum Marcellini et Petri (cf. Duemmler l. c. II p. 126) — f. 60—68^b de gradibus sacerdotum et clericorum et episcoporum — f. 72^a—82 carmen ineditum de S. Quintino (cf. Duemmler, *Neues Archiv* IV 262). A duobus scriptoribus glossae sunt adiectae (rarae sub finem); duarum manuum correcturas expertus est liber, quae ad aliud exemplar pertinent. Capitula in margine adsunt.

H Codex Parisinus latinus 13 377 (S. Germani a Pratis 1312, olim Corbeiensis 244) membranaceus formae octauae et f. 150 s. IX scriptus continet ex indice f. 1 sermonem S. Augustini in cathedra S. Petri [1] (= Fulgent. p. 358 ed. Ven.) — f. 2—12^b uitam S. Demetrii martyris — f. 12^b—15^b sermonem Augustini de omnibus sanctis apostolis (= Maximi Taurinensis hom. p. 305 ed. Rom.) cum subscriptione: *Quicumque hos sermones legeris memento in orationibus tuis* ////// *qui eos in quodam Ambianensi libro inuentos in honore scorv aplorv prout potuit in hoc libro de salute anime sue descripsit. porro hec utcumque scripta ut melius rescribat qui insumpserit laborem. hęc in exemplar*///// *a deo habeat retributionem.* Sermones uariis iisque recentioribus manibus sunt scripti. A f. 16 radendo et conglutinando corrupto usque f. 18^a pertinet epistula ad Macedonium; sequitur *Hoc opus* etc., f. 18^b inscriptio carminis libri I, quam excipit carmen Asterii et *Sedulius epistola* etc. cum capitulis. Paschale carmen libris quattuor comprehensum pertinet usque ad f. 52 med., inde hymnus I cum uersibus Bellesarii (II^a et II^b) et adnotatione HIERONIMVS IN CATHALOGO *Sedulius uersificus etc.* legitur, tum litteris minutis

---

[1]) In fine post rasuram legitur: ... VT CORBEIA BONO CARVIT FVLCHONE PATRONO | CEPIT DESTITVI NOBILITATE SVI | VERV E REQVIESCAT H. IN PACE. AM. FIAT AVGVSTINVS QVI *defecerit in semine non gaudebit in messe.*

a manu recentiore scriptus hymnus II. cum neumis et *Felix nimium aetas contenta fidelibus etc.* — f. 56ᵃ *haec Augustini ex sacris epygrammata dictis* (= in epigram. Prosperi cf. A. Mai class. auct. V 386) — f. 56ᵇ INCIPIVNT EPY*grammata Prosperi* (f. 80—82 poema ad uxorem exstat, quod Paulino Nolano uulgo adscribitur p. 738 ed. Mign.) — desinunt in f. 82 cum subscriptione EXPLICIT EPIGRAMMATVM SCI PROSPERI. F. 82ᵇ explent excerpta ex Bedae historia eccles. Anglorum (III 151) — f. 83ᵃ INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI BEDAE DE ARTE METRICA — f. 107ᵃ incipit Alcuini grammatica seu dialogus inter Francum et Saxonem, qui usque ad f. 148ᵇ pertinet. Inde uaria Alcuini praecipue carmina sequuntur cf. Duemmler, *Poet. lat. aeu. Car.* I p. 632, p. 300 c. LXXXII p. 303 c. LXXXV 2. Concluditur liber oratione Eugenii Toletani f. 149ᵇ *Res ds inmensi qui constat machina mundi.* Glossae et correcturae a duabus manibus sunt profectae, quae etiam uersus euanidos suppleuerunt.

Saeculo nono uel decimo scripti sunt:

Codex Bernensis 267 membranaceus formae quadratae B f. 33 olim liber sancti Benedicti monasterii Floriacensis (cf. f. 18ᵃ *liber sancti Benedicti abatis floriacesi.ceno* et 33ᵇ in marg. *scripsit monac | [bene]nedicti patris | ūnus*) continet paschalis carminis in quattuor libros diuisi lib. I uu. 339—368 lib. II u. 1—25, 102—177 lib. III 189—339 lib. IV et V u. 1—56, 95—438 hymn. I et II cum scholiis interlinearibus, quae tamen a f. 45 desinunt. Scriptura f. 1—18 fere euanida nisi summa oculorum intentione non legitur. Nonnulla correxit manus prima compluria manus altera atramento nitido (cf. Hageni catal. cod. Bern. p. 300; Halm, *Verzeichniss der älteren Handschriften lateinischer Kirchenväter in den Bibliotheken der Schweiz* p. 51).

Codex Carnotensis 58 (ex libris monasterii S. Petri Carno- C tensis ordinis S. Benedicti congregationis) membranaceus formae quadratae continet post dialogum S. Gregorii et tractatum de quattuor quae fiunt in ecclesia sacramentis f. 39 Sedulii carmen libris IV diuisum cum inscriptione INCIPIT ARS SE-

DVLII POETE *qui primo laicus etc.* (cf. infra Ottobianum 35). Sequitur epistula ad Macedonium usque ad uerba *dum profusius,* reliqua epistulae leguntur 77ᵃ; inde f. 41 GRAMMATICI POETÆ DE MIRACVLIS VETERIS TESTAM̃TI. Dissentit textus et ordo capitulorum ab iis, quae infra ex uetustioribus libris edidi cf. *I De enoch translato. II de abraham et sarra. V de uirga in draconem c̄uersa. III de loth et eius uxore. IIII de igne non ardente in rubo. VI de siccato mari rubro. VII de man* (*n* ex corr.) *caelesti* etc. Ordo foliorum ualde est turbatus: f. 83 et 81 hymnus I cum carminibus Bellesarii (IIᵃ et IIᵇ), f. 87 hymni II u. 1—61 leguntur. De Alcuini uita Antichristi et reliquis, quae in codice exstant, cf. *catalogue des manuscrits de la ville de Chartres* 1840 et Pertz, *Archiv* VIII p. 386. Codicem ex alio exemplari manus secunda correxit, ad quam accessit tertia (cf. IV 100). Glossae permultae in epistula ad Macedonium et in hymno I. leguntur.

R Codex Sangallensis 197 formae quadratae, paginarum 398, qui nunc est cum quattuor aliis conglutinatus (cf. Scherrer, *Verzeichnis der Hss. der Stiftsbibliothek von St. Gallen*), continet f. 369—397 Sedulii paschale carmen in tres libros diuisum. Iuuenci carmen excipit epistula a. M., quam sequitur *hoc opus etc.* et carmen Asterii, deinde *Sedulius epistola Macedonio..* cum capitulis libri I et II ab H et K uix fere discrepantibus; f. 372 paschale carmen incipit. Paginae binis columnis diuisae uersuum sunt quadragenorum. Cum quaternionis septimi folium ultimum sit auulsum, hymni I. duo tantum uersus exstant. In eodem folio scribendi lusus deprehenduntur, qui lusibus librarii cod. P sunt similes. In margine inferiore quorundam foliorum litterae fere euanuere. Manus secunda correcturas atramento distinctas addidit.

Saeculo decimo adscribuntur:

S Codex Sangallensis 242 pag. 272, qui nunc cum duobus aliis est conglutinatus, continet post Aldhelmum p. 168—243 Sedulii paschale carmen libris quattuor diuisum et hymnum primum. Hic liber glossis cum latinis tum theotiscis et notis

musicis [1]) est speciosus, quae p. 194—205 sunt rariores uel rarissimae; paginae 202—204 ab alia manu scriptae esse uidentur. Is qui codicem correxit litteras euanidas et uersus omissos suppleuit. Paginae uersuum sunt uicenorum quinorum (cf. Scherrer l. c. p. 89) [2]).

Codex Monacensis latinus 18628 (quondam monasterii S. Quirini Tegerns. 628) membranaceus formae quadratae continet f. 16 Bellesarii carmen (II^{b}) cum inscriptione libri primi: INCIPIT PREFATIO LIBRI HVIVS — f. 17^{a} a manu glossatoris *in catalogo uirorum illustrium quod in libro, quem beatus hieronimus inchoauit sed paterius discipulus eius perfecit, ibi legitur quis fuerit iste sedulius. fuit enim primo laicus seculari sapientiae deditus. postea ad deum conuersus scripsit hunc librum quasi per dyrocheum id duplicem refectionem de ueteri et nouo testamento* (cf. infra p. 316 et comm. meam p. 22 sq.). Sequitur epistula a. M. et carmen libris quattuor comprehensum cum glossis marginalibus et interlinearibus (cf. *Anzeiger f. Kunde deutsch. Vorzeit* 1876, 8), deinde f. 66—69 hymni duo, f. 70^{a} *hoc opus Sedulius etc.* cum carmine Asterii (u. 1 et 2), f. 70^{b} prologus centonis Probae (cf. Riesii Anth. lat. 735) et carmen Bellesarii (II^{a}) leguntur. Capitula in margine et inter uersus exstant. Correctus est liber a glossatore (cf. catalogum codd. manuscr. bibliothecae regiae Monacensis II 3, 191). T

Codex bibliothecae publicae ciuitatis Treuericus 1464 membranaceus formae maximae f. 245 s. X inferior [3]) continet f. 1—114 Prudentium cum glossis germanicis, f. 115—168 D

[1]) cf. Schubiger, *Sängerschule* p. 6 sq.

[2]) Praeter libros descriptos in bibliotheca celeberrima monasterii Sangallensis etiam alios per medium aeuum exstitisse ex uetere illo bibliothecae catalogo (cf. Weidmann l. c. p. 364, 392) et fragmentis adhuc exstantibus docemur ueluti cod. 44 s. VIII p. 182 uersus I 17—24 continet; cod. 120 s. IX p. 1 uers. III 1—14; cod. 1395 s. X uers. I 32—368 II 1—22, 67—88, 30—66, 104—141; cod. 873, quem Jodocus Lugensekr a. 1508 scripsit, f. 141—207 Sedulii p. carmen cum hymno I.

[3]) cf. carmen quod in folio 1 exstat ap. Miraeum opp. dipl. I. 296.

Boetium, f. 169 Eugeni Toletani carmen (cf. studia Vindob. 1883 p. 168), f. 169—170 epistulam a. M. et *[h]oc opus sedulius etc.* cum carmine Asterii et praefatione prosaica illa *Sedulius epistula Macedonio etc.* Capitula (ad I et II 1—282) cum cod. H et K faciunt. F. 172^a—195^a continent paschale carmen, f. 195^a carmina Bellesarii (II^a et II^b) et hymn. I u. 1—100 (u. 100—105 et hym. II desunt folio uno auulso); f. 197—198 horologium, f. 198—232 Aratorem, f. 232—240 Auienum, f. 241—245 disticha Catonis, f. 245 fragmentum carminis Eugeniani (cf. de hoc libro Langeni quaest. Boetianas quae sunt inter symbolas philologorum Bonnensium in honorem Fr. Ritschelii collectas p. 263—268). Margines quorundam foliorum adeo accisi sunt, ut singulae litterae aut uocabula desint. Capitula atramento rubro scripta partim inter lineas partim in margine leguntur, sub finem desiderantur. Glǫssae rarae apparent.

E codicibus Romanis, qui Areualo editionem anno 1794 paranti praesto fuerunt, saeculo decimo adscribuntur:

O Codex Vaticanus Ottobianus 35 membranaceus formae octauae f. 81 continet Sedulium et Iuuencum (cf. Areuali prol. p. 48, Reifferscheid B. L. I. p. 594). Atque f. 1—3 legitur epistula a. M. cum adnotatione *hoc opus sedulius etc.*, carmine Asterii, praefatione capitulorum *Sedulius epistola* etc. Sequuntur *indicia titulorum XXIII singulis sequentibus capitulis siue coaptata. Versus Sedulii de Christo A solis* etc. F. 4^b—33 p. carmen quattuor libris conprehensum, eodem folio carmen Bellesarii (II^a) — f. 33^b hymn. I cum subscriptione *Incipit ars Sedulii poetae etc.* (cf. supra p. XVII) — f. 35^b *incipit glossa de prosa Sedulii* — f. 36 aenigma poeticum — f. 36^b—81 Iuuenci carmen legitur. Lectiones huius libri om-
Rom. niumque Romanorum ex Areuali commentario recepi. De Ottobiano 2 (cod. Ottob. 36 s. XV) cf. Areu. p. 48.

Reg. 1 Codex Vaticanus Reginensis 333 membranaceus formae quadratae auctore Reifferscheidio (l. c. p. 382) s. X scriptus continet post Iuuencum f. 101^b—162^b Sedulii p. carmen quattuor libris diuisum. Sequitur *Domino sacro sco beatissimo atque apostolico et in toto orbe primo omnium sacerdotum*

papae uigilio Arator subdiaconus — f. 163 *hoc opus sedulius etc.* cum carmine Asterii et praefatione capitulorum *Sedulius epistola etc.* — *coaptata Iheronimus in cathalogo scriptorum dicit* et carminibus Bellesarii (II[a] et II[b]) (cf. Areuali prol. ad Iuuencum 2, 48 ad Sedul. 3, 66).

Codex **Vaticanus Reginensis** 166 membranaceus formae octauae continet post epistulas quasdam Apollinaris Sidonii f. 42—45[b] Sedulii ep. a. M. cum glossis et *hoc opus etc.* — f. 46 Prudentii psych. initium — f. 50 paschalis carm. lib. V u. 110—438 hymn. I Bellesarii carmina, carm. 716 u. 1—8 Anth. Lat. (ed. Ries.), hymn. Sedulii II u. 1—36 (cf. Areu. prol. ad Sed. p. 44, Reifferscheid. l. c. p. 406). Reg. 3

Codicis **Vaticani Reginensis** 1560 miscellanei f. 10—23 s. X scripta continent Sedulii Carm. I 121—368 II 1—300. — F. 9 (s. XI auctore Mau) epistulam a. M. a uerbis *nec ieronimi* usque ad finem exhibet (cf. Areu. l. c. p. 44). Reg. 4

Saeculo undecimo scriptus est codex **Vaticanus Reginensis** 300 membranaceus, qui post Aratorem f. 41—77 Sedulium continet atque f. 41 epistulam a. M. cum subscriptione *finit prologus sedulii presbiteri* | *hoc opus sedulius inter cartulas etc.*; sequitur carmen Asterii et post praefationem *Incip sacrum opus ex ueteri testamento quod poeta incitat se ad scribendum Cum sua gentiles* etc. — F. 76 desinunt Sedulii carmina quae excipiunt f. 77 carmina Bellesarii disticha Catonis (cf. Baehrens, Poet. lat. m. III 212) Eugenii metrum de decem plagis (cf. Areuali prol. p. 43, Reifferscheid. l. c. p. I 314). Reg. 2

Areualo auctore (prol. p. 42) eiusdem saeculi est codex **Vaticanus** (ueteris bibliothecae) 1665, qui praeter Aratorem Sedulii p. c. lib. I hymnos epistulae a. M. fragmentum (usque ad uerba *de cottidianae uero misericordiae*) continet. Cetera desunt folio uno auulso uel pluribus. Post hymnum I leguntur duo uersus qui Sedulio sunt abiudicandi: V

Haec tua perpetuae quae scripsi dogmata uitae,
Corde rogo, facias, Christe, manere meo

(cf. meam comm. p. 46). De **Vat.** 2 (Vatic. 3178 s. XV) cf. Areual. p. 40. Ex recentioribus libris ab Aruealo excussis Vat. 2

quod quisque memorabile continet, in apparatu critico deprehendes. Nam in tanta uetustorum librorum copia codices recentiores prorsus spernere nolui (qua in re uereor ne uituperandi ansam praebuerim) eo consilio ductus, ut per medium aeuum in quantum lectio Seduliana aut a uiris doctis sit emendata et castigata aut a librariis indoctis a uero detorta et deprauata exemplis parcis ostenderem. Inter quos eminet:

b Bernensis 286 membranaceus formae quadratae f. 89 s. XI scriptus, qui post glossarium breue latinum Sedulium continet atque f. 3[a] *hoc opus sedulius etc.* — *sedulius epistola macedonio etc.* — *istud sequens XVI uersuum apologeticum elegiaco carmine metro constat esse compositum*, VERSVS ASTERII *Summe sacer etc.* — *Sedulius uersificus primo laicus etc.* In fine adnectitur: *Mos est poetarum in suis carminibus componere excusationem ut est 'nec quaeras opus hic' prefatio ut est 'cum sua gentiles' inuocatio ut est 'omnipotens aeterne Deus' expositio ut est 'primus abusque chao' uel 'expulerat primogenitum' et rel. apologeticum est excusatio in quo solent quidam accusantibus respondere, in defensione ac negatione sola positum et est nomen graecum.* Sequitur f. 4—41[b] epistula a. M. et pasch. carmen quattuor libris diuisum cum hymnis; f. 42[a]—89 Aratoris subdiaconi carmina cum scholiis marginalibus; f. 89[a] quaedam de Aratoris uita (cf. studia Vind. II 89). De hoc libro cf. Hageni catal. p. 308.

β Cum codice Bernensi 546 coniunctum est fragmentum quoddam f. 54[a]—61[b] (s. XI—XII) complectens Sedulii epistulam libr. I u. 1—99 hymnum primum (cf. Hageni cat. p. 452).

c Codex Vindobonensis 307 membranaceus formae quadratae s. XI scriptus continet f. 91—58 Sedulii carmina, f. 59[b] orationis dominicae expositionem et de etymologia uocabulorum tragoediae et comoediae fragmentum. Dissentit liber diuisione librorum, post u. 260 libri quinti legitur: *Explicit liber quartus noui testamenti. Incipit liber V.*

d Codex Vindobonensis 85 membranaceus f. 134 f. 1—2 centonem rerum ad poetae uitam spectantium continet (cf. *Zeitschr. f. österr. Gymn. 1876* p. 500), f. 41[b]—42[b] uersus

Bellesarii, 2^{b}—41^{b} pasch. carmen cum hymnis, f. 42^{b} uersus
memoriales de auibus quadrupedibus et arboribus, f. 43^{a}—57^{b}
A. Persii Flacci satyr. sex, f. 58^{a} glossarium latinum, f. 58^{b}—
134^{b} Terentii comoedias sex.

Codex Monacensis latinus 14569 (ol. S. Emmerami F 72) e
membranaceus s. XI f. 33^{a}—72^{b} continet Sedulii p. carmen
mutilum ab initio (duobus foliis auulsis incipit I 48) et hym-
nos cum subscriptione *hoc opus* etc., quae nomine *rufino
asterio quinto* cum codice b facit. Glossae et in margine et
inter uersus multae leguntur (cf. cat. codd. Mon. II 4, 2 p. 194).

Codex Monacensis latinus 14693 (ol. S. Emmerami G 77) f
membranaceus s. XII scriptus f. 57^{a} epistulam a. M., f. 62^{b}
Bellesarii carmen (II^{b}), f. 62^{b}—110^{a} pasch. carmen cum hym-
nis exhibet. Glossae a duabus manibus sunt adiectae. Post
hymnum II sequitur: *Hic ordiuntur capitula libri bestiarum
uolucrum seu uermium* (cf. catal. codd. Mon. II 4, 2 p. 219). Solis
codicibus Monacensibus etiam recentissimis usus est J. Loos-
horn ad exornandam editionem, quae prodiit Monachi 1879.

Praeter Monacensem (f) ex libris s. XII scriptis hic illic
laudaui codicem biblioth. uniuers. Graecensis 1585, cuius g
collationem M. Petschenigii benignitati debeo; codicem biblio-
thecae Admuntensis 472 decurtatum a l. III 165—IV 189, a
Marcianum cl. XII c. VII membranaceum fol. 36, quem m
Rabodo quidam scripsisse uidetur (cf. f. 5^{b} *Rabodo me fecit*
et f. 1^{b} *ich bieten dich fr.. durch diner sût*). Liber exhibet
fragmentum: *ex concil agatense. ex concil Aureliani quaedam
de clericis*, deinde Sedulii epist. ad M. cum multis glossis,
quam excipit tractatus quidam de poeta eiusque scriptis (cf.
meam comm. p. 16), Bellesarii carmen (II^{b}), prologus centonis
Probae. Sequuntur eadem fere quae e cod. Vind. 85 iam
prius edidi. Desunt u. I 335—III 295 et hymnus II.

De codice Laurentiano plut. XXIV cod. XII s. XII meo l
quidem iudicio scripto cf. Bandini *catal. bibl. Mediceae Lau-
rentianae* t. IV p. 178 et Areuali prol. p. 54. Neque uiri
docti qui ante Areualum Sedulii carmina ediderunt libris
scriptis erant destituti. Henricus I. Arntzenius in editione cod. Arntz.

quod quisque memorabile continet, in apparatu critico deprehendes. Nam in tanta uetustorum librorum copia codices recentiores prorsus spernere nolui (qua in re uereor ne uituperandi ansam praebuerim) eo consilio ductus, ut per medium aeuum in quantum lectio Seduliana aut a uiris doctis sit emendata et castigata aut a librariis indoctis a uero detorta et deprauata exemplis parcis ostenderem. Inter quos eminet:

b Bernensis 286 membranaceus formae quadratae f. 89 s. XI scriptus, qui post glossarium breue latinum Sedulium continet atque f. 3ᵃ *hoc opus sedulius etc. — sedulius epistola macedonio etc. — istud sequens XVI uersuum apologeticum elegiaco carmine metro constat esse compositum*, VERSVS ASTERII *Summe sacer etc. — Sedulius uersificus primo laicus etc.* In fine adnectitur: *Mos est poetarum in suis carminibus componere excusationem ut est 'nec quaeras opus hic' prefatio ut est 'cum sua gentiles' inuocatio ut est 'omnipotens aeterne Deus' expositio ut est 'primus abusque chao' uel 'expulerat primogenitum' et rel. apologeticum est excusatio in quo solent quidam accusantibus respondere, in defensione ac negatione sola positum et est nomen graecum.* Sequitur f. 4—41ᵇ epistula a. M. et pasch. carmen quattuor libris diuisum cum hymnis; f. 42ᵃ—89 Aratoris subdiaconi carmina cum scholiis marginalibus; f. 89ᵃ quaedam de Aratoris uita (cf. studia Vind. II 89). De hoc libro cf. Hageni catal. p. 308.

β Cum codice Bernensi 546 coniunctum est fragmentum quoddam f. 54ᵃ—61ᵇ (s. XI—XII) complectens Sedulii epistulam libr. I u. 1—99 hymnum primum (cf. Hageni cat. p. 452).

c Codex Vindobonensis 307 membranaceus formae quadratae s. XI scriptus continet f. 91—58 Sedulii carmina, f. 59ᵇ orationis dominicae expositionem et de etymologia uocabulorum tragoediae et comoediae fragmentum. Dissentit liber diuisione librorum, post u. 260 libri quinti legitur: *Explicit liber quartus noui testamenti. Incipit liber V.*

d Codex Vindobonensis 85 membranaceus f. 134 f. 1—2 centonem rerum ad poetae uitam spectantium continet (cf. *Zeitschr. f. österr. Gymn. 1876* p. 500), f. 41ᵇ—42ᵇ uersus

Bellesarii, 2^a—41^b pasch. carmen cum hymnis, f. 42^b uersus memoriales de auibus quadrupedibus et arboribus, f. 43^a—57^b A. Persii Flacci satyr. sex, f. 58^a glossarium latinum, f. 58^b—134^b Terentii comoedias sex.

Codex Monacensis latinus 14569 (ol. S. Emmerami F 72) e
membranaceus s. XI f. 33^a—72^b continet Sedulii p. carmen mutilum ab initio (duobus foliis auulsis incipit I 48) et hymnos cum subscriptione *hoc opus* etc., quae nomine *rufino asterio quinto* cum codice b facit. Glossae et in margine et inter uersus multae leguntur (cf. cat. codd. Mon. II 4, 2 p. 194).

Codex Monacensis latinus 14693 (ol. S. Emmerami G 77) f
membranaceus s. XII scriptus f. 57^a epistulam a. M., f. 62^b Bellesarii carmen (II^b), f. 62^b—110^a pasch. carmen cum hymnis exhibet. Glossae a duabus manibus sunt adiectae. Post hymnum II sequitur: *Hic ordiuntur capitula libri bestiarum uolucrum seu uermium* (cf. catal. codd. Mon. II 4, 2 p. 219). Solis codicibus Monacensibus etiam recentissimis usus est J. Looshorn ad exornandam editionem, quae prodiit Monachi 1879.

Praeter Monacensem (f) ex libris s. XII scriptis hic illic laudaui codicem biblioth. uniuers. Graecensis 1585, cuius g
collationem M. Petschenigii benignitati debeo; codicem bibliothecae Admuntensis 472 decurtatum a l. III 165—IV 189, a
Marcianum cl. XII c. VII membranaceum fol. 36, quem m
Rabodo quidam scripsisse uidetur (cf. f. 5^b *Rabodo me fecit* et f. 1^b *ich bieten dich fr.. durch diner sût*). Liber exhibet fragmentum: *ex concil agatense. ex concil Aureliani quaedam de clericis*, deinde Sedulii epist. ad M. cum multis glossis, quam excipit tractatus quidam de poeta eiusque scriptis (cf. meam comm. p. 16), Bellesarii carmen (II^b), prologus centonis Probae. Sequuntur eadem fere quae e cod. Vind. 85 iam prius edidi. Desunt u. I 335—III 295 et hymnus II.

De codice Laurentiano plut. XXIV cod. XII s. XII meo l
quidem iudicio scripto cf. Bandini *catal. bibl. Mediceae Laurentianae* t. IV p. 178 et Areuali prol. p. 54. Neque uiri docti qui ante Areualum Sedulii carmina ediderunt libris scriptis erant destituti. Henricus I. Arntzenius in editione cod. Arntz.

anno 1761 foras edita codice parentis sui, quem is Plin.
paneg. 25, 5 et 49, 8 antiquum et laudandae uetustatis mem-
branas designat, usus est qui liber hodie desideratus paschale
carmen epigramma Asterii hymnum Sedulii primum continebat.
Idem uir doctus a Petro Burmanno Secundo acceperat codicem
Alm. Almeloveenianum maioris formae, quo iam Cellarius editor
usus fuerat, 'ob antiquitatem et scholia quaedam maxime
commendandum'. In libro desiderabuntur cuncta a lib. I 181—
Grun. IV 113 (cf. Arntz. prol. ad ed. p. 16). Ioh. Frid. Grunero,
qui anno 1740 Sedulium edidit, contigerat, ut editione Tor-
naesiana anni 1565 cum notis mss. Erici Benzelii, ex ms.
Cant. Cantuariensi, codice Nansii et codice Vulcanii ne per
Cell. primum quidem librum integris uteretur. Chr. Cellarius in
exornanda editione ann. 1704 (repetita 1739) adhibuit codicem
Lips. Lipsiensem biblioth. uniu. (s. XIII). Horum codicum lectiones
ex editionibus prolatas, si quae in rem esse uidebantur, in
Barth. commentario notaui; item ex C. Barthii Aduersariis in qui-
bus excerpta duorum codicum Sedulianorum deprehenduntur
non spreui sed nonnulla memoratu digna recepi. Arntzenio
Fabr. praesto fuerat etiam editio Georgii Fabricii [1] (anni
1562), cuius margini C. A. Dukerus lectiones uariantes ex
Parrh. antiqua Iani Parrhasii [2]) editione et Theodori Poelmanni
sched. Poelm. uel Pulmanni schedis adscripserat. Poelmanni lectiones
uariae Arntzenio ex mss. depromptae uidebantur, cum nonnun-
quam in schedis librorum scriptorum mentio fieret (cf. adnot.
ad V 276). At quam nulla illi uiro docto habenda sit fides,
paucis illustrat Noltius, Germania XX 130. Poelmannus iam
antea Sedulium cum uariis lectionibus una cum ceteris poetis

---

[1]) Poetarum ueterum ecclesiasticorum opera christiana et operum reliquiae atque fragmenta thesaurus catholicae et orthodoxae ecclesiae et antiquitatis religiosae ad utilitatem iuuentutis scholasticae collectus emendatus digestus et commentario quoque expositus diligentia et studio Georgii Fabricii Chemnicensis. Basileae per Ioh. Operinum.

[2]) Prodiit haec editio Mediolani anno 1501 dedicata ciuilis et pontificii iuris consultiss. Insubriaeque regio senatori domino Michaeli Riccio Neapolitano patricio. Inspexi hanc editionem in bibliotheca Marciana Venetiis. In fine huius editionis nonnulla de Sedulii et Prudentii genere dicendi et uersificandi addita sunt.

christianis ediderat, quae editio prodiit Basileae 1528, repetita cum epistula dedicatoria ad Reinhardum Lorichium Hadamarium Marpurgi Nonis Iuliis anni 1537. Inscriptio est: *Iuuenci Hispani euangelicae historiae libri IIII. Caelii Sedulii mirabilium diuinorum siue paschalis carminis libri IIII una cum hymnis aliquot. Aratoris in acta apostolica libri duo. Venantii Honorii Fortunati hymni duo per G. Cassandrum integritati suae restituti. Omnia per Theodorum Poelmannum Cranenburgensem recognita. Basileae.* Recepi praeterea lectiones praecipuas Fabricii et Conradi Histii Spirensis [1]) editionum, Spir. item Aldinae (anni 1501), ex qua descriptus est cod. Vaticanus Reg. 5 s. XVI (cf. Areu. prol. p. 47) [2]). Ald.

Sedulii carminibus emendandis praeter editores inprimis studuit Thomas Wopkensius (cf. *Thomae Wopkensii Aduersaria critica in Ciceronem Sallustium* etc. collegit Carolus H. Frotscher Lips. 1835 uol. II p. 300—352), qui postea obseruationum suarum aduersaria emendatiora ad Arntzenium transmisit (cf. Arntz. edit. prol. p. 21). Qui multis quidem locis lucem adtulit, plura coniecit, sed cum eius coniecturae magis ad sermonem Sedulianum corrigendum quam ad librorum errores detegendos pertineant, eas in commentarium quidem recepimus, sed a textu remouimus. Item Cornelii Valerii Vonckii coniecturas (cf. *Specimen crit. in var. auctores* 1744 p. 177 et *lectiones lat.* 1745 p. 43, 59, 114—122) carminibus recensendis spreuimus omnes, qui Grunero recte iudicante ad innouandum nimis procliuis et de corrigendis quam intellegendis ueterum scriptis magis fuit sollicitus. Wopk. Vonck.

Sedulii codices quotquot aut ipse inuestigaui aut a priori- Archetypum

---

[1]) cf. meam comm. p. 58.

[2]) Recensum editionum multarum non omnium proposuit Areualus l. c. p. 58—70 seq., Brunet, *manuel du libraire* V 258 sq. Omnium antiquissima est Nicolai Cappusoti: *Celii Sedulii presbyteri, Mirabilium diuinorum libri quinque cum hymno et carmine elegiaco eiusdem, Iehan Petit. Venundantur Parrhisiis in uia ad Diuum Iacobum sub Leone argenteo et in monte Diui Hilarii sub speculo.* Sine anni nota Parisiis in quarto ex officina Ascensiana prodiit.

bus editoribus excussos habui ad unum archetypum exemplar saeculo ut uidetur sexto sermone uulgari scriptum redire mihi certissimum est. Quod commune archetypum litteris quadratis scriptum fuisse ex elementis permutatis CG, CT, FP, EI, CI U euincas, cum RS permutatae rursus ad scripturam Scotticam ducant cf. III 219 *calidi—gelidi* I 142 *incedens—ingrediens* II 12 *noncentos—nongentos* III 129 *lucentia—lugentia* III 40 *cradiens—gradiens* II 182 *uistera—uiscera* III 263 *fructibus—frugibus* I 133 *flexos—plexos* II 128 *fremitus—premitus* IV 82 *caparnae—cafarnae* V 266 *fatescunt—patescunt* V 211 *elegit—eligit* H *I 21 uinditus—uenditus* Ep. 12, 9 *faciente—fauente.*

Sermonis uulgaris proprietas, cuius uestigia in omnibus codicibus etiam recentissimis restant, homines medii aeui indoctos fallebat, doctos inducebat, ut emendarent uel glossis interpretarentur quae a sermone usitato recederent. Qua re singularis quaedam lectionis uarietas est nata ut IV 4 *sine nomine mixtum uulgus,* ubi libri aut *maestum* aut *mixtum* uel utrumque exhibent. *Mixtum*, quod in sermone uulgari *maestum* sonuit, lectionem genuinam esse Iuuenci loco simili h. e. III 760 satis comprobatur. Neque lectiones *horas* et *auras* (V 425 *aetherias euectus abit sublimis in oras*) ad duo archetypa ducunt, cum *o* et *au* sermone uulgari non distincta fuisse inter omnes constet; neque aliter de discrepantibus V 90 *uires* et *uis est* IV 260 *tutus* et *totus* V 342 *sopitus* et *sopitos* etc. iudicabis.

Praeterea cum Sedulii carmina per medium aeuum in scholis legerentur, quin magistri locos obscuros illustrauerint atque hic illic stilum auctoris emendare studuerint, non est dubitandum. Quod ut tibi persuadeas uelim conferas locum V 41 *Pactus grande nefas quauis mercede:* codices plerique nunc exhibent *parua*, cuius originem ex codicis A duplici lectione *parua quis* cognosces, cum antiquissimi lectionem genuinam seruarint. Sciolus quidam aeui Carolini singulare illud *quauis* uerbo *parua* illustrauit et commutauit.

M et T auctoritas Ad commune archetypum proxime accedit et antiquitate et auctoritate quamquam neglegenter ab inscio quodam scriptus —

id quod feliciter factum esse infra edoceberis — codex T eiusque gemellus [1]) decurtatus M. Hi contra reliquos omnes aut ueram scripturam indicant aut integram prae se ferunt, cf. V 137 *sublime cadauer | Ostendit populis, quanto de culmine lapsus | Pridem discipulus — tartareum discenderit usque profundum:* MT soli *discendere* seruarunt, quod reliqui ex ratione uersus uarie in *descendit ad* uel *at*, O in *descenderat* correxerant. At ex Prosa p. 283, 3 *patefecit ex quanto culmine sit prolapsus* satis claret *discenderit* quod in sermone uulgari in formam *discendere* [2]) abierit esse uerum. V 21 *humilemque magistrum se faciens* praeter M et T in *humilem ministrum* libri commutauerunt, quod sermoni trito magis conueniret; lectionem *magistrum* Prosae uerba *doctor discipulis Dominus sese, famulis pedes abluens, inclinauit* confirmare mihi quidem uidentur. Lectionem ueram in epistula a. M. p. 8, 11 *exemplar* contra *exempla* reliquorum T solus seruauit; neque III 80 a lectione codicis T *effigiem reddit* recedendum esse putaui, quae ab *reddens* non multum, ab *repetens*, quod plerique praebent, plurimum distat. At codices T et M uariis mendis sunt deprauati siue librorum incuria siue quod ueri similius exemplarium ex quibus fluxerunt uitiis, cf. praeter uitia M et T communia iam supra enarrata uersus in T omissos I 294—296, u. II 230 transpositum, ordinem uerborum turbatum V 415; III 147 errauit librarius in uerbo *sanum* quod cum *clarum* uerbo praecedentis uersus commutauit, in uerbis

---

[1]) Conspirant T et M in uersibus omissis V 333, 344, in uerbis omissis *hoc* IV 160 *tanti* V 252, in uersibus male diuisis V 119, 124, in lectionibus prauis e. g.: *curare* IV 143 *carnibus* IV 169 *undam* IV 185 *et* IV 240 *fecit* V 49 *tu* IV 157 *merentur* V 237 *de corpore* V 262 *corpore* V 291, in rebus orthographicis: *rauiis* IV 144 *habit* IV 147 *adcriscente* IV 178 *dixerunt* 194 *thonantis* V 17 *labans* V 25 *arentis* V 90 *ad* 104 al. — dissonant in leuissimis scilicet orthographicis e. g. IV 146 *imperium* M *imperio* T 198 *uia* M *uiam* T 265 *prolaes* M *prolae* T *defaetibus* M *defitibus* V 20 *caelebrans* M *celebrans* T 67 *enensis* M *nensis* T 98 *expuere* M *expoere* T 379 *didimos* M, *dydimo* T. Quae cum ita sint, ualde est dolendum codicem M non integrum exstare.

[2]) Similiter librarius exemplaris, ex quo fragmentum Monacense fluxit, II 276 *traderit* pro *tradere* scripsit.

bus editoribus excussos habui ad unum archetypum exemplar saeculo ut uidetur sexto sermone uulgari scriptum redire mihi certissimum est. Quod commune archetypum litteris quadratis scriptum fuisse ex elementis permutatis CG, CT, FP, EI, CI U euincas, cum RS permutatae rursus ad scripturam Scotticam ducant cf. III 219 *calidi—gelidi* I 142 *incedens—ingrediens* II 12 *noncentos—nongentos* III 129 *lucentia—lugentia* III 40 *cradiens—gradiens* II 182 *uistera—uiscera* III 263 *fructibus—frugibus* I 133 *flexos—plexos* II 128 *fremitus—premitus* IV 82 *caparnae—cafarnae* V 266 *fatescunt—patescunt* V 211 *elegit—eligit* H *I 21* *uinditus—uenditus* Ep. 12, 9 *faciente—fauente.*

Sermonis uulgaris proprietas, cuius uestigia in omnibus codicibus etiam recentissimis restant, homines medii aeui indoctos fallebat, doctos inducebat, ut emendarent uel glossis interpretarentur quae a sermone usitato recederent. Qua re singularis quaedam lectionis uarietas est nata ut IV 4 *sine nomine mixtum uulgus,* ubi libri aut *maestum* aut *mixtum* uel utrumque exhibent. *Mixtum*, quod in sermone uulgari *maestum* sonuit, lectionem genuinam esse Iuuenci loco simili h. e. III 760 satis comprobatur. Neque lectiones *horas* et *auras* (V 425 *aetherias euectus abit sublimis in oras*) ad duo archetypa ducunt, cum *o* et *au* sermone uulgari non distincta fuisse inter omnes constet; neque aliter de discrepantibus V 90 *uires* et *uis est* IV 260 *tutus* et *totus* V 342 *sopitus* et *sopitos* etc. iudicabis.

Praeterea cum Sedulii carmina per medium aeuum in scholis legerentur, quin magistri locos obscuros illustrauerint atque hic illic stilum auctoris emendare studuerint, non est dubitandum. Quod ut tibi persuadeas uelim conferas locum V 41 *Pactus grande nefas quauis mercede:* codices plerique nunc exhibent *parua,* cuius originem ex codicis A duplici lectione *parua quis* cognosces, cum antiquissimi lectionem genuinam seruarint. Sciolus quidam aeui Carolini singulare illud *quauis* uerbo *parua* illustrauit et commutauit.

M et T auctoritas Ad commune archetypum proxime accedit et antiquitate et auctoritate quamquam neglegenter ab inscio quodam scriptus —

id quod feliciter factum esse infra edoceberis — codex T eiusque gemellus [1]) decurtatus M. Hi contra reliquos omnes aut ueram scripturam indicant aut integram prae se ferunt, cf. V 137 *sublime cadauer* | *Ostendit populis, quanto de culmine lapsus* | *Pridem discipulus — tartareum discenderit usque profundum:* MT soli *discendere* seruarunt, quod reliqui ex ratione uersus uarie in *descendit ad* uel *at*, O in *descenderat* correxerant. At ex Prosa p. 283, 3 *patefecit ex quanto culmine sit prolapsus* satis claret *discenderit* quod in sermone uulgari in formam *discendere* [2]) abierit esse uerum. V 21 *humilemque magistrum se faciens* praeter M et T in *humilem ministrum* libri commutauerunt, quod sermoni trito magis conueniret; lectionem *magistrum* Prosae uerba *doctor discipulis Dominus sese, famulis pedes abluens, inclinauit* confirmare mihi quidem uidentur. Lectionem ueram in epistula a. M. p. 8, 11 *exemplar* contra *exempla* reliquorum T solus seruauit; neque III 80 a lectione codicis T *effigiem reddit* recedendum esse putaui, quae ab *reddens* non multum, ab *repetens*, quod plerique praebent, plurimum distat. At codices T et M uariis mendis sunt deprauati siue librorum incuria siue quod ueri similius exemplarium ex quibus fluxerunt uitiis, cf. praeter uitia M et T communia iam supra enarrata uersus in T omissos I 294—296, u. II 230 transpositum, ordinem uerborum turbatum V 415; III 147 errauit librarius in uerbo *sanum* quod cum *clarum* uerbo praecedentis uersus commutauit, in uerbis

[1]) Conspirant T et M in uersibus omissis V 333, 344, in uerbis omissis *hoc* IV 160 *tanti* V 252, in uersibus male diuisis V 119, 124, in lectionibus prauis e. g.: *curare* IV 143 *carnibus* IV 169 *undam* IV 185 *et* IV 240 *fecit* V 49 *tu* IV 157 *merentur* V 237 *de corpore* V 262 *corpore* V 291, in rebus orthographicis: *rauiis* IV 144 *habit* IV 147 *adcriscente* IV 178 *dixerunt* 194 *thonantis* V 17 *labans* V 25 *arentis* V 90 *ad* 104 al. — dissonant in leuissimis scilicet orthographicis e. g. IV 146 *imperium* M *imperio* T 198 *uia* M *uiam* T 265 *prolaes* M *prolae* T *defaetibus* M *defitibus* V 20 *caelebrans* M *celebrans* T 67 *enensis* M *n ensis* T 98 *expuere* M *expoere* T 379 *didimos* M, *dydimo* T. Quae cum ita sint, ualde est dolendum codicem M non integrum extare.

[2]) Similiter librarius exemplaris, ex quo fragmentum Monacense fluxit, II 276 *traderit* pro *tradere* scripsit.

imperiosa sacri, pro quo ***imperio sacri*** syllaba ***sa*** altera neglecta scripsit; V 262 ***de*** contra metrum additum est. Ter, quod fortasse mireris, uerbo ***corpore*** fallit

I 245 ***Sanctificat, nisi corde pio, nisi pectore casto*** (*corpore* T Reg. 1)
V 291 ***Fonte renascentes membris et sanguine Christi*** (*corpore* M^1T^1)
V 350 ***Quem nos deuoto portamus pectore Christum*** (*corpore* MT^1 et al.);

cf. praeterea II 36 ***propheta*** pro ***properata*** II 116 ***paruulorum*** contra metrum pro ***paruorum*** V 136 ***fallax*** pro ***falx*** 157 ***tu*** pro ***tuum*** 197 ***quod*** pro ***quo*** 263 ***qui*** pro ***quia*** 390 ***ludens*** pro ***recludens*** 416 ***pacem inquid omnes habete*** pro ***pacem omnes inquit habete.***

In exemplari codicis T uel potius in ipso archetypo glossae uel duplices lectiones fuisse uidentur cf. II 122

Milia plangoremque dedit tot matribus unum

T praebet ***luctumque***, ***luctum plangoremque*** A, unde colligamus in archetypo communi ***plangoremque*** (supra scr. ***luctum***) exstitisse — II 148

Parto redduntur nato mox praedicat agnus

T A, alii pro ***parto***, quod metri necessitas exigit, exhibent ***edito***, quod ex archetypi interpolatione ***Partu*** (cf. BC^2D F^2G H^1L^1) ***edito*** fluxisse uidetur.

Correctus est T ex exemplari codici A cognato cf. I 168 ***polo*** (supra scr. ***pu***) (***pu*** a m. 2) T ***populo*** A, II 19 ***facie*** T (corr.) ***faciae*** A, I 42 ***pedorem*** T^1P ***pudorem*** T^2A, II 84 ***et*** T^1 (***sed*** corr. m. 2) ***sed A***, II 280 ***aget*** T^1 ***agat*** T^2A, III 49 ***caruasa*** T^1 ***carbassa*** T^2A, III 292 ***uerbum*** T^1 ***uerbo*** T^2A, IV 58 ***artis*** T^1 ***atris*** T^2A, V 49 ***fecit*** T^1 ***fecerat*** T^2A. Quae si recte disputata sunt, satis elucet codices antiquissimos M et T duces quidem esse in crisi instituenda, at non satis certos, a quibus recedendum erat, quotienscumque causa erroris erat in aperto.

*Γ*A Codices saeculi octaui *Γ* et A, mutilus uterque, lectiones complures codicis T uel MT confirmant contra reliquos inter-

polatos, cf. V 225 *conspicuos pomis non decipientibus hortos* (*deficientibus* reliqui), lectio codicum M T Γ A comprobatur Prosa p. 290, 1 *interque beatos frondibus ramos ac nullis ultra pomorum decipientes insidiis serpens* — V 390 *ut lateat sub nube doli* (*lateat* M T Γ^1, in A uersus non exstat) — I 202 *tantumque ardore calentes* (T Γ^1) — I 288 *hic est ille lapis reprobum quem uertice gestat* (*reprobum* T Γ^1 A, *reprobus* rell.) — I 242 *heu miseri qui uana colunt* (*uana* T A Γ^1, *fana* plerique). Saepe A cum T facit cf. p. 6, 6 *elata* T A *eleuata* rell., p. 6, 7 *ad* (pro *at*) T A I 71 *instaurans* T^1 A I 335 *comitatur* T A IV 252 *prignantis* T A (*prigna*^{n}*tis* M) V 156 fallax M^1 T A I 329 *cauti* T A L^1 pro *cati* — cum M facit A V 68 *porregit* (*porriget* T^1) — I 195 *depositum* T^1 cum Γ praebet (*depossitus* A) II 52 *prae filiis hominum* T A *natis* (*filiis*) Γ.

At uterque errores multos et lectiones ab archetypo discrepantes easque ab interpolatione profectas prae se fert cf. IV 203 *planta* M T *planus* A Γ^1 IV 278 *lacrimis* M T *lacrimisque* Γ A IV 281 *infernis* M T *inferis* Γ^1 A IV 303 *in solido* M T *in solito* A Γ I 268 *rogans* T *rogas* Γ A IV 265 *defaetibus* M *defitibus* T *defoetibus* A Γ IV 241 *missilae* M *missil*.*e* T *misile* Γ A.

Codex A, qui multis et uariis mendis laborat [1]), interpolationem saepius admisit duplici modo, cf. praeter u. V 176 interpolatum I 353 *dignatus sumere formam, l carnem* in marg. (cf. Pros.) II 239 *tractare, l gestare* in marg.; II 81 *gerens*, reliqui *alens* uel *halens* uel *habens* — II 174 *non honorauerit* pro *non numerauerit* (quod fortasse ex errore profectum est) — III 96 *confirmat* pro *mundauit* III 117 *tribuerit* pro *tenuarat* etc. At multo magis interpolatio in Γ

[1]) cf. I 144 *exultat* pro *extat* I 168 *populo* pro *polo* I 180 *leuis aereos l orbita* I 268 *lingua* pro *ligna* II 14 *miscere* pro *nescire* II 14 *coniuncta* pro *cum uicta* II 15 *inreparibili sorte* pro *inreparabilis horae* II 55—56 *membra summus* pro *summus membra* II 100 *semper* pro *semperque* III 138 *constrictam* pro *constrictum* IV 47 *lustratata* pro *lustrato* IV 71 *donec donat* pro *donec* cf. IV 162, 260 et supra p. X.

grassata esse uidetur cf. I 202 *audente* TA *ardente* Γ I 267 *censusque* TA *censumque* Γ V 260 *odiosa* T (non exstat in A) *exossa* Γ^1 IV 174 *ad quam* TA *ad quem* Γ et alii. Quae cum ita sint, neque unum ex altero neque utrumque ex eodem libro prognatos esse apparet. Codicem Γ complures correctores expertum esse iam diximus, ex quibus unus ex exemplari T simili correxit cf. supra I 267 *censumque* corr. in *censusque* (= T) IV 146 *imperio*$_{**}$ (*sa* male deletum) *imperio* T. A propius ad T accedere ex uitiis communibus colligas cf. I 213 *fuerunt* TA pro *furuerunt* I 203 *imagine* TA pro *imagineae* I 257 *genitum* TA pro *geminum* I 274 *uirique* TA pro *uerique*.

Itaque codices A et Γ per se satis suspecti multum tamen ad lectiones antiquissimorum recte iudicandas ualent.

KLPZ Codices saeculi noni in duos ordines discedunt, ex quibus unus K et LPZ efficitur (cf. IV 58 $_{**}$ *spargitur* (*ad* eras.) KLPZ V 319 *dicet* $KLPZ^1$ V 430 ^{su}*per* (*su* a m. 2) KLPZ V 385 *f*^{r}*ere* (*r* s. l. a m. 2) KLPZ V 396 *nam* s. l. K^2 LZP^2 III 129 *languentia*) et codicibus s. VII et VIII cognatior est cf. V 350 *quem nos deuoto portamus pectore Christum* (*corpore* $MT^1K^1L^1PZ^1$), in reliquis correctum est ex sententia *pectore*, quod Prosa firmatur 297, 9 *quem nos tota mentis et pectoris deuotione portamus* — V 397 *quibus omnis in illa* (*illo* $MT^1KL^1PZ^1$) IV 295 *aequi* $MTKL^1PZ$ atque K cum MT omittit u. V 344 et cum TA exhibet 9, 11 *licentiae* 7, 1 *dum* 12, 2 *te* (om.) II 36 *properata* I 286 *querentem* cf. etiam I 174, 358 II 296[1]). Multo artius
LPZ LPZ et patria et lectionibus inter se cohaerent cf. IV 184 in marg. add. m. 2 III 265 *grande* IV 8 *et* (om.) IV 237 *lapida* IV 271 *intrat* V 75 *malit* 204 *facit* 209 *tamen* s. l. 310 $\overline{dmn}$, qui confirmant lectionem codicum antiquissimorum MT contra reliquos cf. IV 203 *uix unus reduci conuersus tramite*

[1]) Cum LZ consentit K I 84 *agnos* II 86 *sermonis* II 339 *militet* II 251 *succedent* IV 213 *adcedere* IV 194 *turbabat* — cum LP IV 259 *ad* s. l.

planta (*planta* M T¹P¹L¹Z¹) V 41 *quauis* (cf. supra p. XXVI) IV 281 *infernis*; IV 162 parum lectione *scribta* a uero *scribat* distant; cum T A lectione II 115 *paruulorum*, cum A faciunt lectione praua IV 273 *quartus dies* pro *quarto die*. Archetypi proprietatem scribendi singularem quam maxime una cum antiquissimis seruarunt: id quod in quauis pagina deprehendas. Quamquam P [1]) et Z a manu prima eodem hiatu laborant cf. V 196—201, tamen Z cum L cognatiorem esse apparet his I 78 *uno* om. L¹Z¹ 111 *tumere* L¹Z¹ 113 *ededit* L¹Z¹ 119 *ut* L¹Z¹ 174 *ante*ᵃ L Z, *deitate*ⁱˢ L Z 301 *in* s. l. L Z, u. II 48 in marg. add. L Z². Neque unus ab altero fluxit.

In altero ordine codicum saec. IX, qui libris E et F G H constat, interpolatio multo latius est grassata. Iam in codice E uers. I 213 additum legimus, qui deinde in recentiores libros abiit; uersum esse interpolatum ex Prosae uerbis satis elucet. Versum I 59 codex G¹ in hunc modum exhibet EFGH

Qui colit inueniet centenum germine fructum

cf. praeterea III 59 *clamantibus* E F G H (*lacrimantibus* lectio uera) — I 242 *fana* E F G H — I 325 *sequantur* E F G H — II 153 *proprio — sereno* E F G H — V 190 *colligit* E F G H — II 162 *senseruntque* F¹G H (*senserunt* E cum reliquis) — V 10 *clarificabo* F G¹H (*clarificemque* E cum antiquissimis) — III 15 *gestabant* E²F G H² — III 210 *multo* F G H — I 185 *merito qui et* F G H; interpolationes codicis A receptae sunt cf. II 160 *limfasque* E F G H (*lim* in ras. E) — III 96 *confirmat* E F H, cum L et Z duplicem lectionem *confirmat mundauit* a manu prima receperint — III 149 *diffusso* F G H *difusso* A — at IV 2 *mixtum* recte scripserunt E F G H 9, 8 *habitet* F G sc. Sed discrimen statuendum est inter E F (cf. descriptionem horum librorum supra p. XIV sq.) et G H cf. 5, 13 *uoluntarius* s. l. E F, ad quos accedit R — 5, 14 *libertatis uiam* E F *uiam libertatis* G H 9, 4 *transmittere documenta* E F *documenta transmittere* G H cum aliis 11, 1 *ego ad haec* E F *ad*

[1]) Consentit P¹ cum T¹ in omissis uersibus I 294—296, dissentit a *l* praecipue uers. V 207 et 208.

haec ego GH 11, 9 *accipiens* GG om. FG V 160 *spectare* EF *sperare* GH IV 225 *qua* EF *qua* GH III 203 *messes* F cum optimis, E *menses* false cum A, *annos* GH ex interpolatione.

codd. s. IX—X E codicibus quos saeculo IX uel X adscripsimus R cum K cognationem quandam prae se fert cf. 1, 3 *censura* KR, *thetricę* K *tritę* R 3, 7 *anhelitos* KRS 6, 4 *paulolum* KR 8, 5 *ursini* KRS 8, 7 *iuuenalem* KR et alii (omittit cum K subscriptionem libri tertii) — B cum E cf. III 285 *clarumque* BE IV 41 *et* om. BE III 203 *menses* BE — C corruptissimus horum est cf. 2, 9 *operis* pro *iuris* 4, 1 *ad* pro *id* 6, 9 *ac* pro *at* 11, 6 *collocutionibus* pro *conlationibus* 11, 10 *alios saluos* pro *saluos* 12, 1 *faceres* pro *efficeres* III 164 *cunctaque* pro *functaque*, quamquam etiam bonas lectiones praebet cf. I 195 *depositum* V 278 *insaturata*. Cum Carnotensi cognatus est Cantuariensis, quo Grunerus usus erat cf. I 253 II 70 III 164.

codd. s. X Inter codices saeculi decimi multis mendis est deprauatus Sangallensis S, quem hic illic cum KR facere iam supra diximus, cf. I 108 *negauit*^{bunt} I 164 *diem l lucem* I 215 *beato* I 297 *una manens semper* II 3 *portauit* II 135 *trahit* II 138 *et* II 101 *deitate* V 350 *pondere* (lectio antiquissimorum MT *corpore* supra) — non paucis codex D cf. 4, 10 *incitans* 9, 11 *potuisset* II 265 *ore uerbo* I 98 *paucos* cum KL^2 I 275 *narrare* cum KL^2 II 2 *portabat* (etiam KL^2) II 105 *redire* (etiam KL alii) II 164 *fugisti* III 68 *obsequium* III 218 *quae redit a cunctis, non est data copia mensis alii Reddita quę cunctis n. e. d. c. m.* III 320 *in aula* IV 72 *afferre* IV 133 *dedit* IV 227 *de puteo* IV 308 additum (ut in O) *cui sanctus semper conregnat Spiritus aeque* — cum Monacensis T plerumque A sequatur interpolationibus perpaucis admissis cf. 3, 12 *uenas* AT 5, 8 *blandimento uiderint* AT I 55 *semita* AT^1 I 142 *incedens* T A (*incidens*) IV 34 *uacuas* AT IV 124 *non* T^1 (S) IV 196 *carens* T IV 226 *hauserat* T V 166 *speciesque ut* T.

E codicibus Romanis ab Areualo exhibitis Reg. 1 nonnullas lectiones habet communes cum T [1]) et A cf. II 122 *luctumque* T Reg. 1 II 245 *corpore* T Reg. 1 I 7 *aut* TA Reg. 1 II 272 *negemus* T Reg. 1 2, 9 *deus* om. A Reg. 1 5, 3 *cognouit* A Reg. 1 I 47 *profana* T Reg. 1 alii I 98 *potentem* TP Reg. 1 I 133 *flexus* T¹ Reg. 1 cf. I 301 II 148 III 224 IV 239 V 274, 375, 425; at iam uersum interpolatum I 213 ex E receperat, quocum facit etiam in uersu I 235 (*de* [sub] *rore* E *de* Reg. 1) I 251. Nouauit I 328 *ostentant* II 28 *in* II 39 *nascendo*... IV 174 *facilis* V 13 *increpuisse* 219 *libera*. Etiam codex Reg. 4, quamquam ad ordinem KLPZ prope accedit (cf. 11, 10 I 274, II 88), uariis mendis est deprauatus et interpolationi nonnunquam patuit cf. I 281 *acutus* I 282 *iuuet* I 289 *angelus* II 12 *nongenitor* II 69 *creator* II 97 *est* om. II 158 *lauit* II 198 *ardet* II 223 *tranent* neque aliter de codice O [2]) iudicari est aequum, qui partim lectiones antiquissimorum firmat (cf. IV 260, 76 V 137, 156), partim interpolationes et errores non paucos prae se fert (cf. II 239 III 117, 294 IV 309, V 212, 404 H I 32, 36...). Rom.

E codicibus s. X inferioribus, quos raro laudaui, antiquissimorum proprietatem maxime seruauit b, qui haud raro ad A et K proxime accedit cf. 7, 5 *qui dum* I 88 *arare* I 366 *defleuimus* III 263 *fructibus* III 290 *adhunc* (= T) IV 71 *donat* (*l donec*) V 383 et 384 — reliqui hic illic uerum seruarunt, saepius a uero aberrarunt uel consulto noua et falsa intulerunt. libri recentiores

Codices saeculi X et XI, item his recentiores forsitan omnes omittere potui: sed in scriptore tam uetustis libris tradito utile uidebatur uniuersae fere lectionis per diuersos libros diffusae quasi historiam proposuisse. Itaque cum omnes Sedulii codices ad unum exemplar redeant, contigit, ut editorum recen-

---

[1]) Conspirat cum T etiam Reg. 3 decurtatus H I 13 *ut* 28 *populis mundi* 89 *et* (om.) 10, 10 *uirginitatis*; dissentit H I 8 *per quam* I 21 *natus* I 100, 107 etc.

[2]) Cum codice C communem habet inscriptionem *Incipit ars Sedulii*... cf. supra p. XVII.

tissimorum neque Areualus, qui codicibus Romanis usus erat, neque Looshornius, cui Monacenses soli praesto erant, in grauiores errores sit inductus, quamquam neuter perspexerat, qua ratione crisis Seduliana suscipienda esset. Falsi sunt praecipue lectionibus illis speciosis, quae a uiris doctis profectae iam s. IX, ut supra demonstratum est, in carmen inrepserunt, quae quidem ut suo splendore causam emendationis satis produnt ita uetustissimorum librorum integritatem simplicem testantur. Si codices antiquissimi saec. VII et VIII a librariis diligentius essent excussi, reliquos neglegere poteramus. Ut ueram lectionem inuestigaremus et detegeremus, tot tamque uarios fontes adiimus [1]).

In orthographia carminum constituenda libros in uniuersum secutus sum, at ex formis uulgaribus eas recepi quae cum aeuo Seduliano conuenire uidebantur. Quae ex posterioribus saeculis inrepserunt tantum non omnia excussi, cum ex libris uetustissimis iisque sermone uulgari scriptis minima quaeque in notis adposuerim, ut tandem aliquando uera imago exprimi posset orthographiae quam dicunt per saeculum V et VI usitatae.

II.

Macedonius presbyter, ad quem Sedulium carmen suum direxisse supra diximus, poetae imperauerat, ut 'paschalis carminis textum in rhetoricum transferret sermonem' [2]). Opus officio purae deuotionis confectum Sedulius ad eundem Macedonium cum epistula dedicatoria misit, in qua causam iniunctae prouinciae his tangit uerbis: *utrum quod* (sc. carmen) *placuerit ideo geminari uolueris, an quod offenderit, ut potius arbitror, stilo censueris liberiore describi: sub dubio uideor fluctuare*

[1]) De reliquis codicibus per Germaniam Franciam Brittanniam Italiam Hispaniam diffusis, quos aut consulto spreui aut in tanta copia librorum adire non potui, dubito, num magna de iis possint sperari.

[2]) cf. epistulam alteram p. 171.

iudicio. Rationem operis geminati explicat atque recusat ita [1]: *Siquidem multa pro metricae necessitatis angustia priori commentario nequaquam uidentur inserta, quae postmodum linguae resolutio est adsecuta, dederimus hinc aliquam forsitan obtrectatoribus uiam, dicentque nonnulli fidem translationis esse corruptam, quia certa uidelicet sunt in oratione, quae non habentur in carmine..... nostri prorsus a sese libelli non discrepant, sed quae defuerant primis addita sunt secundis. Nec impares argumento uel ordine, sed stilo uidentur et oratione dissimiles.* Atque de inscriptione libri addit [2]: *Priores igitur libri, quia uersu digesti sunt nomen* PASCHALIS CARMINIS *acceperunt, sequentes autem in prosam nulla cursus uarietate conuersi,* PASCHALIS *designantur* OPERIS *uocabulo nuncupati* [3]. Igitur cum paschali opere carmen explicetur, nemo infitiabitur illud ad rationem carminis recensendi recte instituendam plurimum ualere, id quod qui ante nos Sedulii operibus operam dederunt plerique aut neglexerunt aut non satis perspexerunt.

Paschale Opus aeuo sequente quamquam non eadem qua Carmen tamen aliqua auctoritate fuisse, e testimoniis aeui Carolini colligi licet. Atque apud Bedam (hist. eccles. gentis Anglorum V 18) legimus: *(Aldhelmus) scripsit et de uirginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere et uersibus hexametris et prosa conposuit.* Item Rhabanum Maurum Sedulii exemplo ductum carmina sanctae crucis laudi dicata etiam sermone pedestri circumscripsisse, ex ipsius uerbis constat [4]. Temporibus sequentibus Opus in minore pretio habitum esse, ex eo colligas quod raro est descriptum. Libri manuscripti, qui nostra saecula tulerunt, sunt hi:

---

[1]) ibid. p. 172, 2.

[2]) ib. p. 173, 16.

[3]) cf. etiam A. Ebert, *Lit. des Mittelalters* I p. 363.

[4]) cf. praef. libr. II carm. s. crucis: *Mos apud ueteres fuit, ut gemino stilo propria conderent opera, quo iocundiora et utiliora sua legentibus forent ingenia... Ut de ceteris taceam, quid aliud Prosper ac uenerandus uir Sedulius fecisse cernuntur?*

P Codex Parisinus latinus 12279 (ex bibliotheca mss. Coisliniana, olim Segueriana, quam Henricus du Cambout, dux de Coislin, monasterio S. Germani a Pratis legauit a. 1732 — in f. 3[b] legitur *Wigeridus scāe Mariae Virduni*) membranaceus formae quadratae s. IX scriptus continet f. 1—9 breuem explanationem super euangelium Iohannis, f. 9—10[b] S. Gregorii epistulas IV 30, IX 75, IV 2, I 5 (10[a] Gregorius Narsi VI cf. II 492 ed. Bened.) — 10[b] scī Gregorii in libro XVI moralium Iob de libero arbitrio (altera pars paginae uacua); f. 11—47 Bedae commentarios super Marcum, f. 47[a] INCIPIT EPISTOLA SEDVLI PRESBITERI. Post epistulam ad Macedonium et praefationem sequuntur capitula libri I. (Capitula, quae singulis libris praemittuntur, cum libro sequente R fere conspirant; in margine uersuum inscriptiones desunt). Sedulium f. 59[a] excipit epistula 'gislae et richtrudae ad Albinum' (cf. Iaffé, *Mon. Alcuin.* p. 530), item alia (cf. ib. p. 588); f. 61[a]—119[b] Alcuini commentarii super Iohannem; f. 120[a] uacuum; f. 120[b] *incipit expositio allegorica uenerabilis uiri Bedae praesbiteri in libro beati patris Tobi* (sic); f. 124[a] incipiunt explanationes allegoricae Bedae de sex huius saeculi aetatibus, f. 124[b] de trina opinione fidelium quando ueniat Dominus; f. 125[a] de die iudicii, f. 126 de ortu et obitu patrum, f. 127[a]—131[b] Theodulfus de baptismo, f. 131[b] incipit opusculum de actione missarum, quod explicit f. 147[b] (*HXΠLYCYΘ*). Sequuntur epistulae: ad Timotheum, ad Philomenem, ad Titum. Textus a duabus manibus neglegentissime[1]) est scriptus; librarius alter (a f. 58[b]) priorem neglegentia uincit. Hunc munere suo non perfunctum esse ex libro quinto in fine mutilato (a uerbis *quod ei* ... =

---

[1]) cf. 181, 21 *simul* pro *sinum* 189, 2 *cultis* pro *cultibus* 200, 1 *hospitalitatis* pro *hospitalis* 201, 19 *dec'* pro *de cuius* 205, 1 *ambiguas doras intfiq;* pro *ambias dolis interfici* 213, 10 *dominus* om. 215, 14 *frayili* pro *frugali* 217, 2 *portantes ad rerum* pro *potestates at iterum* 221, 6 *cui'* pro *cui* 228, 13 *indemepti et inpunitatem* pro *indepti et inpunitatem* 234, 2 *in diu mutatum* pro *in diuina tantum* 245, 1 *corporis torporis glaties* pro *torporis glacies* 253, 10 *tantum tantum* 259, 1 *aut* pro *at* etc.

v. 380) patet, quamquam liber integer ei praesto erat quod ex uerbis inferioribus (*tale genus — praecepta dei*) inepte insertis colligas. Correctores expertus est duos, ex quibus unus eiusdem saeculi esse uidetur, alter ex exemplari emendato et codici R simili correxit (*m. 2* signaui).

De fragmento quod exstat in codice Sangallensi 877 s. IX cf. supra p. XIII. G

Codex Rheinaugiensis 77, qui nunc Turici in bibliotheca pagi adseruatur, s. X est scriptus (ut iam Augustino Calmet abbati uisum est) continet f. 1 et ultimo fragmentum carminis theotisci (cf. *Zs. f. deutsch. Alterth.*. 1880 p. 111), f. 2—52 paschale opus cum epistula dedicatoria ad Macedonium, quod finitur adnotatione illa ex codicibus Carminis satis nota: *Hoc opus Sedulius inter cartulas dispersum reliquit, quod recollectum adunatum atque ad omnem elegantiam diuulgatum est aturtio rufio asterio excons ord. atque patricio quod et subsequentes eiusdem indicant uersus Sume sacer meritis etc.* Sequitur manu recentissima scripta missa Sigismundi regis pro febricitantibus. Opus diuisum est in libros quinque; capitula quae in margine et inter lineas leguntur ab eis differunt, quae collecta in initio libri uniuscuiusque leguntur. Horum recensum spreui, ne librum nimis rebus leuibus onerarem. Scriptus et correctus est a librario docto et emendandi studioso [1]), cui duo exemplaria praesto fuerunt. Lectiones alterius exemplaris nota *alibi* indicatae (cf. 195, 10. 200, 4. 203, 23). Retractauit codicem manus secunda, quae menda et uocabula omissa hic illic refecit, multo plura neglexit. R

Codex Harleianus 3012 (ex libris S. Martini monasterii Wiblingensis) f. 84 s. X scriptus continet post Augustini retractationem de animi quantitate f. 33b—71b Sedulii opus, quod excipiunt quaedam Hieronymi scripta f. 71b—84a (cf. Hagemeister, *Bericht über die Durchforschung der Bibliotheken Englands* p. 12). Capitula partim litteris uncialibus partim H

---

1) *cf. 190,* 1 *sacrificare litare* 187, 11 *agrestia ministri regis aulici* 201,16 *israhelitico* 220, 10 *habitet.*

minusculis scripta et in initio librorum collecta et in margine uersuum leguntur neque inter se neque cum inscriptionibus codicum P et R conspirant. Incipit codex a praefatione *Paschalibus te dapibus*; epistula ad Macedonium in fine legitur. Correctus est liber a duabus manibus, ex quibus altera radendo et oblitterando litteras primae manus deleuerat, ut lectiones prorsus discrepantes (cf. infra XLIII) inferret. Quae cum ita sint, primum librarium inprimis respexi. Librum in meum usum contulit H. Sedlmeyer, a me rogatus iterum inspexit H. Schenkl.

B Codex Bruxellensis miscellaneus 5649—5667 s. XI ut uidetur scriptus (cf. *Bulletins de l'académie de Bruxelles* 1843 tom. IX p. 362) continet f. 166^r—183^v Prosam Sedulii (quae pars numero 5664 est signata) uersuum 31 uel 32, margines bibliopegae incuria decurtati sunt. Prosa incipit a uerbo *quam decutit* (= lib. II p. 212, 9), desinit in fine libri V uerbis: *uniuersa librorum.* EXPLICIT PROSA SEDVLII. Capitula quidem et inscriptiones non leguntur, at initia capitum uel spatio uersibus intermisso uel litteris initialibus in maius diductis indicantur. Correctus est a manu altera non multo posteriore, quae *m. al.* in commentario est signata. P. Schroeder in meum usum contulit.

I Iuretus, qui primus paschalis operis editionem a. 1585 parauit, codice nunc deperdito usus est, quem a Pithoeo uiro doctissimo acceperat. Audiamus, quae Iuretus ipse in Addendis editionis proferat: *Damus igitur nunc primum hoc opus paschale ex tenebris erutum, in quibus multa saecula dilituit, idque beneficio Petri Pithoei Iureconsulti clarissimi, qui fecit copiam exemplaris.* In iactura codicis neque mihi multum inuestiganti neque prioribus editoribus qui bibliothecas maximas adierant contigit, ut editio quidem a Iureto ipso confecta inueniretur. Recusa est editio in nonnullis editionibus bibliothecae Patrum, ex quibus mihi quidem praesto erant editio
Col. Par. Coloniensis a. 1618, Parisina a. 1654 cum notis Iureti
Gall. in appendice additis, editio Gallandii de Prosa emendanda satis meriti (a. 1773), qui Parisina a. 1624 ac Lugdunensi
Arev. usus erat, denique Areuali, qui praeter editionem Galladianam

aliasque Parisinam antiquissimam anni 1589 contulerat. Ex lectionibus quamquam paucis ex editionibus excerptis satis cognosces, quam multa uitia per saecula in opus inrepserint. At per aeuum medium plures quam hodie Prosae libros manu scriptos exstitisse ex catologis uetustis docemur, cf. catalogum s. XI scriptum bibliothecae nunc incognitae apud L. Delisle, *Le Cabinet* etc. p. 479): *96 Liber Sedulii prosaice;* bibliothecae Cluniacensis (s. XII et XIII): 530 *Volumen in quo continetur Sedulius metrice et prosaice, quoddam eligiarum, opus Victoris de concordia discrepantium sententiarum in compoto, expositio sancti Augustini de tabernaculo.* Tulli Leucorum s. XI. in armario Sancti Apri fuit: *Sedulius prosaicus vol. I* (cf. Docen, *Neuer litt. Anz.* 1807 p. 66). Inter libros, quos Madalwinus ecclesiae Pataviensi a. 903 dono dederat, fuit carmen paschale Sedulii in uetus et nouum testamentum cum prosa ipsius (cf. A. Czerny, *Die Bibliothek des Chorherrnstiftes St. Florian* p. 233) [1]).

Codicibus R et H ante me iam usus erat E. Ludwigius, qui a. 1880 paschalis operis librum quintum multa cum laude edidit.

Prosae codices quotquot exstant in duos ordines discedunt auctoritate multum discrepantes, quorum unus codicibus P R, alter H B I libris efficitur (fragmento G exiguo in examen non uocato). Quantum uero codices unius ordinis ab altero differant, cum capitulorum discrepantia et capitum ordine (cf. libri V cap. 2, 3, 4 p. 233, 234, 193) tum ex lectionibus perspicitur his inprimis inter se conlatis:

---

[1]) Legitur praeterea in Labbei bibliotheca noua p. 23 *Vidimus quoque eiusdem* (sc. *Sedulii iun.*) *seu potius antiquioris exemplar operis paschalis quatuordecim prioribus capitibus initio mutilum in cuius fine erant adscripta Hoc opus etc. — Sume sacer meritis etc. — Haec tacuit adscribere, quod diligentissimi Francisci Iureti sollertiam fugerint. Sequuntur in eodem codice laus domnae Eunomiae sacrae virginis, conflictus ueris et hiemis, Commodiani instructiones et alia complura, quae suis locis repraesentabimus.*

	PR (uera lectio)	HI (*v*)
180, 8	*fungentem*	*fulgentem*
182, 8	*parceret*	*filium non feriret*
188, 23	*nutu traxerit*	*nutu* (*natu v*) *retraxerit*
193, 15	*autem*	om.
194, 23	*ostentant*	*ostendunt*
196, 6	*spatiantur*	*sparguntur*
209, 15	*confidentum*	*confitendo*
210, 22	*fuerit*	*fuit*
212, 1	*baptizandus*	*baptizatus* H *baptizaturus v*
		HBI (*v*)
213, 11	*cum*	*sunt*
216, 22	*dignaretur saeculares*	*saeculares dignaretur*
217, 7	*posuerit*	*deposuerit*
220, 5	*donaret*	*largiretur*
222, 5	*discipulis se*	*discipulis suis*
287, 22	*quia*	*qui*
230, 1	*arbor est*	*arborem*
53 labis *A*, labris *Parrh.* pulcrhis *E* 54 seruilae *T* 55 pecato *A*, pecato (c *s. l.*) *F*, peccato *ex* peccata *E* dominan*te (n, *corr.*) *E*, damnante *quidam iun. cum Parrh.* 56 membra summus *A* primiqu/// *D*, primaque *V*, primaq; (i *s. l.*) *l* 57 qui uestit pr. *A* propris (i *s. l.*) *Γ*, dpriis (p *s. l.*) *E corr. m. 2* uescit *T*, uestiit *P* donis quemq; pcellosi *A*, dom' *P* 58 *om. T* exsiguis *A* uelamine (a *s. l.*) *b corr. m. 2* 59 pcellossi *A*, procelloso (i *s. l.*) *L*, procelloso *Z* non n*bilis *F*[1] *corr. m. 2*, mobi *in ras. scr. Z* 60 non *s. l. T*[2] solo *T*[1] solū *corr. m. 2* spatiossaque *A*, speciosaque *Cant.* 61—62 mansit plenus *S*[1] (*in textu*) *b* 62 angusto] exiguo *ad* quiuit (e *s. l.*) *L* 63 saluae *E* enexa (i *s. l.*) *Z corr. m. 2* 64 tenet] regit *Parrh. sched. Poelm.: Remigii paraphrasis est* 65 numen *ACEGH* (u *corr.*) *PS*, n*men (u *s. l.*) *L*, nomen (u *s. l.*) *T cf. Pros.* et] *om. A*, *s. l. LZ* aeternum *T* conplectans *A* giro *AEFGKL*, iure *Wopk. coni.* 66 fineq; *A* que (a *a m. 2*) *T* uentrae *E* 67 habet *T*[1] *corr. m. 2* honoret *A* 68 uissa *A* est *T exp. m. 2*, ē *l* nec primam aut similem uisa es *Parrh.* sec**entem (qu *eras.*) *E*

Sola sine exemplo placuisti femina Christo.
Tunc prius ignaris pastoribus ille creatus
Enituit, quia pastor erat, gregibusque refulsit
Agnus et angelicus cecinit miracula coetus.
Talia Bethleis dum signa geruntur in oris,
Eoi uenere magi saeuumque tyrannum
Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis:
Iudaicis nuper populis orientis ab axe
Progenitum fulsisse ducem, hoc caelitus astra,
Hoc stellam radiare nouam. ferus arbiter aulae
Aestuat Hebreae ratus hunc succedere posse
Mox sibimet, qui primus erat: tunc fronte serena
Nubila mentis alens clam mandat ubique requiri
Sicut adorandum, quem tractat fraude necandum.
Quid furis, Herodes? Christum sermone fateris,

83 cf. Verg. Aen. II 595

69 sine exemplo sola *Γ* placuisti placuisti *T* 70 tunc (matheus) *A* primum *A* creator *C Cant. Reg. 2, 4 cum nonnullis rec.* 71 emicuit *Poelm. in mg. Cellarius al.* qui *TV.* quia] a *in ras. Z²*, qui (a *eras.*) *P* 72 angelicos *T* caecinit *G* 73 bethlis *A*, betheleis *F*, b&leis *LZ* signa regum *A* horis *TR* 74 eioi (i *a m. 2*) *T*, eoi (*l* eoo *in mg. 2*) *Γ*, eo *A*, eoo *FHb*, eoei *R* uenire *A* saeuumque extimplo *A* magis aeuumque *E* tyrannus *T¹ corr. m. 2* 76 *post* iudaicis *ras. duorum uerb. in K* ab] sub *A*, sub *L* axae *TE* 77 pgenitis *T corr. m. 2*, pergenitum *Montep. (s. XVI)* fulsise *A* ac caelitus *Reg. 4* astra *A* 78 stilla *T*, stillam *L¹* radiare] are *in ras. E²*, radiando *in mg. legitur F²* 79 *in mg. E²* haestuat *T* hebrea eratus *T¹ corr. m. 2* haebrea *A*, hebraeę *F* sucedere *A* 80 serana *R* 81 nibula *A* gerens *A*, habens *KL¹ (ex corr.) OPRS Reg. 1*, abens *ex* alens *E² cum gl.* celans, alans *F* (e *a m. 2*), habens *uel* halens *Z² ex corr.* ubique] eumque *in mg. d* 82 adorato dum *T¹ corr. m. 2* tractet *Burm. coni.* frude *A* 83 fures *KLZ* herodis *T*, hirodis *A* *in mg adnotatum in A* sedo *quod ad nomen Sedulii pertinere uidetur*

Et sensu iugulare cupis, legemque legendo
Neglegis et regi regum tua regna minaris.
Ne tamen insano careant tua nomina facto,
Patrandum sub honore crucis (sed crimine gentis)
Herodes alius quod tu molire uidebit.
  Ergo alacres summo seruantes lumina caelo
Fixa magi sidusque micans regale secuti
Optatam tenuere uiam, quae lege futura
Duxit adorantes sacra ad cunabula gentes.
Thensaurisque simul pro religione solutis,
Ipsae etiam ut possint species ostendere Christum,
Aurea nascenti fuderunt munera regi,
Tura dedere Deo, myrram tribuere sepulchro.

89 cf. Pseudo — Claudian. App. p. 202 v. 17 95 cf. Prud. Cath. XII 62, Iuvenc. I 285

84 et (sed *corr. m. 2*) *TOL*, sed *ABC* iugolare *T*, gugulare *E corr. m. 2*, iugula^{re} (a *ex* e *corr.*) *K*, iug^{la}ure *B* lengem legendo *A* 85 nec ligis *T*, neg¦legis *A*, negligis (i_1 *corr.*) *C*, *om.* L^1 regum] rerum *K* regia *A*, damna *sched. Poelm.*; *uersum abolitum m. 2 restituit in Z* 86 ne* (c *eras.*) *ES*, nec *Reg. 4* amen *P* numina *CEFGHO Reg. 4*, n^{o}umina *L*, munia *Spir. Ald. Poelm.* 87 patrando *A* (& *a m. 2 ut uid.*), patrandū (ū *corr.*) *E* onore *F* **crucis (et? *eras.*) *E* cremine *A* 88 herodis *T*, hirodis *A*, herodis *L*, herodes (-es *in ras.*) *Z*, herodesque *nonn. editt.* tum (m *exp. m. 2*) *T* molire^{is} (is *a m. 2*) *Z*, mollire *P*, moliri (i_1 *in ras.*) *B* uidebat T^1 *corr. m. 2*, uideris^{bis} *Z corr. m. 2*, uidebit (-bit *in ras.*) *B*, uidebis *P Reg. 4 Cant.* 89 summus T^1 *corr. m. 2* seruantis *T*, seruabant *Cant.* lumena *T* 90 fixum *L*, fixa (a *a m. 2*) *Z* magis (s *expunx. m. 2*) *T* magis idusq; *E* sequti *AZ* regalae *LZ* 91 obtatem *A*, obtatam *DPZ*^{1} tenuere] t *in ras.* T^2, tenuaere *G* qua *P* 92 ad sacra *S* conabula *A* gentis *A* 93 thensauros T^1 -is *corr. m. 2*, tesauris *A*, thesauri^s *F corr. m. 2*, thesauris *rell.* relegione AZ^1, ^{re}legione *L*, re*ligione (i_1 *ex* e) *C*, relligione GH^2T 94 ipse *TA al.* possint $TADE^1LO$ *Reg. 1 Z*, possent *rell.* 96 turum *A* mirram *A*, myrram *rell.* tribuere *ex* tribuerunt *B* sepulchrum T^1 *corr. m. 2*, sepulc*ro (h *eras.*) *H*, sepulchro *plerique*, sepulto *Fabr.*

Cur tria dona tamen? quoniam spes maxima uitae est
Hunc numerum confessa fides, et tempora summus
Cernens cuncta Deus, praesentia, prisca, futura,
Semper adest semperque fuit semperque manebit
In triplici uirtute sui. tunc caelitus illi
Per somnum moniti contemnere iussa tyranni
Per loca mutati gradientes deuia callis
In patriam rediere suam. sic nos quoque sanctam
Si cupimus patriam tandem contingere, posquam
Venimus ad Christum, iam non repetamus iniquum.
 Ergo ubi delusum se conperit, impius iram
Rex aperit (si iure queat rex ille uocari,
Qui pietate caret, propriam qui non regit iram)
Ereptumque gemens facinus sibi, ceu leo frendens,
Cuius ab ore tener subito cum labitur agnus,
In totum mouet arma gregem manditque trahitque

100 cf. Verg. Aen. I 609 102 cf. Verg. Aen. III 633 110 cf. Verg. Aen. IX 339 s., XII 7 s.

97 Quur *ELZ* trea *T*, s̃ttrea *A* quoniam] nobis *e* uita·est (e *med. a m. 2*) *T*, uitæ ē (æ ē *in ras. m. 2*) *F*, uitae *H*[1] *corr. m. 2* est] *om. Reg. 4* 98 tunc *Reg. 4* fidis *T*[1] (*corr. m. 2*) *Z*[1] tempore *A* 99 ds̃ (s̃ *corr. m. 2*) *F* fura (*corr. m. 2*) *F* 100 que, *om. A* 101 uirtute] deitate *S* sui] i *in ras. E* ł sua *s. l.* tunc (tum *a m. 2*) *F*, tum *A* 102 somnum *T corr. m. 2*, somnium *AZ* contempnere *TEal.*, cõtemne *K*, -re *s. l. B*[2] iusa *A* ty·ranni (r *eras.*) *E* 103 per *in mg. T*[2] motati *A* gradientis *T*[1]*Z*, -tis *ex* tes *G* duia *K* 104 n (i *a m. 2*) *T* redire *AB*[1]*DK*[1]*L*[1]*Z*[1] 105 contingere tandem *A* posquam *TE*, p'quā *FRT* 106 V nim' *E*[1] Iuim' *corr. m. 2* inicum *T*[1] *corr. m. 2*, iniqum *AB* 107 delussū *A*, derisum *E corr. m. 2*, dilusum *F corr. m. 2* impius *T et al.* 108 siure (i *a m. 2*) *F* quateat *T* 109 caret *ex* carit *K* qui *s. l. F*[2] 110 ereptumq·· *E* caeu *G* leu *T*[1] *corr. m. 2*, lo (e *a m. 2*) *F* rugens *A* 111 arb ori ener *T*[1] *corr. m. 2* (*in mg.* ab ore *add. m. 2*) ·ore (h *eras.*) *H* conlabit' *AR* 112 toto *T* mouit *TE*[1]*KL*[1]*Z*[1]

Molle pecus, trepidaeque uocant sua pignera fetae
Nequiquam et uacuas implent balatibus auras:
Haut secus Herodes Christo stimulatus adempto
Sternere conlisas paruorum strage cateruas
Inmerito non cessat atrox. quo crimine simplex
Turba perit? cur qui uixdum potuere creari
Iam meruere mori? furor est in rege cruento,
Non ratio; primosque necans uagitus et audens
Innumerum patrare nefas puerilia mactat
Milia plangoremque dedit tot matribus unum.
Haec laceros crines nudato uertice rupit,
Illa genas secuit, nudum ferit altera pugnis
Pectus et infelix mater (nec iam modo mater)

117 cf. Lucan. II 108 s. 125 cf. Ovid. Art. am. II 93

113 trepidequae T^1 *corr. m. 2*, tripidaq; *A* que *s. l.* *Γ* pignera *plerique* faete *A*, foete *uel* foetae *rell.* 114 nequ*am (i *eras.*) *A*, nequicquam *B*, nequi*quam (c *eras.*) *EK*, nequaquam *c*, nec quidquam *Arntz.* et *om.* *B* conplent *DG* ballatibus *A*, ballantibus *Reg. 4* 115 aut *T*, haut *ΓKLZ* (h *a m. 2*) *Rem.*, heu *A*, haud *rell.* secus] decus *P* herodis *T*, hirodis *A* 116 conlissas *A* paruolorum *T*, paruulorum *AP* (ul *eras.*) *L*, par*u*orum (u, l *eras.*) *Z* *cf. Pros. et v. III 215* 117 immerita *nonnulli rec. adprob. Barthio Wopk. al.* nec (ñ s. l.) *L*, ñ *in ras.* Z^2 c*essat *A* atrux *A* cremine *A* simplix *T*, semplex *A* 118 Cur sic turba perit uixdum p. c. *T repugnante Prosa* quur *ELZ* fix (u s. l.) *A* quix (ui s. l.) (ui *a m. 2*) *B* uix tum *PΥZ*^{2}, dum uix *S* 119 mori] ri *in ras.* *F* furorēst (st *corr.*) *E*, *post* est *ras. unius uerbi in Z* in *in ras.* Z^2 120 primus T^1 (que *s. l.* T^2) necans *in ras.* Z^2 n. u. audensq; *in ras.* *C* uagitos (u s. l.) *LZ* non ratio, primisque hostis uagitibus audet *Cellarius coni.*, primosque uetans uagitus *Vonckius*, non ratio, patrare nefas (*omissis cet.*) *Barthius*, p. negans u. *uel* primisque necans uagitibus audet *Arntz.* 121 *et* 122 *in mg.* *C* in numerum *T*, *defendit Wopk.*, innumer*ū (a *eras.*) *F* audent *L*, -ns *in ras.* Z^2 mactant (n *expunx. m. 2*) *T* 122 milia tum *Reg. 1* plangoremque] luctumque *T Reg. 1*, luctum pl. *A cf. v. 130*, *fort.* tum luctumque *uel* luctum tumque 123 h**ec *K* crinis *T* nutato *A*, nodato (u s. l.) *S* rumpit *d* 124 genas ecuit *T* secuut *A* feret *T* 125 et *om.* *Z* *post* infelix, mater *om.* *R* iam *om.* *A*

Orba super gelidum frustra premit ubera natum.
Quis tibi tunc, lanio, cernenti talia sensus?
Quosue dabas fremitus, cum uulnera feruere late
Prospiceres arce ex summa uastumque uideres
Misceri ante oculos tantis plangoribus aequor?
Extinctisque tamen quamuis infantibus absens,
Praesens Christus erat, qui sancta pericula semper
Suscipit et poenas alieno in corpore sentit.
Ast ubi bis senos aetatis contigit annos,
Hoc spatium de carne trahens, aeuique meatus
Humana pro parte tulit, senioribus esse
Corde uidebatur senior legisque magistros
Inter ut emeritus residebat iure magister.
Nec mora (quas etenim uolitans per tempora mundus
Nouit habere moras?) usus maiore iuuenta,
Sex quasi lustra gerens placidam Iordanis ad undam

127 cf. Verg. Aen. IV 408 s., Prud. Perist. V 421 139 cf. Verg. Ge. III 110, Iuvenc. IV 395

126 orbata *A Rem.* gilidum *A* fru^s^tra *Γ* uuera *T* u^a^bernatum *K* 127 tum *ex* tunc *E*, nunc *cod. Arntz. m. 1* cernenti] enti *in ras. C* cernent italia *E* 128 quos uidebas *A*, ue *ex* ui *KL* dabas *ex* debas *E*, dabas (da *in ras.*) Z^2 fremitos *T*, p̄mitus *A*, g^fre^emitus *L*, fremit^u^os *Z corr. m. 2*, gemitus *sched. Poelm.* 129 propiceris arcem *T* arte A^1P uideris *T* 130 miscere *b* clamoribus O^1 aequor] uastam — aethram *coni. Arntz.* 131 que *s. l. Γ* abens T^1 *corr. m. 2* 132 qua *Wopk. coni.* 133 suscepit TL^1Z^1, suspicit *Fabr.* pectore *c* 134 ubi' senos (s *a m. 2*) *F* contegit AZ^1 135 trahent seui T^1 *corr. m. 2*, trachens *A*, trahit *S* meatos TZ^1, meatus (us *in ras.*) *H* 136 humane *E*, *post* humana *ras. 1 uerbi in H* p *s. l.* L^2 tullit pparte *A* 137 magist.ros (e *eras.*) *T*, ma.gistros (i *eras.*) *A* 138 ut] & *S* 'meritus (e *a m. 2*) *T* residebat *ex* resedebat *E* 139 nsec *A*, ne' *E* uolit^a^s (n *a m. 2*) *Z* t^ampo^artara *T corr. m. 2* mund.us *E*, -us *in ras. F* 140 *in mg.* K^1 ussus *A* maiore *ex* maiora *EFT* iuuentute *A*, senecta *cod. Arntz.* 141 und^dam^ (dam *a m. 2*) *T*

Molle pecus, trepidaeque uocant sua pignera fetae
Nequiquam et uacuas implent balatibus auras:
Haut secus Herodes Christo stimulatus adempto
Sternere conlisas paruorum strage cateruas
Inmerito non cessat atrox. quo crimine simplex
Turba perit? cur qui uixdum potuere creari
Iam meruere mori? furor est in rege cruento,
Non ratio; primosque necans uagitus et audens
Innumerum patrare nefas puerilia mactat
Milia plangoremque dedit tot matribus unum.
Haec laceros crines nudato uertice rupit,
Illa genas secuit, nudum ferit altera pugnis
Pectus et infelix mater (nec iam modo mater)

117 cf. Lucan. II 108 s. 125 cf. Ovid. Art. am. II 93

113 trepidequae T^1 *corr. m. 2*, tripidaq; *A* que *s. l. Γ* pignera *plerique* faete *A*, foete *uel* foetae *rell.* 114 nequ∗am (i *eras.*) *A*, nequicquam *B*, nequi∗quam (c *eras.*) *EK*, nequaquam *c*, nec quidquam *Arntz.* et *om. B* conplent *DG* ballatibus *A*, ballantibus *Reg. 4* 115 aut *T*, haut *ΓKLZ* (h *a m. 2*) *Rem.*, heu *A*, haud *rell.* secus] decus *P* herodis *T*, hirodis *A* 116 conlissas *A* paruolorum *T*, paruulorum *AP* (ul *eras.*) *L*, par∗u∗orum (u, l *eras.*) *Z cf. Pros. et v. III 215* 117 immerita *nonnulli rec. adprob. Barthio Wopk. al.* nec (n̄ s. l.) *L*, n̄ *in ras.* Z^2 c∗essat *A* atrux *A* cremine *A* simplix *T*, semplex *A* 118 Cur sic turba perit uixdum p. c. *T repugnante Prosa* quur *ELZ* fix (u s. l.) *A* quix (ul s. l.) (ui *a m. 2*) *B* uix tum PTZ^2, dum uix *S* 119 mori] ri *in ras. F* furorēst (st *corr.*) *E*, *post* est *ras. unius uerbi in Z* in *in ras.* Z^2 120 primus T^1 (que *s. l.* T^2) necans *in ras.* Z^2 n. u. audensq; *in ras. C* uagitos (a s. l.) *LZ* non ratio, primisque hostis uagitibus audet *Cellarius coni.*, primosque uetans uagitus *Vonckius*, non ratio, patrare nefas (*omissis cet.*) *Barthius*, p. negans u. *uel* primisque necans uagitibus audet *Arntz.* 121 *et* 122 *in mg. C* in numerum *T*, *defendit Wopk.*, innumer∗ū (a *eras.*) *F* audent *L*, -ns *in ras.* Z^2 mactant (n *expunx. m. 2*) *T* 122 milia tum *Reg. 1* plangoremque] luctumque *T Reg. 1*, luctum pl. *A cf. v. 130, fort.* tum luctumque *uel* luctum tumque 123 h∗∗ec *K* crinis *T* nutato *A*, nodato (u s. l.) *S* rumpit *d* 124 genas ecuit *T* secuut *A* feret *T* 125 et *om. Z* *post* infelix, mater *om. R* iam *om. A*

Orba super gelidum frustra premit ubera natum.
Quis tibi tunc, lanio, cernenti talia sensus?
Quosue dabas fremitus, cum uulnera feruere late
Prospiceres arce ex summa uastumque uideres
Misceri ante oculos tantis plangoribus aequor?
Extinctisque tamen quamuis infantibus absens,
Praesens Christus erat, qui sancta pericula semper
Suscipit et poenas alieno in corpore sentit.
  Ast ubi bis senos aetatis contigit annos,
Hoc spatium de carne trahens, aeuique meatus
Humana pro parte tulit, senioribus esse
Corde uidebatur senior legisque magistros
Inter ut emeritus residebat iure magister.
  Nec mora (quas etenim uolitans per tempora mundus
Nouit habere moras?) usus maiore iuuenta,
Sex quasi lustra gerens placidam Iordanis ad undam

127 cf. Verg. Aen. IV 408 s., Prud. Perist. V 421 139 cf. Verg. Ge. III 110, Iuvenc. IV 395

126 orbata *A Rem.* gilidum *A* frutra (s) *Γ* uuera *T* u*bernatum (a) *K* 127 tum *ex* tunc *E*, nunc *cod. Arntz. m. 1* cernenti] enti *in ras. C* cernent italia *E* 128 quos uidebas *A*, ue *ex* ui *KL* dabas *ex* debas *E*, dabas (da *in ras.*) Z^2 fremitos *T*, pmitus (fre) *A*, gemitus *L*, fremitos (u) *Z corr. m. 2*, gemitus *sched. Poelm.* 129 propiceris arcem *T* arte A^1P uideris *T* 130 miscere (i) *b* clamoribus O^1 aequor] uastam — aethram *coni. Arntz.* 131 que *s. l. Γ* abens T^1 *corr. m. 2* 132 qua *Wopk. coni.* 133 suscepit TL^1Z^1, suspicit *Fabr.* pectore *c* 134 ubi' senos (s *a m. 2*) *F* contegit AZ^1 135 trahent seui T^1 *corr. m. 2*, trachens *A*, trahit *S* meatos TZ^1, meatus (us *in ras.*) *H* 136 humane (a) *E*, *post* humana *ras. 1 uerbi in H* p *s. l.* L^2 tullit pparte *A* 137 magist*ros (e *eras.*) *T*, ma*gistros (i *eras.*) *A* 138 ut] & *S* 'meritus (e *a m. 2*) *T* residebat *ex* resedebat *E* 139 naec *A*, ne' *E* uolitas (n *a m. 2*) *Z* tartara (empo) *T corr. m. 2* mund*us *E*, -us *in ras. F* 140 *in mg.* K^2 ussus *A* maiore *ex* maiora *EFT* iuuentute *A*, senecta *cod. Arntz.* 141 und{ (dam) (dam *a m. 2*) *T*

Venit ut acciperet hoc, quod dare uenerat ipse.
Hunc Baptista potens ut uidit ab amne Iohannes,
Quem matris dum uentre latet nondumque creatus
Senserat obstruso iam tunc sermone prophetes
Vt muto genitore fluens, cui munera linguae
Post noni taciturna diu spiramina mensis
Parto redduntur nato, mox praedicat: agnus
Ecce Dei ueniens peccatum tollere mundi.
Tollere cum dicit quod non habet, hoc mihi tollit:
Non mala ut ipse gerat, sed ut ipse nocentia perdat.
Qualiter in medias cum lux praeclara tenebras
Funditur et proprium non obfuscata serenum
Decutit expulsas inlaesis uultibus umbras,
Sic delicta fugans Saluator nostra gerendo
Tersit et adtactu procul euanescere iussit.
Tunc uada torrentum simplex ingressus aquarum,
In se cuncta lauat nostrae contagia uitae

142 accipere T^1 *corr. m. 2*, acciperit L^1 143 babtiza *A* iohannis *TAL¹Z* 144 latit Z^1, latens *Reg. 1* nondumque] que *s. l.* E^2 145 obstrusso *A*, ăbstruso *b*, obstructo *g* tum *KLPSTZ* prophetis *T*, prophetes (ł tę *s. l. m. 2*) *Γ*, ꝑfetis *A*, ꝓphetis *P Reg. 4*, ꝑfete* *C*, ꝓphetę (ł tes *s. l. m. 2*) *F*, prophetae *GHO sched. Poelm.*, propheta *ed. Lips.* 146 et muto *l 2* (*Laur. 2 s. XV*) fluiens *A*, cluens (clu *in ras.*) *L*, fruens *c Parrh.*, silens *Nebriss. coni.* 147 noni *in ras. A*, *s. l. Z* tacitura *Cant. Ald.* 148 edito *TPRS Reg. 1*, ædito *Ab*, partu *BC* (*ex* to) *DF²GH¹L¹* reddita sunt genito nato *f* nati *a* (*corr.*) *c* 149 cum] dum *Parrh. sched. Poelm.* 150 cum n̄ habet n:qđ *A* michi *B* tollet *TKL¹TZ*, tullit *A*, tolli *R* 151 ferat *Parrh. sched. Poelm.* 152 dum *FK²P Spir. Fabr.* 153 fonditor *T* proprio—sereno *BCEFGHS Reg. 1 Cant. cf. ind. sub acc.* sufuscat̃ *A*, offuscata *T* o*fuscata (b *a m. 2*) *E*, obfuscata *plerique* 154 deducit *T*, decut& Z^1, discutit *m* expulsus *G* inlessis *A* 155 dilicta nostra *A* saluator noster *A* 156 et] it T^1 *corr. m. 2* adtactu *L*, attactu (t_1 *in ras.*) *Z*, ȧdtactu *b*, attacto TS^1, tactu *A*, a tactu *BCDE* (*in ras. 2*) *FOPRT*, at acta *V* euaniscere *T*, euanescire *S* 157 tum in *Nebriss. coni.* uada* *K* semplex *A*, supplex *c* 158 labat *T*, lau*at (d *eras.*) *F* ł -uat *in mg. m. 2*, lauit *Reg. 4 Cant.*, lau*it *b* nostra T^1 *corr. m. 2*

Ipse nihil quod perdat habens, sanctoque liquentes
Corpore mundauit latices famamque beauit
Gurgitis et propriis sacrauit flumina membris.
Senserunt elementa Deum, mare fugit, et ipse
Iordanis refluas cursum conuertit in undas.
Namque propheta canens: quidnam est, mare, quod fugis, [inquit,
Et tu, Iordanis, retro quia subtrahis amnem?
  Ergo ubi flumineum post mystica dona lauacrum
Egrediens siccas Dominus calcauit harenas,
Confestim patuere poli, sanctusque columbae
Spiritus in specie Christum uestiuit honore
Mansuetumque docet multumque incedere mitem

164 cf. Ps. 113, 5

159 nichil *B* tergat *coni. Nolte sed cf. v. 151* liquentis *T* 160 in corpore *A* famãq· (l as) *Γ* (l limphamq; *m. al.*), limphasque *A*, limphaque (s) *C*, lim *in ras.* s *a m. 2 E*, lymphasq; *GH*, limfasq; *FST*, limfamque *KLZ*^{2} (*s. l.*) R^1 *in ras.*, fontemque *b* 161 proprii *B* flumina] f *a m. 2 T* membr. (is) (a *eras.*) *A*, menbris *BC* 162 senseruntque *Γ* (erq; *in ras. m. 2*) DF^1GH, *post* senserunt *ras. in C*, sensere *e* elimenta T^1AZ^1 mare *s. l.* B^2 fugit mare *c* fuit *C* 163 Iordanes *Γ Reg. 1 a m. 1, post* Iordanis *ras. in E* refluans (*expunx. m. 2*) *F*, refluans LZ^2, refluens Z^1 (*ut uidetur*) *Ambros. H 80 saec. XV*, reflues *Rem.* mutauit *ed. Lips.* 164 *post v.* 165 *in mg. adiec.* A^2 quid *T*, -nam *s. l.* C^2, quinam *cod. Arntz.* mare] tibi *T* regis (fu) A^2 quare fugisti *Reg. 4* fugisti *D* inquid *TELSZ* 165 quia] quid $Γ^2$ (*in ras.*) $CDF^2KOPRTZ^2$, qui. (d) (d *a m. 2*) *L*, quare (id) *B corr. m. 2*, qua. (i) *E* subtrais (h) (h *a m. 2*) *TH*, retrahis Z^1 *corr. m. 2* amnē. *E* 166 fulmineum *B* fluminei — lauacri CDF^2 (*in mg.* fluminei *add. m. 2*) *GH* (*ex corr.*) *al.* mystica *T*, mistica *plerique* 167 dominus siccas *B Reg. 1* 168 *post* confestim *ras. in E* polis (s *expunx. m. 2*) *T* sc.sque (o *uel* u *eras.*) *T* 169 speciem TBZ^1 (m *eras.*), sp&iae *P* inuestiuit *Vonck. coni.* honorem *T* 170 mansuitumque *T*, mansuetumque|q; *A* docens *f* multum mitemque incidere *A*, mitemque incedere, mitem *uel* humilemque incedere, mitem *Wopk. coni.*

Per uolucrem quae felle caret, Natoque uocato
Voce Patris triplici Deus ex ratione probatur,
Quod Pater et Natus, quod Spiritus est ibi sanctus,
Quo manet indignus qui non numerauerit unum.
Inde quater denis iam noctibus atque diebus
Ieiunum dapibus, sacro Spiramine plenum
Insidiis temptator adit doctusque per artem
Fallaces offerre dapes: si filius, inquit,
Cerneris esse Dei, dic ut lapis iste repente
In panis uertatur opem, miracula tamquam
Haec eadem non semper agat, qui saxea terrae
Viscera frugiferis animans fecundat aristis
Et panem de caute creat. hac ergo repulsus
Voce prius hominem non solo uiuere pane
Sed cuncto sermone Dei, labefactus et amens,
Altera uipereis instaurans arma uenenis
Cum Domino montana petit cunctasque per orbem
Regnorum monstrauit opes: haec omnia, dicens,

177 cf. Verg. Ge. I 122

171 que *T*, qui *ex* quae *K* uelle (f) *Γ* caret (re) (re *a m. 2*) *T* uacato *T*, cato *A* 172 ueoce *A* tripliciq; *B* ex] *om.* *A* probatus *B*, uocatur b^1 *corr. m. 2 in mg.* 173 natos *T* 174 quo• (d *eras.*) *Z* honorauerit $ADΓ^2$ (*in mg.*) E^1GH *Cant.*, orauerit (l num) (o *in ras. m. 2*) *C* honorau unū F^1 175 adq· *T* 176 ⟨iniuum (ieiu) *T corr. m. 2*, ieiun•um (i *eras.*) *D*, geiun•um *E*, ieun•um (i *eras.*) *HZ* 177 ⟨sidiis (insi *in mg. add. m. 2*) *T* temptatur *T* ad•it (i *eras.*) *Z* arte *P* 178 ⟨allacis T^1 *corr.* -ces *et in mg. add.* fal *m. 2* dapis P^1 *corr. m. 2* inquid *TELZ* 179 cerneres *corr. in* cerneris *K*, crederis *c* dei *s. l.* K^2 180 pan•• *P* 181 sax•ea *F*, saxa (a, *in ras.*, e *a m. 2*) *Z* haec non semper agat Dominus *Poelm.* (*corr. in mg.*) 182 uistera T^1 ⟨tiferis (gi) *Γ*, frugiferi•s *P*, fructiferis *e Spir. Fabr. al.* foecondat *A*, fecund& *P* arestis *T*, arrestis *A* 183 cau•te E^1 haec T^1 *corr. m. 2* 184 solum $AG^1H^1T^1$ panem (m *expunx. m. 2*) *T* 185 iuncto *g* labefactus] b *corr.* *T* amans F^1, mestus *A* 186 uiperis *A* instauras (n) *G* arma uenenis] T^2 lubricus artis *a m. 1 cf.* *III 189* 187 cunctaque (s *a m. 2*) *L*

Me tribuente feres, si me prostratus adores.
Quantum peruersus, tantum peruersa locutus:
Scilicet ut fragilis regna adfectaret honoris
Qui populis aeterna parat, monstrumque nefandum
Pronus adoraret, cuius super aethera sedes,
Terra pedum locus est, quem nullus cernit et omnis
Laudat in excelsis submissa uoce potestas.
Christus ad haec: tantum Dominum scriptura Deumque
Iussit adorari et soli famularier uni.
His quoque deficiens congressibus audet iniquus
Ter sese adtollens animo perstare superbo,
Terque uolutus humo fragili confidere bello.
Tunc adsumpsit eum sanctam sceleratus in urbem,
Et statuens alti supra fastigia templi:
Si natum genitore Deo tete adseris, inquit,

193 cf. Prud. Perist. X 253 199 cf. Verg. Aen. IV 690
202 cf. Verg. Aen. VIII 366

189 mer&ribuente *L* seris *T*, feras F^1 adoris *T*, adoras *e* 190 tantum] quantum *ed. Lips.* locutus *A*, loquutus *KL*, loquitus *Z corr. m. 2* 191 fragilis regna—honoris *TA Reg. 4* b^1 fragiles *CEG²L² Reg. 1* adf.ectar& *F* regni — honores *plerique* 192 populus *ex* populis *F*, populi *P* par&^{at} (*corr. m. 2*) *CF* 193 *in mg. adi. C* sep^{u} *F* haethera *A*, &thra *R* sedis *TL PZ*, sed& *C* 194 omnes T^1 195 submisa *A* 197 adoraret *T*, adorare^{t} et *KL* famulari et *T* famulari $\text{ẜero}^{h\ dño}$ *A*, famulari eruni *K* illi *S* (*in ras., Arntz.*) uni^{mi} *c* 198 dificiens *A* congresibus *TA* ardet *Reg. 4* iniqus *A*, iniquis K^1 *Cant.* 199 se *T* adtollens] d *ex* e *E* perstare^{t} (t *a m. 2*) *T*, p̄tare *A Reg. 4*, pestare *Z* superb.: *A* 200 terre T^1 terrę$^{q:}$ *corr. m. 2* humo$^{l\ mi}$ *F s. l. m. 2* fragilli *A* considere *cod. Arntz.* bellum T^1 201 tunc *ex* tum *C* scā Z^1, sanctum *H* 202 supra] ra *in ras. E*, super *PR* 203 ginitore *T* te *TA*, te^{te} *E*, d&e *K*, tu te *cod. Arntz. Parrh.* inquid *TAL*

Inpiger e summo dilapsus labere tecto.
Nam scriptura docet de te mandasse Tonantem,
Angelicis subuectus eas ut tutior ulnis,
Ad lapidem ne forte pedem conlidere possis.
O quam caeca gerit nigro sub pectore corda
Mens tenebris obscura suis! hunc ardua templi
Culmina et erectae quamuis fastigia pinnae
Credidit in praeceps horrescere, maxima summi
Curuauit qui membra poli caelosque per omnes
Vectus in extremae discendit humillima terrae,
Inferiora petens et non excelsa relinquens.
Dixerat, et ualidi confossus cuspide uerbi,
Quod temptare suum Dominumque Deumque nequiret,
Victoris fugit ora gemens. tunc hoste repulso
Caelicolae adsistunt proceres coetusque micantes,
Angelici Christo famulantur rite ministri.

215 cf. Verg. Aen. I 81

204 inpeger *T*, impi^s^er *A* impiger e (ger e *in ras.*) *R* e] *s. l.* Γ^2Z, *om.* *C* sumo *E* dilapsus $T\Gamma^2F^1PRb^1$, delapsus *ADG*, dimissus $CL^1Z\Gamma$, demissus *E* (*l* delapsus *s. l.*) *HKS Rom. cf. Rem.* 205 mandas·se *A* mandasse^t^onantem (se *in ras.*) *E* thonantem *T* 206 subiectus *Reg. 4* totior *T*, t^u^or (ti *a m. 2*) *R* 208 geret *T* pecture *T* 209 oscura *K* 210 fastigia *ex* fęstigia *F* pi^n^nae *T corr. m. 2* 211 crededit *T* orriscere *T*, horriscere *Z* summi] ummi *eras. in R* 212 cur^u^auit *T*, curau^i^t (*' l* curuauit) *A*, curauit $F^1L^1Z^1$, curbuit *b* poli] *s. l.* K^2 omnis F^1Z^1 213 uictus K^1 extrema T^1 *corr. m. 2*, extrimae *A* discendit T^1AKLZ, desce^n^dit (n *a m. 2*) *R*, descendit *rell.* 214 inferiora terrae *A* poetens *K* et TAE^1FLO *Reg. 4*, s& *K*, sed *rell. cf. Pros.* relinque^ns^ *T corr. m. 2*, reliquens *K* 215 ua·lidi (l *eras.*) *H* confusus *T*, confussus F^1, perfossus *g* cospite *A*, cospide *Reg. 4* uerbi (regni) *F* 216 dnm dmque *T Reg. 4*, dm dnmq; *A* nequirit *S*, nequisset *Reg. 4*, requirit *Parrh.* 217 hora *T*, ᴂra *T* fugitur armis amens (*' l* gemens) *A* hoste] ore *P* 218 caeliculae *T* proceris *T* coetosq· *T* micantis *TA* 219 angelici et *Ald.* rite] iure *cod. Arntz.*

Protinus ergo uiros ex piscatoribus aptos
Humanas piscari animas, quae lubrica mundi
Gaudia sectantes tamquam uaga caerula ponti
Caecaque praecipites tranant incerta profundi,
Discipulos iubet esse suos talesque supernae
Conciliat uitae, quos non uentosa loquendi
Gloria nec uana de nobilitate superbus
Sanguis alat sed fama tacens, humilique refulgens
Mente nitor caelo faciat de plebe propinquos.
Namque stulta potens elegit et infima mundi
Fortia confringens Deus et sapientia perdens.
Quin etiam celerem cupiens conferre salutem
Orandi praecepta dedit, iudexque benignus
Indulgenda peti breuiter iubet, ut cito praestet,
Sic dicens: orate patrem, baptismate nostrum,
Iure suum; propriumque homini concessit honorem
Et quod solus habet cunctos permisit habere.

220 piscatori**b: (is *eras.*) *A* *uers. om. Reg. 4* 221 piscare *b* qui *c* 222 sectantis *T*[1] *corr. m. 2* cerola *L*, querula *A* uada caerula *Cellarius* 223 caecaquae (a *exp. m. 2*) *T* praecipitis *TE*[1]*PR*[1]*VT*[1]*b*, praecipites *L* tranant *T*, tranunt (?) *A*, tranent *Reg. 4*, -a- *in ras. L* 224 *post* iubet *ras. 1 uerbi in H* talisque *Z*[1] 225 concili& *Z corr. m. 2* uentusa *T*, uentuosa *A*, uentosa *in ras. S*[1] 226 gratia (´ gloria *in mg.*) *A* superbos *L* 227 alit *LZ* 228 facit *A* de*plebe (b *eras.*) *A* propinquus *T*[1] *corr. m. 2* 229 nam qui *A*, n. qui* (a *eras.*) *F*, namq*** *R*, n. quoque *ed. Lips.*, n. quae *Fabr. Cell. al.* namstulta *S* stulta] infirma *Fabr.* eliget *T* 230 *post v.* 231 *in T* confungens (u, d *a m. 2*) *E*, constringens *d* prodens *O fort. a m. 1* 231 caelerē (˜ *a m. 2*) *T*, celebrem *P* confer*re (e *eras.*) *E* 232 precepta *T* indexque *Vonck. coni.* 233 petit (*exp. m. 2*) *T* p̄uit̃ *A* iubat *F*[1] *corr. m. 2* caeto *T* prestet (e, *a m. 2*) *T* 234 in bapt. *cod. Arntz.* babtismate *A* uestrum *ed. Lips.* 236 *in mg. adi. T*[2] permissit *A* haberae *A* ....R NOSTER QVI ES IN CAELIS *T cum rell.* (PATER), *incipit oratio dominica Pater ect. A*

Qui dominum caeli patrem memoramus, in ipso
Iam fratres nos esse decet nec origine carnis
Germanum tractare odium, sed spiritus igne
Flagrantes abolere doli monumenta uetusti
Atque nouum gestare hominem, ne forsan ab alto
Degenerent terrena Deo, cui nos duce Christo
Fecit adoptiuos caelestis gratia natos.
  Sanctificetur ubi Dominus, qui cuncta creando
Sanctificat, nisi corde pio, nisi pectore casto?
Vt mereamur eum nos sanctificare colendo,
Annuat ipse prior, sicut benedicier idem
Se iubet a nobis, a quo benedicimur omnes.
  Adueniat regnum iam iamque scilicet illud,
Morte uacans et fine carens, cui nulla per aeuum

237 dmn *T exp. m. 2*, dm *A* patrem caeli *KLPSTZ* 238 nos fratres *AR* dicet TZ^1, dicit *L*, debet *A* iam d. nos esse fratres *Reg. 4* canis *E* 239 tractaret *T*, tractare (ʻ ł gestare *in mg.*) *A*, tractari L^1Z^1, gestare DE^2 (*ex corr.*) *F* (ł tractare *in mg. m. 2*), sectare O^1, sectari *Reg. 2 dfg* hodiū *A*, odio *ex* odium *H* 240 flagrantis T^1 (*corr. m. 2*) Z^1, flagrantes (es *in ras.*) E^2 obolire T^1 abolire *corr. m. 2* monumenta $TE^1F^1K^1L^1R^1Z^1$, monimenta *rell.* 241 adque Tb^1 forsitan *A* 243 facit *A* adoptiuos] -p- uo *corr. m. 2 T* gloria] ł gratia F^2 244 SANCTIFICETVR NOMEN TVVM *T cum rell.* santificet ur *T*, sanctificatur Sc^2 *cod. Arntz. Cant. Spir. Poelm. Fabr.* dn̄s ds̄ *A* 245 corpore *T Reg. 1*, pectore *rell.* 246 um *P corr. m. 2* mereamor *T*, meriamur *A* 247 annuat *T*, anuet *A*, annuat *in ras. K*, adnuet *L*, annuit *Reg. 4*, annuet *Spir. Poelm. al.* prius *T corr. m. 2* sicut] sic *P* benedici heridem *T* (heredem *corr. m. 2*), -ier *in ras.* Z^2 248 se] sic *g* iubeat T^1 (*exp. m. 2*) benedicimus *Reg. 4* 249 ADVENIAT REGNVM TVVM *T cum rell.* adueniad AE^1 regnum tuum *A*, regnum caeleste *Parrh.* iamque (nam *a m. 2*) *T*, iamiam quoque *V cod. Arntz. cum nonn. editt.* scilicit T^1 250 ⟩orte *T corr. m. 2* uicans *K corr. m. 2*, uacas Z^1 euum *T et al.*

Tempora succedunt, quia nescit tempus habere
Continuus sine nocte dies: ubi principe Christo
Nobile perpetua caput amplectente corona
Victor opima ferens gaudebit praemia miles.
Hoc iugibus uotis, hoc nocte dieque precemur,
Illius ut fiat caelo terraque uoluntas,
Qui nusquam uult esse nefas hostemque nocentem
Vtque polo sic pellat humo, ne corpora nostra
Tamquam uile solum saeuus sibi uindicet hydrus;
Sed qui cuncta fouet plena pietate redundans
Omnipotens animas pariter conseruet et artus:
Altera pars etenim caeli sumus, altera terrae.
Annonam fidei speramus pane diurno,
Ne mens nostra famem doctrinae sentiat umquam

251 ⸗mpora *T e a m. 2* succidunt *A*, succedent *EL*, succedent KL^1RZb *Spir. Poelm. Fabr. al.*, succedant (?) *O* quod AE^1, qui *Z* tempus quia nescit *Sc* 252 continus *C* ne (si *a m. 2*) *Z* dies ⸗ *A* 253 nubile *A* perpetuae T^1 *corr. m. 2*, perpetue H^1 capud *A*, caput⁎ *K* amplectante *AR*, am- *in ras.* K^2 coronam *AD* 254 meles *A*, milis L^1Z^1 FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN CAELO ITA ET IN TERRA *T cum rell.* (*pro* ita, est *in A, om. al.*) 255 ho (c *a m. 2*) *T* iugibus hoc *Ald. sched. Poelm.* precibus *Cant.* noctu *A Reg. 4* diemque *T* praecemus *TZ* 256 ipsius *cod. Arntz.* fiat uoluntas *A* caeloq; *S* terraeque *Z* 257 numquam *T corr. m. 2* nocentem] malignum *Cant.* 258 utquae *T exp. m. 2* ut caelo *Ald.* sit T^1 *corr. m. 2* homo *D, post* humo *ras. in K* ne *in ras. K* 259 solo *T* uendicet AC^2, indicet *Reg. 1,* se ibi uendic& *L corr. m. 2* y drops T^1 -us *corr. m. 2,* hilidrus *A,* hydros *EG,* hedrus *F,* idrus *KLZ,* ydrus *PT,* idros *b* 260 sequi *E* fouens *L corr. m. 2* redundans pietate *A* 262 atq; altera *S* 263 PANEM NOSTRVM COTIDIANVM DA NOBIS HODIAE *T* (cottidianum *uel* cotidianum, hodie *rell.*) annunam T^1 *corr. m. 2* speremus C^2E^2 *cod. Arntz.* diurno pane *A* 264 mens ne *a d* fame *T*, famen ES^1 senti& *P* umquã⁎ *T*

A Christo ieiuna, suo qui corpore et ore
Nos saturat simul ipse manens uerbumque cibusque.
Dulcia nam Domini nostris in faucibus haerent
Eloquia exuperantque fauos atque omnia mella.
  Debita laxari qui nobis cuncta rogamus,
Nos quoque laxemus; proprii nam cautio uerbi
Spondentes manifesta tenet, grauiusque soluti
Nectimur alterius si soluere uincla negemus:
Incipietque pius decies millena talenta
Dimittens Dominus, si nos adfligere propter
Denarios centum conseruum senserit ullum,
Tradere confestim tortoribus, inque feroci
Carcere constricti non permittemur abire,
Donec cuncta breuem reddamus adusque quadrantem.
  Non quia nos Dominus, lucis uia, semita pacis,
In laqueos temptantis agat, sed cum mala nostra
Deserit, ire sinit. nam quisquis retia mundi

268 cf. Verg. Ge. IV 101

265 cena *corr. in* ieiuna T^2, ieiunos *A* suoq//// (ui) Z^2 pectore *Wopk. coni.* ore uerbo *D* 266 cibumq· *T*, cibusq; *in ras. K* uerbiq; cibiq; *Z* 267 nāq; dī c^2 *post* nostri *ras. 1 uerbi in K*, in nostris *g* fauci••bus (li *eras.*) *F* herent *T cum plerisque* 268 exuperant] q *adiec.* T^2, q; *in ras. in K*, quę *b* exuberantq; Z^1 adque *TE* et dulcia *cod. Arntz.* 269 ET DEMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA SICVT ET NOS DEMITTIMVS DEBITORIBVS NOST ... *T*, dimitte—dimittimus—nostris *rell. praeter A* (Et dimitte nobis debita nostra) laxari•• *A* qui• (d *eras.*) *LZ* nobis qui *cod. Arntz.* 270 propria K^1 *corr. m. 2* n͂ (ā *a m. 2*) *F* 271 spondentis *TL*, sondentes *P* soluta T^2AE^1 272 nectimor TL^1Z^1, neccemur *A* uinc•la (u *eras.*) *F* negemus TCE^1 *Reg. 1 c e*, negamus *rell.* 273 incipitq; L^1 dies (ci) *R* milena *A* thalenta *T* 274 demittens *T*, dimittens (i *in ras.*) *H* adfigere K^1 275 denarius *T* cum seruum *T* ullum] unum *cod. Arntz.* 276 indiq; *A* 277 carchere *T* permittimur TL^1Z, permittitur (m) *A*, permittamur *DHR* ab•ire (h *eras.*) *Z* 278 breuem] leuem *Vonckius coni.* quadrante *T* 279 ET NE NOS INDVCAS IN TEMPTATIONEM *T cum rell.* 280 temptantes (i) *K* aget T^1 agat *corr. m. 2*, agit $L^1Z^1O^1P$ (*corr.*) *cf. Pros.* 281 deseret E^1 *corr. m. 2* quisquis ouis retia m͂ *T*

Deliciosa sequens luxus et gaudia blandae
Perditionis amat, Deus hunc, uirtutis amator,
Linquit, et ingreditur qua se temptatio ducit.
Ab hac ergo pedem retro faciamus et artum
Corde petamus iter, tenuis qua semita monstrat
Ire per angustam regna ad caelestia portam.
  Si cupimus uitare malum, debemus adire
Sectarique bonum: hic quia liberat, ille trucidat;
Hic alit, ille necat. nam quantum sidera terris,
Ignis aquis, lumen tenebris, concordia bellis,
Vita sepulturis, tantum bona longius absunt
Dissociata malis. dextrum quicumque necesse est
Aut laeuum gradiatur iter. sed dextra bonorum
Semita conspicuos uocat in sua gaudia iustos
Inque tuos, patriarcha, sinus: at laeua malorum

285 cf. Paul. Nol. XXI 37 286 cf. Verg. Aen. I 418, XI 524 287 cf. Iuvenc. I 717 296 cf. Verg. Aen. VI 542

282 diliciosa *A* 283 hinc *P* 284 linquid *TDL* (d *in ras.*), linquet $E^1 O^1 Z$ ingreditor *T* quo *A* si $T^1 Z^1$ temp^ta^tio *R* ducet *T fort. recte cf. Pros.* 285 nos hac *Cell. suadente cod. Lips.*, ex hac *g* abducamus *Cell. Grun. Arntz.*, *an* referamus ? Iugibus hanc igitur studiis uitemus et arctum *Poelm. Fabr. al.* 286 pe.tamus *E* inter *T* 287 ad *s. l. LZ* porta *T* 288 SED LIBERA NOS A MALO *T cum. rell.* de^em^bus (em *a m. 2*) *T* debemus adfectare q̧ bonum *A* 289 sectare *corr. in* sectarique *E* qui *A*, quia (a *corr. m. al.*) *E*, quia *in ras. F cf. de Sed. poet. uit. p. 117* le^i^berat *L* illic trucidat *A* 290 alet *T*, ait F^1 illic negat *A* sydera ***** (terra ? *eras.*) *D* 292 uita] uiui *A* sepulturis] ur *in ras. T* baona *A* longuius *A*, -us *ex* ais (?) *C*, *post* longius *ras. 1 uerbi in K* .ab^f^unt (h *eras.*, f *a m. 2*) *T*, ab^s^eunt *L*, s *corr. in Z* 293 desociata Ab^1, ^dis^sociata *Z* malo *Reg. 4* cuicumque *LZ* (*corr.*) *R* (c *a m. 2*) c^2 *codd. Arntz. et Lips. Fabr. al.*, quemcumque *P*, unusquisque *Ald.* est] *om. cod. Arntz.* 294 ut *O* leuum *T cum aliis* dextera *A* 295 gaudia *ex* gaudea *A* 296 inquid *T exp. m. 2*, inq;////t (t *in ras.*) *F* I.n.q; ^t^duos *Z* patriarca *TK*, patriar^h^ca *L*, patriarchę *g* sinos Z^1 inque tuo sinus paradise *Reg. 4* ait *P*, at *in ras. R* liua T^1 *corr. m. 2* malorum nobis *A*

Exercet poenas et ad impia tartara mittit.
Ergo agnis ouibusque Dei est haec sola uoluntas
Et bona libertas: euadere torua cruenti
Ora lupi uitaque frui per pascua Christi.

297 = Verg. Aen. VI 543

297 exercit *TL*[1] ad] at *A* tartara] *om. A* mittit] ducit *ACF* (l mittit *m. 2 s. l.*) *O Reg. 4 Cant. Rem.*, mitt& *KT Cell.* 298 que *om. T* obibusq:* *D* uoluntas *ex* uoluptas *Z*, uoluptas *D* 299 turba *T*, turua *A* 300 ura (u *ex* o) *T* que *om. T* pascuá (´ perpetua *m. 2*) *A*, pasc*ua (h *eras.*) *D* xpi] contuli. ***ER PRIMVS NOVI TESTAMENTI INCP LIBER SECVNDVS. LEGENTI VITA PERTVA *T*, liber primus euang finit *A*, INCIPIT LIBER SECVNDVS DE MIRACVLIS XPI DE FILIO REGVLI *C*, EXPLICIT LIBER I. NOVI TESTAMTI. INCIPIT LIBER SECVNDVS *Eb*, EXPLICIT LIB ·I· SEDVLII NOVI TESTAMENTI. INCIP TTIVS (*eras. f.*) VBI AQVA IN VINV CVTIT *F*, EXPLICIT LIB ·II· INCIPIT TERTIVS VBI AQVAM IN VINVM CONVERTIT *G*, EXPLICIT PASCHALIS CARMINIS LIBER PRIMVS. INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SECVNDI EIVSDE OPERIS. *post capitula* INCIPIT PASCHALIS CARMINIS LIBER SECVNDVS *H*, EXPLICIT LIBER ·I· INCIPIT LIBER ·II· *KL* (sed I *ex* II, II *ex* III *corr.*) *S Reg. 1*, Explicit liber Sedulii primus noui testamenti. Incipit liber II. *O*, INCIPIT LIBER SECVNDVS *PT*, EXPLIC LIB PRIMVS. *post capitula libri sec.* INCIPIT LIB SECVNDVS *R*, EXPLICIT LIBER SECVNDVS (PRIMVS *superscr.*). INCIPIT LIBER III EIVSDEM (*corr. m. 2*) *Z*

LIBER TERTIVS.

Prima suae Dominus thalamis dignatus adesse
Virtutis documenta dedit conuiuaque praesens
Pascere, non pasci ueniens, mirabile! fusas
In uinum conuertit aquas: amittere gaudent
Pallorem latices, mutauit laeta saporem
Vnda suum largita merum, mensasque per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula musto.
Impleuit sex ergo lacus hoc nectare Christus:
Quippe ferax qui uitis erat uirtute colona
Omnia fructificans, cuius sub tegmine blando
Mitis inocciduas enutrit pampinus uuas.
Post regulus nato quidam moriente rogabat
Flebilis et supplex Dominum, quo uiseret aegrum

11 cf. Verg. Ge. I 448

2 ducumenta A^1 que *ex* quae T^2 3 pascire T^1 *corr. m. 2* uiniens L^1 fussas *A* 4 ammitere *P*, amitere *K*, dimittere *Cant. Spir.* gaude•t *L* 5 laticis TK^1LZ^1 motauit *A* laesa *Cant. Fabr. al.* 7 robuerunt TL^1 mustu T^1 *corr. m. 2*, mustum *T* 8 inpleuit *TE* ergo VI *A*, ^sex^ ergo sex *K*, ergo sex *LZ* lacos LZ^1 hoc] tunc *HK* nectari T^1 *corr. m. 2* 9 ^quip^ pe *T corr. m. 2* uerax *T* (*sed* u *a m. al.*) *O* ^colenda^ colona *C*, colenda *DE* (lenda *in ras.*) *FG* (*l* colona *m. 2*) HKL^2PRSZ^2 *Ald.* 10 mnia *T* fructiferans *cod. Arevali* tecmine *A* blandi Z^1 11 uitis *T* (u *ex* m *corr.*) ADE^1(?)PRZ^1(?), •itis (mitis *in mg.*) *F* inoccidua (s *a m. 2*) *K* inoccidua senutrit *H* emittit *Parrh. et sched. Poelm.* panpinus EZ^2 12 regulus *ex* regulam *C* regulus hinc nato *Aldus Fabr. al.* quidem *Z* 13 fleuilis T^1 *corr. m. 2* suplex *A*, subplex *K* qui *FL* uiserit $T^1L^1Z^1$, uisseret *A*, ui•seret *F* aegrum] *om. A*

Febre laborantem puerum trepidamque uetaret
Labi animam de sede sua. tunc larga potestas,
Credenti quae nulla negat nec dona retardat,
Velocem comitata fidem, sermone salutem
Concedens facili: uiuit iam filius, inquit,
Perge, tuus. quantum imperii fert iussio Christi!
Non dixit 'uicturus erit' sed 'iam quia uiuit'
More Dei, qui cuncta prius quam nata uidendo
Praeteritum cernit quidquid uult esse futurum.
  Inde salutiferis incedens gressibus urbes,
Oppida, rura, casas, uicos, castella peragrans,
Omnia depulsis sanabat corpora morbis.
  Ecce autem mediae clamans ex agmine turbae
Leprosus poscebat opem uariosque per artus
Plus candore miser: si uis, Domine, inquit, ab istis
Me maculis mundare, potes. 'uolo' Christus ut inquit,
Confestim redit una cutis proprioque decore
Laeta peregrinam mutarunt membra figuram,

18 cf. Ioh. 4, 50

14 puero *T*[1] *corr. m. 2* uetaret tripidamque *A* 15 sede *s. l. T* uoluntas *P* 16 credentibus nulla *A* que *T*[1], quia *Parrh. et sched. Poelm.* *post* nulla *ras. in L* 17 uelocem est *V* comitatam fidem *T exp. m. 2* fide *A* sermones *A* 18 conceden* (s *a m. 2*) *T* facile *T* (ē *corr. m. 2*) *AE*[1]*K*[1]*L*[1], facili* *Z*, facilem *g* *post* facile *ras. 2 uel 3 litt. in T, ras. in K* inquid *T*[1]*AD ELb*[1] 19 tuos *T*[1] *corr. m. 2* imperii* (s *eras.*) *T*, imperis̄ *A*, inperii *E*, imperio *F* (ł -rii *m. 2*) fer*t *L* 20 n̄ dix̄ uicturus x̄ps erit *A* 21 quia cuncta quam nota *cod. Arev.* 22 quicquid *T*[2] *cum plerisque* uenturum *A* 23 salutiferis *ex* saluteferis *T* incidens *T*[1] *corr. m. 2* gresibus *A* urbis *T*[1] *corr. m. 2*, urbem *Cant.* 24 opeda (p *s. l.*) *A* cassas *A* peragrans *ex* peregrans *F* 25 membris *Z*[1] *corr. m. 2* 26 medio *DGF* (*sed* o *corr. in* ę) *O*[1] *Spir.* clamans medisę *A* *post* clamans *ras. in K* agmine *ex* acmine (?) *E* 27 uariusque *T* artos (*corr. m. 2*) *TZ* 28 misser *A*, nitens *duae uet. editt. teste Arntz.* inquid *TELPZ* = *v. 29* 29 purgare *f* po*tes *E*, potes* (t *eras.*) *D* 30 reddit *A*, re*dit *E* una] humana *A* cu**tis (nc *eras.*) *T* decorpore *A* *v. in mg. add. K*[1] 31 perigrinā *A*, peregrina *D* motauer̃t *A* menbra *C*

Inque suo magis est uix agnitus ille colore.
Forte Petri ualidae torrebat lampadis aestu
Febris anhela socrum, dubioque in funere pendens
Saucia sub gelidis ardebat uita periclis,
Inmensusque calor frigus letale coquebat.
At posquam fessos Domini manus adtigit artus,
Igneus ardor abiit, totisque extincta medullis
Fonte latentis aquae cecidit uiolentia flammae.
Quin etiam rabidas nigrorum depulit iras
Spirituum, ne flatus atrox laceraret iniqua
Peste homines operisque Dei uexaret honorem,
Quem norat non esse Dei; passimque cateruas
Vt pius innumeras pulso languore saluti
Reddidit et uaria populos a clade leuauit.

33 cf. Iuvenc. I 807 34 cf. Verg. Ge. III 497 37 cf. Verg. Ge. IV 190

32 iamque *C* ma^g^is *A* est ////// u. a. *Z* inque suo magis agnitus *A cod. Arntz.* cognitus *Ald.* ille] ipse *cod. Arntz.* 33 lampadasestu (a, *in* i *corr.*, sestu *a m. 2*) *T* torquebat *Cant.* 34 a^h^nela (h *a m. 2*) *T*, anchella *A*, an^he^*la *L*, anhel* *P*, anila Z^1 35 uitæ *A* 36 quoquebat *T* lo&ale *DFHT*, l*&ale *E* 37 ad TZ^1, at* *A*, *t *C* pos^t^quam (t *a m. 2*) *T*, pquā *A* fessus T^1 *corr. m. 2*, ł lassos *in mg.* F^2 artos T^1 arctus *corr. m. 2* 38 ingens *cod. Arev.* abi:t *T*, abi*t (i *eras.*) *E*, abit *rell.* extinta *T* 39 laten^ti^s (ti *a m. 2*) *T*, latent*is *P* aque *T*, atq· E^1 *corr. m. 2* caeci^di^t *T corr. m. 2*, cicidit *A* 40 rapidas AGS^1 *Zb* depullit *A* 41 Sp^uu^m (uu *a m. 2*) *T*, spūm *A*, spiri:tuum *F* flat^u^os *F* 42 perte T^1 *corr. m. 2* hominesq; peste *A* hominis (*corr. m. 2*) T^1Z^1, homin^e^*s *L corr. m. 2* dei] ^ho^ passimque cateruas | uixerat (uexaret *m. 2*) honorem ^ho^ quē ///// nora^t^ non esse dī *T correx. et ord. m. 2* dei] sui *f*, reum *coni. Nebriss.*, deum *Ald. cum rec.* foedaret *coni. Vonck.* 43 nouerat AF^1G^1, ^ig^norat (ig *a m. 2*) *Z* possimq; Z^1 44 prius *Parrh. Fabr. al.* pulsus T^1 *corr. m. 2* langore^s^ (s *a m. 2*) *T*, langore AE^1K^1LZ (*ex* -ri) 45 reddedit T^1 *corr. m. 2*, rедidit F^1b^1, red^di^dit *Z* salauit *A*, resoluit *Vl*

Inde marina petens arentes gressibus algas
Pressit, et exiguae conscendens robora cumbae
Aequoreas intrauit aquas; Dominumque sequentes
Discipuli placido librabant carbasa ponto.
Iam procul a terris fuerat ratis actaque flabris
Sulcabat medium puppis secura profundum,
Cum subito fera surgit hiems pelagusque procellis
Vertitur et trepidam quatiunt uada salsa carinam.
Perculerat formido animos, seseque putabant
Naufraga litoreis iam tendere brachia saxis.
Ipse autem placidum carpebat pectore somnum,
Maiestate uigil, quia non dormitat in aeuum,

53 cf. Verg. Aen. V 158 56 cf. Verg. Aen. IX 326, IV 522

46 DNS MARENA MIGAVIT *T in mg.* arentis T^1 *corr. m. 2* gresibus *H* 47 praecessit T^1 *corr. m. 2*, p̄sit *A*, preˢit *K* exiguam *T corr. m. 2* conˢcendens *T* (s *a m. 2*) rubora T^1 *corr. m. 2* cūı (cymbae) *T corr. m. 2*, cimbe *uel* cymbe (ae) *plerique*, *Reg. 2* lymbae 48 non aequoreas *Z* dnm//// (q *a m. 2*) *Z*, dnmq; suum *A*, dominum *D* sequentis T^1 *corr. m. 2*, uehentes *coni. Burm.* 49 discipoli *Z* librant ALZ^1 nautica discipuli l. *cod. Arntz.* caruasa T^1 carbassa *corr. m. 2*, carbassa *A* pontum T^1 *corr. m. 2* 50 a* *T*, e F^1 terra *V* *actaque (i *eras.*) *T* fa*bris (l *eras.*, *s. l. scr. m. 2*) *F*, labris *H*, fabris *L* 51 sulcaba*t (n *eras.*) *P* puppisecura *T* profundo *Cant.* 52 cu *T*, dum *C*, tum *D*, cur K^1 cum *corr. m. 2*, tunc *quidam rec.* hiemps *plerique*, chemps *A* pilagusq; *A* 53 tripidam *A*, trepidum F^1 unde salse *A* carinum *A* 54 perculerat *ex* pertulerat *E* animus T^1 *corr. m. 2*, animas *D*, animo *L* et seque (se *s. l. a m. 2*) *T* potabant (u *a m. 2*) *T*, putabat *A* 55 naufragia T^1 (*corr. m. 2*) *A*, naufrag*a *E* litoris (e *a m. 2*) *KL*, litores *Z* bracia *KLZ* satis (x *a m. 2*) *T* 56 placido *Z*, placidam *T* 57 magestatem T^1 *corr. m. 2*, magestate *CP*, maistate *A* peruigil *A* q *R Spir. Poelm. al.*, quae *Urbin. s. XV* (*cf. Areu. praef.* 49) dormiat *A*, dormit& *K*, dormit^{at} *LZ* euum *TA al.*

Qui regit Israhel neque prorsus dormiet umquam.
Ergo ubi pulsa quies cunctis lacrimantibus una
Voce simul 'miserere citus, miserere, perimus,
Auxilio succurre pio', nil uota moratus,
Exurgens Dominus ualidis mitescere uentis
Imperat et dicto citius tumida aequora placat.
Non erat illa feri pugnax audacia ponti,
In Dominum tumidas quae surgere cogeret undas,
Nec metuenda truces agitabant flamina uires:
Sed laetum exiliens Christo mare conpulit imum
Obsequio feruere fretum, rapidoque uolatu
Mouerunt auidas uentorum gaudia pinnas.
  Interea placido transuectus marmore puppem
Liquerat et medios lustrabat passibus agros,

63 cf. Verg. Aen. I 146 69 cf. Iuv. V 101

58 prursus *A* 59 pulsata *A* quies] qui *in ras.*, e *ex* i *corr.* T^1 lacrimantibus *TAK*^{1}*LOPVZ Reg. 1 Cant.*, clamantibus (l lacrimantibus) *G s. l. m. 2*, clamantibus *rell. cf. Pros.* una• (m *eras.*) *T* 60 uoce clamantibus *A* simul us T^2 us *a m. 1 (fort.* deus *fuit cf. Pros.)* cito *ex* caetus *fec.* T^2, cito *AO*, cicius *D*, citus (l cito) *G*, cito (us) *b*, Deus *Parrh. sched. Poelm.* 61 sucurre *P* nihil *A* 62 exsurgens *AEGH*^{2}*LPR* mitiscere T^1 *corr. m. 2* 63 dictum T^1 *corr. m. 2*, dicto *ex* dictu *G* •cit•ius (i$_2$ *a m. 2*) *E* citius miserere *P* aeqora (u *a m. 2*) *E* (pla)cat *T* 64 *post* non *ras. 1 uerbi in K* erat *s. l.* L^2Z^2 pugnas (x) *T corr. m. 2*, pugnans *a* 65 dn͞o *A* tumidasq· (ue *a m. 2*) *T* conpulit (gerit) *T corr. m. 2*, compulit surgere *c cf. v. 67* 66 næc *A* trucis T^1 *corr. m. 2* 67 imo *A*, •imū *KL*, imū *ex* humū *Z* 68 obsequium *D* seruire *b* (l feruere *in mg. m. 2*) *Fabr. al.* freto T^1 *corr. m. 2* 69 mouer//// *L*, mouerat (un) Z^1 *corr. m. 2* rapidas *Urb. Parrh.*, subitas *sched. Poelm.* pinnas *TAK*^{1}*L*^{1}*Z*^{1}, penn•s (i *ras.*) *C*, pennas *rell.* 70 D͞NS AT HOMINE DEMVNIVM EFFVGAVIT T^1 *in mg.* placidum T^1 *corr. m. 2*, placida *A*, placido• *Z* mamore (r *a m. 2*) *T* puppem T^1 *corr. in* -im, pupim *A*, -im *corr. in L*, puppam *D cf. II 224, I 196* 71 medius T^1 -um *deinde* -os *corr. m. 2* passibus] p *ut uid. ex* b *T*, pasibus *A*

Cum procul e tumulis gemino stridore ruentes
Prosiluere uiri, quos non mala daemone pauco
Sed legio uexabat atrox, nexuque cruento
Saeua catenatis gestantes uincla lacertis
Angebat quoque poena duplex. heu dura furoris
Condicio! qui uim patitur magis ille ligatur.
Tunc Domini praecepta tremens exire iubentis,
Spiritus infelix hominem non audet adire,
Effigiem reddit quam Christum cernit habere;
Sed pecus, inmunda gaudens lue, semper amicum
Sordibus atque olido consuetum uiuere caeno
Pro meritis petiere suis tristesque phalanges
Porcinum tenuere gregem: niger, hispidus, horrens

81 cf. Hor. Ep. I 2, 26 83 cf. Verg. Aen. XII 662

INCIPIVNT VERSVS SEDVLII PRESBITERI *ΓP* (*post hymn. II*). INCIPIT HYMNVS SCI SEDVLII *F*, INCIPIT YMNVS EIVSDEM *G*, HYMNVS SCI SEDVLI *Π* (= *Parisinus 13047 s. IX f. 161*), INCIPIVNT CARMINA EIVSDE *R*, INCIPIT PARACTERICVM CARMEN EIVSDE SEDVLII *T*, INCIPIT YMNVS EIVSDEM *b*, VERSVS SEDVLII *β′* (= *Bern. 455 s. X f. 23*), hymnus Sedulii cum figura epanalesi incipit *V′* (= *Vossianus Q 86 f. 79 s. IX cf. Alcimi Aviti opp. ed. R. Peiper p. LXVI*), *inscr. om. rell.*, Caelii Sedulii elegia *Poelm. cum pler. editt.*; *vide supra p. 146 et quae disputaui in comm. de Sedulii poetae vita et scr. p. 41 s.* 1 dominum *T* dno socii *f* honore *Π*, honores *Ald.* 2 xpsti (xps *a m. 2*) *T fuit* Christi *cf. etiam v. 10*, christum *b*¹ (ł xpi *m. 2*), Christo *Cappusotus* consonet *X* (= *Cantabr. 173 s. VIII—IX cf. Zangemeister, Bericht etc. p. 70*), personet (per *in ras.*) *F*, resonet *TΠ* 3 de duce *m* 4 hic homo *D* tenuit (?) *T*¹, tumuit *corr. m. 2*, timuit (u *a m. 2*) *Γ*, timuit *cod. Arntz.* contumuit *O* 5 *in marg. add. E*² perire *X*, perire *F* minoris *T*¹ *corr. m. 2* 6 cuncti saluantur *Osbernus* (*s. XI*) 7 que *TX alii*, qua *BC* (per quā ianua *m. 2 s. l.*) *E*, quae (e *add. m. 2*) *V*¹, quae *uel* qua *O* l*eto (a *eras.*) *T*, loeto *uel* lęto *rell.* 8 et *TEHΠ*, ex *Γ*¹*XBCDFKPSTβ′* et ex qua *G*, per quam *Π′* (= *Paris. 7558 s. IX f. 166*) *Reg. 3* rediit *X* 9 iniqus *F* perculi *P* olym *T* 10 xpsti (xps *in ras. 2*) *T fuit* Christi incus *E*¹

7 idem *ΓH* 8 maluerunt] EXPLICIVNT CAPITVLA *Γ*

HYMNVS I.

Cantemus, socii, Domino, cantemus honorem,
  Dulcis amor Christi personet ore pio.
Primus ad ima ruit magna de luce superbus:
  Sic homo, cum tumuit, primus ad ima ruit.
Vnius ob meritum cuncti periere minores:
  Saluantur cuncti unius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit quae ianua leto:
  Et qua uita redit, sola fuit mulier.
Frater iniquus erat iustum qui perculit olim:
  Damnator Christi frater iniquus erat.

7 cf. Verg. Aen. II 661

INCIPIVNT VERSVS SEDVLII PRESBITERI *ΓP* (*post hymn. II*). INCIPIT HIMNVS SCI SEDVLII *F*, INCIPIT YMNVS EIVSDEM *G*, HYMNVS SCI SEDVLII *Π* (= *Parisinus 13047 s. IX f. 161*), INCIPIVNT CARMINA EIVSDE̅ *B*, INCIPIT PARACTERICVM CARMEN EIVSDE̅ SEDVLII *T*, INCIPIT YMNVS EIVSDEM *b*, VERSVS SEDVLII *β′* (= *Bern. 455 s. X f. 23*), hymnus Sedulii cum figura epanalesi incipit *V′* (= *Vossianus Q 86 f. 79 s. IX cf. Alcimi Aviti opp. ed. R. Peiper p. LXVI*), *inscr. om. rell.*, Caelii Sedulii elegia *Poelm. cum pler. editt.*; *vide supra p. 146 et quae disputaui in comm. de Sedulii poetae vita et scr. p. 41 s.* 1 dominum *T* dn̄o socii *f* honore *Π*, honores *Ald.* 2 xpsti (xps *a m. 2*) *T fuit* Christi *cf. etiam v. 10*, christum *b*[1] (? x̃pi *m. 2*), Christo *Cappusotus* consonet *X* (= *Cantabr. 173 s. VIII—IX cf. Zangemeister, Bericht etc. p. 70*), personet (per *in ras.*) *F*, resonet *TΠ* 3 de duce *x* 4 hic homo *D* tenuit (?) *T*[1], tumuit *corr. m. 2*, timuit (u *a m. 2*) *Γ*, timuit *cod. Arntz.* contumuit *O* 5 *in marg. add. E*[1] perire *X*, perire *F* minoris *T*[1] *corr. m. 2* 6 cuncti saluantur *Osbernus* (*s. XI*) 7 que *TX alii*, qua *BC* (per quā ianua *m. 2 s. l.*) *E*, quae (e *add. m. 2*) *V*[1], quae *uel* qua *O* l*eto (a *eras.*) *T*, loeto *uel* lęto *rell.* 8 et *TEHΠ*, ex *Γ*[1]*XBCDFKPSTβ′* et ex qua *G*, per quam *Π′* (= *Paris. 7558 s. IX f. 166*) *Reg. 3* rediit *X* 9 iniqus *F* perculi *P* olym *T* 10 xpsti (xps *in ras. 2*) *T fuit* Christi incus *E*[1]

Transitus ille monet, quid prima amisit origo:
  Quid uentura parent, transitus ille monet.
Arca leuatur aquis, homines ut perderet aequor:
  Ne pereant homines, arca leuatur aquis.
Sume, pater, populos pro nati uulnere cunctos:
  Cum tradis Christum, sume, pater, populos.
Hostia summa Patris, tacitis signata figuris:
  Quam reserat Christus, hostia summa Patris.
Claudicat ecce uidens Dominum, dum praeualet, heres:
  Aspera gens Christum claudicat ecce uidens.
Reppulit ille famem, uenitus crimine fratrum:

15 cf. Verg. Aen. V 533

11 monet (docet *m. 2 s. l.*) *Γ* quod *C^1K*, quod *H* prima misit *T^1P* (a *add. m. 2*), admisit *Urb.* 12 uenturu *T^1 corr. m. 2* patent *TΠK*, par*ent (i *eras.*) *Π'*, paret *Ald.*, *quod coniec. etiam Wopk.* 13=14 archa *BFOΠΠ'ST* leua*tur (n *eras.*) *E*, leuiatur *β* hominis *T^1 corr. m. 2* = 14 ut *$T^1Πβ'$ Reg. 3*, ne (*a m. 2*) *V'*, ne *rell.* 14 aqis *P* (*finit*) 15 per nati *Π'V* uulnera *V*, funere *coni. P. Burmannus* 16 contradis *Reg. 1 a m. 1*, cumtrahis *g* sumis *Cant.* xpm *T^2 in ras. fuit* Christum Christum tradis *Spir. Poelm. Fabr.* 17 ostia *EKΠΠ'* suma *E^1* tacitis *s. l. T^1*, tacitis (l dudum) *Γ*, tacitis *in ras. E*, magna *X*, dudum *$K^1Oβ$ Alm. f*, sanctis *Urb.* sicnata *T^1*, signa^{ta} (ta *a m. 2*) *G* fugiris *E^1 corr. m. 2*, fuguris *V'* tactus signata figura *g* 18 reserat (uel f) *X*, referat *C*, rexerat *E*, reserat (*c. gl.* aperit) *G*, referebat *K*, referat *in codd. Rom. ut uidetur, Poelm. in textu* Christi *Π*, xps (s *ex* o) *Π'* *post 18 sequuntur 69 et 70 in b* 19 dno *$T^1F^1ΠV'$* perualet *Π* heros (uel e) *X*, heros *G*, heres *H cum gl.* Iacob ad quem peruenit ereditas isahac patris sui, haeres *Poelm. cf. Rem.* 20 asper* (a *a m. 2*) *TE* xps *T^2 in ras.*, christum *m. 1* 21 famen *T^1S*, fame *a* repulit (p *a m. 2*) *F*, repulit *β* uenitus *T Cant. Alm. Reg. 3 Rem.*, uenatus *V Reg. 2 a d l l 2*, uinditus *T^1* (*corr. in* uenditus) *X*, uenditus *ΓBC* (*c. gl.* distractus) *$E^1F^1GH^1KΠΠ'OV'$ Arntz. ββ'gm*, distractus *DScefg* famem frater quem uendidit auro *Ald.*, uenum actus crimine fratrum *Arev. coni.*, *an* uenumdatu' c. f. ? crimne *T^1* i *add. m. 2*

Venditus est Christus, reppulit ille famem.
Perfide, corde peris, dum uastant omnia plagae:
Dum cessant plagae, perfide, corde peris.
Agnus ab hoste sacer reuocauit sanguine patres:
Sanguine nosque refert agnus ab hoste sacer.
Obruit unda nefas populo gradiente per aequor:
Nunc populis mundi obruit unda nefas.
Murmurat impietas, manna ueniente refecta:
Panis adest Christus, murmurat impietas.
Plebs sibi dura caput terrae cultoris adoptat:
Abstulit, heu, Christum plebs sibi dura caput.
Lex dedit indicium ueteris de crimine poenae:
Quodque salus ueniat, lex dedit indicium.
En lapis inriguus, satiare, incredule, fonte:
Qui Christum reprobas, en lapis inriguus.

25 cf. Verg. Aen. I 235

22 uinditus T^1 *corr. in* uenditus, uiditus *corr. in* uenditus *X* uenditus est xps *G c. gl.* a iuda, uenditus ab Iuda *Ald.*, uenditus a Iuda *Poelm. in marg.* 23 cum T^1 (*corr. m. 2*) $E^1\Pi'$ plage *T et alii*, pla*ge (n *eras.*) *E* 24 cum *CGST Cant. c* plagę T^1, penę T^1, poenae E^2G (plage *s. l.*) *cod. Arntz. c* 25 reduxit $T^1E^1\Pi\Pi'TV'\beta$, redduxit *X*, conduxit *Ald.*, reuocauit *rell.* patris *T*, patre Π' fratres *G* 26 nos reuocat *Ald.* agnos (u *a m. 2*) *T*, ag*nus *V'* 28 populis mundi $T\Gamma CK\beta\beta'TV$ *Reg. 3 a*, populi mundi F^1, populus m. E^1, populis m. (s *add. m. 2*) *V'*, populos m. Π', populos mundans *f*, populum mundi m^1, populis mundis *Spir. Poelm.*, mundi populis *rell.* oruit unde *Π* *unda (m *eras.*) *V'* 29 murmorat (= 30) *Π* mana (n *s. l. a m. 2*) $E\Pi'$ uiniente T^1 *corr. m. 2* refecta* *T*, referta $BC\Pi'$, refecta *ex* referta *E* 30 murmorat (*corr. m. 2*) *TV'* 31 ples (= 32) *Π* c*put (a *eras.*) *T*, caput *in ras. Γ*, capud (= 32) *Π*, capit O^1 terre *T et al.* cultores *Π* ado*tat (p *eras.*) *H*, adortat Π', adorat *Poelm. in marg.* 32 heu] hunc O^1 33 ueteres *Π* d*crimine *C*, discrimine O^1V, de culmine *cod. Arev.* pene *C* 34 quoque *Poelm.* uenit *d* dedit salus ueniam lex indicium *m* 35 irriguus *CDH*, inriguis (*corr. m. 2*) *E* saciare $\Gamma BDEF\Pi\Pi'bm$ incredulos *X*, incredulo *H* 36 quid *cod. Arev.* christum T^1 xpm *corr. m. 2* reprobis O^1

Carpitur igne sacro munus uotumque piorum:
Seditiosa tribus carpitur igne sacro.
Regna beata Patris legis non contigit heres:
Iesus dispensat regna beata Patris.
Distruit arca Dei, muros dum circuit, hostem:
Sic hostem mundi distruit arca Dei.
Area uellus habet, madido sed uellere sicca est:
Siccum tota madens area uellus habet.
Vincis honore Dei promisso in munere gentes:
Affectum natae uincis honore Dei.
Tu decus omne tuis, qui sternis caede Goliam:
Qui uincis mundum, tu decus omne tuis.
Maxima dona Dei cuncti cecinere prophetae:
Impleuit Christus maxima dona Dei.
Pondera dura tulit mandatum legis et iram:
Gratia mandati pondera dura tulit.

47 cf. Verg. Ecl. V 34

37 p*iorum (r *eras.*) *Tβ′* 38 sedicisatribus (o *a m. 2*) *E* igni *T*¹ igne *corr. m. 2* 39 beaa *T* leges *E*¹ *corr. m. 2* contegit *T*¹ *corr. m. 2* heres] heros *coni. Arev.* 40 his *m*, Christus *Ald.* despesat (?) *T*¹, dispensat *corr. m. 2*, despensat *Π′* 41 distruit *T*¹ (*corr. m. 2*) *F*¹*Π′*, distrui*s *E*¹ (destruit *corr. m. 2*), destruet *Cant.* archa *TBFGS* (*uariant v. 42*) de *T*¹ *corr. in* dī *m. 2* dūm] ū *corr. in T* 42 mundi] u *corr. in T* dis *T*¹ destruit *corr. m. 2*, distruit *E*¹*F*¹*Π′* mundi et destruit *Cant.* 43 areaui (e *corr. a m. 2*) *T*, aerea (= 44) *X* habe *T* est] ē *fort. m. 2 add. in T* 44 madans *K* a*rea (u *eras.*) *E* abet *T* 43 *et* 44 *transponuntur in C* 45 amore dei *Wopk. utroque loco coniec.* in *om. VΠ′ Spir. Poelm.*, in *s. l. β* gentis *T*¹ *corr. m. 2* 46 effectum *T*¹ (*corr. m. 2*) *Ald.*, aeffectum *V′*, affectu *Cant.* nata *T* amore *ed. Spir. Poelm. Fabr.* 47 tum *Π′* tuis] s *a m. 2 T* quis ternos *E*¹ *corr. m. 2* cede *ex* tede *T*², cede *uel* cęde *rell.* golian *BEFXS*, gloriam *V′ a m. 1* 48 cu///cis *T*¹ quiuin *m. 2 in ras.* tues *T*¹ *corr. m. 2* 49 concti (u *a m. 2*) *T* caecinere *TG*¹, cecinere tuis *f* profete *T*, prophętae (, *a m. 2*) *E* 50 impleui (t *a m. 2*) *T* 51 dura *s. l. T*²*BΠ′* tulit (dedit) *β* regis *Vat. 2* (*s. XV*) 52 (abc) tulit *CK* dira *a*

Virgo Maria nitet nullo temerante pudore:
Post partum pueri uirgo Maria nitet.
Filius hic hominis fit maxima quaestio mundi:
Nobiscum Deus est filius hic hominis.
Gaudia magna Dei mundus percepit et ambit:
Respuit, heu, mundus gaudia magna Dei.
Signa mouent populos, cernunt magnalia caeci:
Nulla tamen duros signa mouent populos.
Aspera mors populis ligno deducta cucurrit:
Aufertur ligno aspera mors populis.
Ipse tulit Dominus pro poenis munera seruis:
Pro seruis poenas ipse tulit Dominus.
Vita beata necem miseris auertere uenit:
Pertulit a miseris uita beata necem.
Lumen adesse Dei persensit tartarus ingens:
Nec cernunt homines lumen adesse Dei.

53 nit** *G* temerata *Π' Ald.* pudure *T*¹ *corr. m. 2*, pudorē *ΓXDFGHOV' Reg. 2 Sg Alcuin. Spir. Poelm.*, pudorē (˜ *eras.*) *f* 54 pos *T* 55 hiq *C* fit *T*² *ex* fuit *ut uidetur*, fuit *X* ʰominis *E* questio *T cum plerisque* m(un)odi (un *a m. 2*) *T* 57 gautia *T*¹ *corr. m. 2* magno *X* pertepit *T*¹ *corr. m. 2*, (l recepit) percepit *β*, praecepit *cod. Arev.*, accepit *Reg. 2*, haec sentit *Spir. Poelm. al.* ambit *poni pro* ambiit *suspicatur Burm.* 58 respuet *T* heu* (m? *eras.*) *T*, hic *C*, heus *e* mu(n)dus *T* (n *a m. 2*) 59 ppulus *T*¹ *corr.* ceci *T* 60 tmen *T* durus *Π* populos signa *e* populos (s *add. m. 2*) *T* 61 populis *ex* populos *corr. Γ*²*X*, populis (s *a m. 2*) *EV'* (= 62), populi *H* ligna *Π* detucto *T*¹ *ut uid. corr. in* deducta *m. 2* cocurrit *T*¹ *corr. m. 2*, (manauit) cucurrit *Reg. 1*, (decurrit) cucurrit *β* 62 aufer*tur *T*, fertur *corr. in* aufertur *X* 63 (dedit) tulit detulit dn̄s *β* po*enis (t *eras. ut uid.*) *T* munere *Π* seruis *corr. in C* 64 p** *S* penas (s *a m. 2*) *T*, poena *Π*, poenas *K*, pęnis *T*, pęnis *S* 65 netem *T*¹ *corr. m. 2* (= 66) a miseris *C* 66 Bertulit *K*, (l per) extulit (*s. l. m. 2*), *T*, depulit *Ald.* a *om. T*¹ *add. m. 2* 68 credunt *T*²*ΓBCDΠ'T βadf Arntz. Spir. Poelm.*, (uel cred) cernunt *X*, cernunt (cern *in ras. m. 2*) *EV'*

Mors fera per hominem miserum sibi subdidit orbem:
Subdita congemuit mors fera per hominem.
Suscitat ecce genus morti pater ille profanus:
Ad uitam Christus suscitat ecce genus.
Hic populus Dominum dura ceruice negauit:
Suscepit primus hic populus Dominum.
Sanguine laeta redit fuso gens impia Christi:
Gustato Christi sanguine laeta redit.
Crimina cuncta suis terrenus contulit auctor:
Dissoluit Christus crimina cuncta suis.
Libera corda sibi facinus deuinxerat olim:
Nunc reficit Christus libera corda sibi.
Fortia uincla dedit peccati saeua potestas:
Dulcis amor Christi fortia uincla dedit.
Iam super astra sedet, cuncti exultate fideles:
Perfide, quid saeuis? iam super astra sedet.

69 f*erat (u *eras.*) *T* homenem T^1 *corr. m. 2*, homines *Π*, homine *Π'* sibi miseru T^1 *ut uid.*, *corr. m. 2*, misero *B* subdedit T^1 *corr. m. 2* 69—70 *om. b* 70 contremuit E^1O *Reg. 3*, *in marg. β d* mor[s] (s *a m. 2*) *E* hominēs (~ *a m. 2*) *T* subdita mors gemuit m. f. p. h. *e* 71 ecce (ce *m. 2 fort. ex* ti) *T* morti forti *Π* pphanus *Dβ* 73 h*ic (u *fere eras.*) *TS* populos *K*, pupulus *V' a m. 1* dura dn̄m *C* teruite T^1 *corr. m. 2*, ceruice* (m *eras.*) *V'* 74 suscipit T^1 *corr. m. 2* primum $E^1Γ^1$ (ł primus *s. l. m. 2*) *Π' O^1S Cant. Alm.* 75 redit (= 76) T^1 (*corr. m. 2*) $Γ^1$, uel ridet rediit *X*, ridit *V' a m. 1*, redit E^1 ridet *uoluit m. 2*, ridet F^1GH, bibet *ad* fuso (s *a m. 2*) *T* 76 costato *T* gustato sanguine xp̃i *ΠX* rediit *X* 77 terrenis *V'* (*a m. 1*) *D*, terren*s *T* autur T^1 *ut uid.*, *corr. m. 2* 78 cuncta* (s *eras.*) *T*, cunctis *X* 79 deuinxerat] in *in ras. unius litt.* T^2, deuixerat *S*, diuinxerat *Π'*, euinxerat *Rem.*, disiunxerat *cod. Arev.* 80 reficit *ex* refecit *K* libera corda] a c *in ras. V'* 81 seua *T et alii*, seua (a *ex* e) *Π'* 82 *x̄pi (s? *eras.*) *D* 83 supr* *K* sedit *T* exul*tate (& *eras.*) *D* fidelis T^1 *corr. m. 2*, fidel** *S* 84 perfede T^1 *corr. m. 2* qued *corr. in* quid T^2 seuis *T cum plerisque* sedet T^1 -it *corr. m. 2*

Mortuus ille tonat, caelum terramque subegit:
  Quid facient hostes? mortuus ille tonat.
Pellitur umbra die, Christo ueniente figura:
  Christus adit gentes, pellitur umbra die.
Te properare docent et signa et saecula prima:
  Nos sacra quae gerimus te properare docent.
Vnicus aduenieus firmauit uota priorum:
  Vota dedit nobis unicus aduenieus.
Passio, Christe, tui conpleuit munera legis:
  Munera nostra replet passio, Christe, tui.
Hic homo qui Deus est, spes est antiqua priorum:
  Spes in fine piis hic homo, qui Deus est.
Munus erit fidei toto credentibus aeuo:
  Qui dedit ut credant, munus erit fidei.
Te ueniente, Deus, mundanus concidit error:

86 cf. Verg. Ecl. III 16

85 tonat (t_2 *m. 2 add.*) *T* celum *T et alii* 86 faciunt *ΓDGKSVb Arntz.*, facient (u *a m. 2*) *E*, faciant *Ald.* ostes *T* faciat hostis *g* 87 pellitor T^1 *corr. m. 2*, pellitus *E*, pella[litur] *K corr. m. 2* diei *EΠ'* Christo *ex* Christi *E*, xpi *b Cant. Poelm.*, xpe *Π'* figurae (e *a m. 2*) *F*, fugura *Π' g* adet *corr. in* adit T^2 gentis *T* pellat *K* die* (s *eras.*) *V'* 89 dotent *T* ppa////te *β* et signa] et *om. TΠV'* (*m. 1*) *β Reg. 2. 3, s. l.* $E^2 b^2$ docent[tot] *B* tot *β f V' in marg.* 90 satraq; T^1 *corr. in* sacraq· *m. 2* quae] *om. Π'* dotent *corr. in* docent T^2 91 aduenies *T*, adueniens] ens *in ras. V'* (= 92) uota] tota *Π* piorum *KO* 92 uota (o *corr.*) *T*, tota *c* 93 tua *T* (a *a m. 2*) *editt. pler.* legis] *ras. post* s *in V'* 94 munera **** (nera *eras.*) *T* 95 que T^1 *corr. m. 2*, qui* (d *eras.*) *V'* ds pes T^1 *corr. m. 2* spes e.] finis *Π'* tuorum T^1, piorum $T^2 XΠKOV^1$ 96 spes cum fine *Ald.* hec *T corr. m. 2* quid est T^1 *corr. m. 2*, quidſ (ſ *a m. 2*) *S* 97 in unū e. f. et toto corde credentibus euo *X* M[u]nus (u *a m. 2*) *E* erat (= 98) *Π' b^1 c m* fedei *T* tota redeuntibus H^1 *corr. m. 2* euo *T et alii* 98 dedit*ut (t *eras. uid.*) *T* credunt *H*, credent *Reg. 2* 99 uente ds *T*, tunc v. *d* contedit T^1 *corr. m. 2*, condidit *f* 98 *et* 99 *in mg. add.* C^2

Occidit hic mundus te ueniente, Deus.
Gratia plena Dei est, quae totis gentibus extat:
Abscedant sectae, gratia plena Dei est.
Sola columba redit, quae totum circuit orbem:
Discedant corui, sola columba redit.
Adueniet Dominus dare digna piis, mala prauis:
Credite iam, miseri, adueniet Dominus.
Visio, Christe, tui tormentum et poena malorum est:
Gloria cuncta bonis uisio, Christe, tui.
Gloria magna Patri, semper tibi gloria, Nate:
Cum sancto Spiritu gloria magna Patri.

100 occubuit mundus *ΓDE*^{1}*O Reg. 3*, ocubuit m. *C* occidet *Xg Fabr. Cell.*, occumbet *Π'*, concidit *Reg. 2 Ald.* hic *s. l.* *T*^{1} mondus *T* 101 gloria *O*^{1} dei plena est *T*, gratia dei plena *K* que *T*, qui *C* exstat *E* 102 obstedan' *T*^{1} *corr. m. 2*, abcedant *T*, discedant *Alb.*, ascendant *l Spir. Poelm.* s**ectae (at *fere eras.*) *T*, saecte *E*, secta *S* gratia* *V'* plena* *V'* 103 rediq· *T*^{1}, reditque *corr. m. 2* colunba *D* 104 distedant *T*^{1} *corr. m. 2*, disce*dant (n *eras.*) *Π'*, descendent *Cant.* 105 signa *cod. Arntz.* piis** (et *uel* ed *eras.*) *T*, piiset *Π'T* dare digna piis et *β* piis ut mala *l 2*; *fort.* dare piis digna et mala *cf. de Sed. poet. vit. et scr. p. 109* pa*uis (r *eras.*, ~ *a m. 2*) *F* 106 credete *T* 107 tormentom u (u *a m. 2*) *T* po*ena (t *eras.*) *T* sit *T*^{1} est *corr. m. 2*, est] *om.* *X*^{1}*F Reg. 3 Sβ* 108 cuncta *V'* tui* *T*, tui est *Reg. 2* 109 gratia *ex* gloria *O* nate *in ras. scr.* *T* 110 sco spo *T*, spu sco *ΠCSad*, flamine cum sco *e*, pneumate c. s. *g*, cum sancto flatu *Poelm.* spiritui et nato *Ald.* gloria* *V'* patri amen *Πf* FINIT *ΓF* (*in marg. ad uers. 109*), EXPLICIT *E*, EXPLICIT CARMINIS LIBER SEDVLII *H*, Finit hoc opusculum deo gratias amen *X*, Finit Amen. incipit ars Sedulii poetae *O*, EXPLICIT RECIPROCVM CARMEN SEDVLII *T*, Explicit liber Sedulii *V*

HYMNVS II.

A solis ortus cardine
Adusque terrae limitem
Christum canamus principem,
Natum Maria uirgine.
Beatus auctor saeculi
Seruile corpus induit,
Vt carne carnem liberans
Non perderet quod condidit.
Clausae parentis uiscera
Caelestis intrat gratia,

1 cf. Psalm. 112, 3 6 cf. Prud. Cath. XI 45

INCIPIT CARMEN *Γ* (*f. 19ᵃ*), YMN' SEDVLII POETAE *C*, INCIPIT HYMN̄ EIVSDEM *E*, YMVS SCI̅ SEDVLII DE NATL̄T DNI̅ *F*, INCIPIT YMNVS SEDVLII *K Alm.*, Incipit carmen natalis domini nostri Iesu Christi *L′* (*Laudunensis 468 s. IX*), INCIP̄ CARMEN EIVSDE̅ XPI̅ DE MIRACVL̃IS *P*, Incipit carmen de n̄tu xpi̅ *X*, Inc̄p Ambrosianum ipsius Sedulii *V′* (iambicum tetrametrum quod recipit iambun locis omnibus spondeum inparibus *m. 2 in marg.*), INCIPIT YMNVS EIVSDEM DE NATIVITATE DNI̅ *T*, Versus Sedulii de Christo *O*, ITEM ALIVM *β′*, YMNVS EIVSDEM SEDVLII *b*; *bini uersiculi plerumque sunt coniuncti* 1 ortus] s *corr.* *Γ*, ortu˙ (s *add. m. 2*) *GKV′*, ortu *EHL′Pd*, ortu˙ (s *eras.*) *β′* 2 et usque *XL′*, &usq· (ad) *GKb*, usque *H* 3 christo *β′ m. 1* cana(mus) (mus *a m. 2*) *G* principi *β′* 4 Mariae uirginis *β′ Alm.* 5 auctor] auc *in ras. E* 7 carne *ex* carni *G* 8 n̄˙ (˜ *eras.*, e *a m. 2*) *C*, ne *BEFGb*, ne ñ *V′* perdet (re) *K* quos *XE²G¹V²*, quos qd̄ *V′* 9 clausae *ΓPO¹*, clausae *G*, casta *CVl*, caste *F*, castę *BbV′* (*seq. ras. 4—5 litt.*) *cf. II 47* clausa ingrediens parentum *H* 10 caelesti˙ *E* intra˙ (t *a m. 2*) *Γ*, intra *F*

Venter puellae baiulat
Secreta quae non nouerat.
Domus pudici pectoris
Templum repente fit Dei,
Intacta nesciens uirum
Verbo creauit filium.
Enixa est puerpera
Quem Gabrihel praedixerat,
Quem matris aluo gestiens
Clausus Iohannes senserat.
Faeno iacere pertulit,
Praesepe non abhorruit,
Paruoque lacte pastus est,
Per quem nec ales esurit.
Gaudet chorus caelestium,
Et angeli canunt Deum,
Palamque fit pastoribus
Pastor creatorque omnium.
Hostis Herodes impie,
Christum uenire quid times?

11 bai$\overset{u}{o}$lat *E*, baiolat *KT* 12 nouerat (uerat *in ras. m. 2*) *E* 13 corporis *XL'O^1V' cf. supra V 350* 16 uerbo concepit *BCFPT bβ'cdeg*, uirgo creauit *Arev.* 17 nixa *Spir.*, enititur *breuiarium Rom.* est *om. Poelm.* enixa iam p. est *Fabricius cum aliis*, enixa est iam p. *Kehrein* (*Lat. Anthol. aus lat. Dichtern d. M. A. p. 120*) 18 gabriel *FL'* 19 albo *X* quem uentre matris gestiens | baptista clausum senserat *brev. Rom.* 20 iohannis *XK*, Ioannis *L'*, iohann*s *V'* 21 ⟨eno *Γ*, feno *FHRβ*, fæno *L'*, foeno *V'* 22 aborruit *$E^1F^1G^1V'β'$*, obruit *b^1* aborruit *corr. m. 2*, oborruit *$E^2β'd$* 23 pa$\overset{r}{u}$oq; *Γ* la$\overset{c}{t}$e (c *a m. 2*) *E*, lact*e (a *eras.*) *V* et lacte modico *brev. Rom.* 24 esuriit *X* 25 corus *F* 26 cantant *β'* deo *$BE^2HV'b$ Alcuin., Poelm. in mg.* 27 psalmusque *X*, pa*lamque (l *eras.*) *E*, p*alm·q; *β'* (psalmetq; *m. 1*) 28 creatorque *$Γ^1$* (que *exp. m. 2*) *P*, creat$\overset{us}{o}$r *K*, creatus *e*, creator *rell.* 29 Herodis hostes *Erasmus coni.* impiae *β'* hostes *corr. in* hostis *KV'* 30 xp* *V'*, deum *l 2* uenisse xp̃m *H*, chr. uenisse *K Alb. g l* qui *FP* crudelis Herodes deum | Regem q. t. *brev. Rom.*

Non eripit mortalia
Qui regna dat caelestia.
Ibant magi qua uenerant,
Stellam sequentes praeuiam;
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.
Katerua matrum personat,
Conlisa deflens pignora,
Quorum tyrannus milia
Christo sacrauit uictimam.
Lauacra puri gurgitis
Caelestis agnus attigit,
Peccata qui mundi tulit
Nos abluendo sustulit.
Miraculis dedit fidem,
Habere se Deum patrem,
Infirma sanans corpora
Et suscitans cadauera.
Nouum genus potentiae:
Aquae rubescunt hydriae,

31 diripit *V'* (*m. 2*) *Reg. 3*, arripit *KVΥacfg* 32 qui regnat in caelestibus *b* 33 quã u. (˜ *a m. 2*) *E*, qũa u. (*sic*) *F*, qui uiderant *C*, qua* (e? *eras.*) uene**rant *V'*, qui uenerant *O*[1], quam uiderant *B Reg. 3 Υb*[2]*acdefg*, qua uiderant *l cf. Carm. II 45* 34 peruiam *XL'* (*a m. 1*) 35 lumine] munere *Alcuin.* 36 deus placatur munere *X* 37 personant *V*, consonat *f* 38 amissa *C*, concisa *V* de*flens *E*, deflent *G corr. m. 2*, deflent *H* pignera *f* 40 sacrauit] uit *add. m. 2 in V'* uictima *Reg. 2 c cod. Arev. Alcuin.*, uictimas *Burm. coni.* 37—40 *om. β'* 41 lauacrum *KΥcβ'*, lauacro *Poelm.* 43 qui mundi tulit *Γ* (que n. detulit *s. l. m. 2*) *P*, quae non detulit *rell. cf. Ioh. 1, 29* 44 non *E*[1] *corr. m. 2* abluendos *Hg* 46 secundum patrem *g* 47 sanas (n *a m. 2*) *b* corpora] pectora *c* 48 resuscitans *Cant. Ald. Poelm. in mg.* 50 aquae r. *V'*, aqua erubescunt (e *s. l. a m. 2*) *E*, aqua erubescunt *β'*, a. ru*bescunt *H* idrię *F*, haebriæ *H*[1], hebreae (e, *in* i *corr.*) *K*, ydriae *pler.*

Vinumque iussa fundere
Mutauit unda originem.
Orat salutem seruulo
Nixus genu centurio,
Credentis ardor plurimus
Extinxit ignes febrium.
Petrus per undas ambulat
Christi leuatus dextera:
Natura quam negauerat
Fides parauit semitam.
Quarta die iam fetidus
Vitam recepit Lazarus,
Mortisque liber uinculis
Factus superstes est sibi.
Riuos cruoris torridi
Contacta uestis obstruit,
Fletu rigante supplicis
Arent fluenta sanguinis.
Solutus omni corpore,
Iussus repente surgere,

54 cf. Ovid. Met. VIII 182, Iuvenc. IV 648

51 uinū[q;] (que *a m. 2*) *Γ* originem] laus honor uirtus gloria *β'* (*finit*) 53 orat (t *in ras.*, *fuit* orans?) *EV'* 54 flexus *ΓC V Ald.*, flexu· (s *eras.*) *E*, flesus *F*, flexu' (s *a m. 2*) *b* flexo genu *g* 55 plurimus (lu *ex* ro *uel* no) *V'* 56 extinguit *Ca*, extinxit (xit *in ras. m. 2*) *E*, extincxit *V'*, extincsit *P* ignes (es *corr. ex* is) *V'* 57 ambulans *GHL' Fabr.* 58 lenatus *F*, leuatur *GHL'V'* (*a m. 2*) *Poelm.* dextra *X* 60 semitā (‾ *a m. 2*) *V'* 61 quarto *FL' Reg. 2 c* fetit' *C*, feditus *E[1]b[1]*, foetidus *L'* 62 Lazarus] *finit C* 63 cunctisque liber *V Ald.* 64 factus *om. V* factus est superstes sibi *Alcuin.* sibi] belli *f* 65 torridi· (s *eras.*) *V'*, horridi *f*, luridi *c* 66 contecta *b*, contracta *f* *post* uestis *ras. 4—5 litt. in V'* o[st]bruit *H*, obruit *Γ* 67 fletu· (s *eras.*) *EF* fletus rigantis *BO Alb. b*, fletu roganti' (s *a m. 2*) *Γ* rogitantis *Rem.* supplici *Gc* 68 clausit *EG[2] in mg. bc* fluente *X* 69 soluto[u]s (u *a m. 2*) *EH* omni languore *Alcuin.* 70 iusso *E[1] corr. m. 2*

Suis uicissim gressibus
Aeger uehebat lectulum.
Tunc ille Iudas carnifex
Ausus magistrum tradere,
Pacem ferebat osculo,
Quam non habebat pectore.
Verax datur fallacibus,
Pium flagellat impius,
Crucique fixus innocens
Coniunctus est latronibus.
Xeromyrrham post sabbatum
Quaedam uehebant compares,
Quas adlocutus angelus
Viuum sepulchro non tegi.
Ymnis uenite dulcibus,
Omnes canamus subditum

71 sui[s] (s *a m. 2*) *b* 72 aeger *in ras.* *E*[2] uehebа*t (n *eras.*) *E*, ueebat *F* lectulum] u₂ *in ras.* *E* 73 indax *E*[1] *corr. m. 2*, audax *c* 75 obsculo *E*[1] *corr. m. 2* 76 quem *E*[1] habebat *G* (ł gerebat *s. l.*) 77 *in mg. s. a. m. al.* *E* 80 coniungit** *E*, cun*ungit (g *eras.*) *F*, coniungitur *BGHKΓb Romani praeter O Reg. 2* 81 Xeromyrram *Γ* (*in mg. a m. al.* id ∻ sero) *GHK L'PVb Romani plerique*, Xero (e *ex* i) mirr[am] *B*, chero miram *XV'* (*a m. 1*) *F*, xero (ł xpo) *g*, Seromirā *E* (Se *a m. al.*) *Ott. 2 Alb.*, chyromyrrham *cod. Arntz. Alcuin.*; Christo myron *coni. Arev.*, *fort.* chiromyrrham *uel* cheromyron, *significantur aromata uel unguenta, quae parauerant mulieres* (*cf. Luc. 23, 55 et 24, 1*); *de nouati uerbi accentu cf. quae protulit de similibus Corssen Auspr. u. Vok.* [2]*II p. 517* 82 ueebant *F*, uehebat (n *s. l.*) *V'* quedā (˜ *a m 2*) *E*, quę *H* corporis *X*[1] *corr. in* corporei, corpori *FGHKΓdefl Poelm.* 83 alloquuntur angeli *GH* (allocuntur) *VΓ* quibus definit a. *EG*[2] (*in mg.*) *Alm.*, quibus cecinit a. *Cant.* 84 tegi* (t *eras.*) *E* sepulchrum *V' a m. 1, corr. m. 2* c̄tegi *c*, n̄ c̄tegi *g* non tegi illum tumulo *a*, uiuum sep. non tegit *Alcuin.* 86 cantem' *E* subditūr *P*, subditi *F*, iugiter (subditum *s. l.*) *Γ* canentes subditi *b*

Christi triumpho tartarum,
Qui nos redemit uenditus.
Zelum draconis inuidi
Et os leonis pessimi
Calcauit unicus Dei
Seseque caelis reddidit.

87 triumpho· *V'* triumphum nobilem *FG* (tartarum *s. l. m. 2*) *H*, xp̄m triumpho *b* 88 uenditos *BE¹L'V' a m. 2 Alm. Alcuin.*, uenditus *P* 90 hōs *X* 91 unicus] ł unius *s. l. G²* 92 sese qui *Alcuin.* seq; reddit caelestibus *E* celo *FGH*, caelestis (s_2 *add. m. 2*) *V'*

reddidit] Gloria patri ingenito,
Gloria unigenito
Vna cum spiritu sancto
In sempiterna saecula

addunt Γ (al. m.) PV' b Alcuin. EXPLICIT HYMNVS SEDVLII poetę uel r&hor } de natiuitate et traditione et passione et resurrectione et ascensione dn̄i n̄i ih̄u xp̄i ad caelos ab eodem poeta decantatus. qui uidelicet hymnus metro iambico *etc. Γ (a m. rec.)*, Explicit carmen de nat̃ dn̄i n̄i ih̄u xp̄i *X*, Explicit uersus *O (sequitur praef.)*, Explicit YMNVS SEDVLII (*sequitur hymn. I*) *P*

SEDVLII

PASCHALIS OPERIS

LIBRI QVINQVE.

Christi triumpho tartarum,
Qui nos redemit uenditus.
Zelum draconis inuidi
Et os leonis pessimi
Calcauit unicus Dei
Seseque caelis reddidit.

87 triumpho. *V'* triumphum nobilem *FG* (tartarum *s. l. m. 2*) *H*, xpm triumpho *b* 88 uenditos *BE*[1]*L'V' a m. 2 Alm. Alcuin.*, uenditus *P* 90 hos *X* 91 unicus] ł unius *s. l. G*[1] 92 sese qui *Alcuin.* seq; reddit caelestibus *E* celo *FGH*, caelestis (s_2 *add. m. 2*) *V'*

reddidit] Gloria patri ingenito,
Gloria unigenito
Vna cum spiritu sancto
In sempiterna saecula

addunt Γ (al. m.) PV'b Alcuin. EXPLICIT HYMNVS SEDVLII poetę uel r&hor } de natiuitate et traditione et passione et resurrectione et ascensione dni ni ihu xpi ad caelos ab eodem poeta decantatus. qui uidelicet hymnus metro iambico *etc. Γ (a m. rec.)*, Explicit carmen de nat dni ni ihu xpi *X*, Explicit uersus *O (sequitur praef.)*, Explicit YMNVS SEDVLII *(sequitur hymn. I) P*

SEDVLII

PASCHALIS OPERIS

LIBRI QVINQVE.

NOTARVM INDEX.

P	= codex Parisinus nr. 12279 s. IX inf.
G	= fragmentum Sangallense cf. cod. 877 s. IX.
R	= codex Rheinaugiensis nr. 77 s. X.
H	= codex Harleianus nr. 3012 s. X.
B	= codex Bruxellensis nr. 5649—5667 s. XI.
I	= codex Iureti (= editio princeps).
Col.	= editio Coloniensis a. 1618.
Par.	= editio Parisina a. 1654.
Gall.	= editio Gallandii a. 1773.
Arev.	= editio Arevali a. 1794.
v	= editiones omnes uel aliquot.
Carm.	= Paschale Carmen.

EPISTOLA AD MACEDONIVM.

SANCTO AC BEATISSIMO PATRI MACEDONIO PRESBYTERO SEDVLIVS IN CHRISTO SALVTEM. Praecepisti, reuerende mi domine, paschalis carminis textum, quod officium purae deuotionis simpliciter exsecutus uobis obtuli perlegendum, in rhetoricum me transferre sermonem. utrum quod placuerit, ideo geminari uolueris, an quod offenderit, ut potius arbitror, stilo censueris liberiore describi: sub dubio uideor fluctuare iudicio. sanctis tamen iussionibus non resultans iniunctam suscepi prouinciam et procellosis adhuc imbribus concussae ratis uela madentia tumentis pelagi rursus fatigationi commisi per emensos cursus reuoluti discriminis et Cycladas ingentes, quas praecipitanti formidine celerius ante transiueram, longa maris circuitione discurrens, ut illos portus et litora, quae dudum praetereundo lustraui, diligentius opera nunc

11 cf. Hor. C. I 14, 20

INCIPIT EPISTOLA SEDVLII (PRESBITERI *P*) *PRH*, Dedicatio operis paschalis ad Macedonium *v* 1 presbitero *PRH* 2 xp͠o *PRH* precepisti *P* 3 pascalis *H* officio *Hv* 4 executus *R*, ex*ecutus *H* opstuli *R* perlegemdum *H* 5 rethoricum *PR* me potius transferre *Gall. coni.* *utrum (q? *eras.*) *P* quod utrum *libri*, quod utrum quod *Arev. coni.* 6 geminare *P* censeas ueris *H* 8 ⁿᵒⁿresultans *R*, resi***ns *H*, resiliens *v* 9 prouintiam *P*, prounica *RH* 10 ł amadentia *P* cursus *ex* cursos *H*² 11 cicladas *R* 12 praecipitante *R* cælerius *P* transieram *Hv* 13 portos (u *a m. 2*) *H* illas *R* discurrens] s₁ *in ras. 2 litt.* *P* que *P* 14 pretereendo *P* diligenti** oper* *H*, diligentiori o. *v*

uiserem tarditatis. siquidem multa pro metricae necessitatis angustia priori commentario nequaquam uidentur inserta, quae postmodum linguae resolutio magis est adsecuta, dederimus hinc aliquam forsitan obtrectatoribus uiam, dicentque nonnulli fidem translationis esse corruptam, quia certa uidelicet sunt in oratione quae non habentur in carmine. si qui tamen istud obiciant, f a c i u n t n e i n t e l l e g e n d o, u t n i h i l i n t e l l e g a n t? nam si aut saeculares litteras adsecuti aut diuinis uidebuntur libris instructi, debent exempla ueterum recensere nec similia lacerare conentur iniuste. cognoscant Hermogenianum, doctissimum iurislatorem, tres editiones sui operis confecisse, cognoscant peritissimum diuinae legis Origenem, tribus nihilominus editionibus prope cuncta quae disseruit aptauisse. nec eorum quispiam mordacis linguae laceratur iniuria, cum potius inde laudis consequantur augmenta, quod prouectibus uberioris ingenii diligentiore posteros fide noscendae ueritatis instruxerint. aliud namque est mutare composita et aliud integrare non plena. quamuis spatia diuinae legis inmensa, quibus dicta semper adiciuntur et desunt, uelut mare fluuiorum penitus incrementa non sentiens, nullis terminari sensibus queant,

7 cf. Terent. Andr. prol. 17

1 uiserem (i *a m. 2*) *P*, uisere *R*, uiser*m *H* traditas *I*, Tradita *v* 3 assecuta *RH*² 4 aliquam forsitan *om. v*, *eras. in H* 5 correpta *RH* quia] i *corr. m. 2 P* certe *H* 6 que *P* siquid *P* 7 faciantne (u *s. l.*) *P* ne] nae *Arev.*, nec *Gall. cum reliquis patrum bibliothecis* intelligendo *ex* intellegendo *P*²*H*² aut] *in ras. litt. min. scr. R*, si*** *H*, sicut *I* nam si saeculares *v* 8 seculares *PH* assecuti *R* 9 in libris *P* 10 ne *v* 11 ediciones *H* 12 nihil hominus *R* 13 propecunia *R*, prope////cunia *H* disseruisse *R*, deseruit *H* 14 *ante* cum *rasura in H* 15 consequat̃ *P* augmenta] gm *corr. m. 1, s. l. add. m. 2 P* quod *v*, quo *P*, qua *R*, q//// *H* prou***ibus *H*, prouentibus *v* 16 instruxerunt *v* (*exc. Col.*) 17 aliud est namque *PHv* muta *H* integrare ****ena *H* integrare. Nam *v* 18 spatia] s *a m. 2 P*, spacia *H* imp mensa *PR* 19 addiciuntur *P* ueludd *H* paenitus *P* 20 quæant *P*, qu*eant (a *eras.*) *R*

nullis explicari linguis eualeant: sic et nostri prorsus ab sese libelli non discrepant, sed quae defuerant primis addita sunt secundis. nec impares argumento uel ordine, sed stilo uidentur et oratione dissimiles. proferant igitur sua si qui carpere nitentur aliena. promptius est omnibus iudicare quam facere et de castrensi munimine pugnantium pericula securo uultu conspicere. credo tamen, pater egregie, nullum fore quamuis inpudenter obloquum, si meruero dextrum tui pectoris adipisci iudicium. faue primus ut alii faueant, et omnium mentibus sententia se probatae iugiter auctoritatis infundat. tu facies ut delectet euasisse discrimina, cum serenior coeperis aperire tranquilla. nauigaui prius in aequore, nunc in portu iam nauigem; tandem aliquando post undas calcare liceat nos harenas! tetigimus montes ex pelago: tangamus montes ex saxo et infirmos aquis inruentibus gressus nauali positos statione firmemus. priores igitur libri, quia uersu digesti sunt, nomen PASCHALIS CARMINIS acceperunt, sequentes autem in prosam nulla cursus uarietate conuersi, PASCHALIS designantur OPERIS uocabulo nuncupati. utramque uero materiem uobis orantibus,

3 cf. Terent. Andr. prol. 11—12, Hieron. Ep. LVII p. 305 Vall.

1 explicare] e_2 *ex* i P^2 *ex corr.* linguis (s *a m. 2*) *P* *eualeant (s *eras.*) *P*, *ualeant *H*, ualeant *v* abẽe *R*, *a sese (h *eras.*) *H* 2 addita** (ta *eras.*) *P* 3 inpares *H* argumento] o *corr.* P^2 5 nituntur *Rv*, nit**tur *H* *post* est *ras.* (enim?) *in H* facere* Sed de (t *eras.*) *P* 6 muni**ne *H*, munime *I* pugnantium] *eras.* H^1, *om. v* 7 egregi*e (a *eras.*) *H* 8 impudenter *Rv* oblocum *P*, obliquum *R*, obloquium *v*, *ras. in H* tui] *eras.* H^2, *om. v* 9 primu* *H*, primum *v* 10 sententias repbæ *P* (repbate *in mg. add. m. 2*), sententia reprobatę *R*, s. reprobate *H* facias *H* 11 dilectet *H* 12 nauiga//////// equore *H* nauigare rursus *v* nagigem *P* nunc in portu iam nauigem] *locum Iuretus asterisco notauit* 13 Tandem aliquando post undas calcare liceat. nos arenas tetigimus montes ex pelago. Tangamus etc. *Col. Par.*; calcare liceat; non arenas *Gall. in textu*, c. liceat nos arenas qui tetigimus m. e. p. *in adn.* 14 ex saxo] s *a m. 2 P* 15 irruentibus *Rv* nauali] naua *H* 16 qu·a *R* 18 nullam *H* prosa nulla *v* 19 utram *RH* materię *R*, materia *H*

Domino nostro Iesu Christo, qui uota non recusat humilium, congrego supplicanter et offero, cui uirtus, honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto per omnia saecula saeculorum. Amen.

1 dn̄o nr̄o ih̄u xp̄o *RH*, nostro *om. Pv* qu uota *H* 2 **grego *H*, et grego *Iv* (*uel* et rogo), erogo *Arev. coni.* cui ē *R*, cui *** *H cf. epist. Carm. praemissam* 3 sp̄u sc̄o *PR*, sancto spiritu *H* scl̄a sclor̄ am̄ *R* EXPLICIT EPISTOLA *R*, *om. PH*

SEDVLII PASCHALIS OPERIS

PRAEFATIO.

Paschalibus te dapibus conuiua quisquis inpertis, accubitare nostris non dedignatus in toris, erectum supercilii depone fastigium si carus aduenies et amicus, nec opus codicis hic requiras artificis sed exigua paruae mensae sollemnia laetus accipiens, contentus adsumens, libentius animo saturare quam cibo. aut si magna potius ubertate rerum caperis opimarum diuitiasque praecipuas deliciosus expectas, nobilium debes cenis satiari doctorum, quorum multiplices referri nequeunt apparatus. illic profecto repperies quicquid maris nutrit unda uescendum, quicquid terrae fecunditas subministrat, quicquid in nubibus pennali corpus libramento sustentat. in ipsis etiam ferculis

Incipit p̃fatio sacri operis beati sedulii pb̄ri (*in mg. m. 2*) *P*, incipit praefatio Sedulii antistitis in soluta oratione Paschalis carminis ad lectorem *v* impertis *R*, inpertis *H* (*corr. m. 2*) acubare *G*, accumbere *v* 2 thoris (*exp. m. 2*) *H*, thoris *G* 3 aduenis *RGv* 4 artificis] *in ras. G* solemnia *RH* 5 adsumens *G*, assumens *PRH* ˙contentu˙ (s *a m. 2*) *H* libenttus *H* (*corr. m. 2*), libencius *G*, libens plus *fort.* (*cf. Carm. v. 6*) satiare *P* (*in mg.* saturare *add. m. 2*), saturare *G* (*in mg.*) 6 at *v* pocius *G* opimare *P* (*corr. m. 2*), opimarū (ū *a m. 2*) *H* 7 diutiasq: (i *a m. 2*) *H* praepu////as (ci *a m. 2*) *H*, p̃cipu *G* delitiosus *PH*, delicios *G* exspectas *G* 8 saturari *R*, saciari *HG* referreneq:unt *H*, nequeunt referri *v* aparatus *GH*[1] (*corr. m. 2*) 9 reperies *GRH* quidquid (*utroque loco*) *v* ma*ris *H* nutriuit *Par. Gall.* 11 poenali *P*

pretiosa nimis uarietate gemmatis flauescunt nectareis sua mella cum ceris, et aureis adpositus in canistris colore metallo fauus adludit. at nos de pauperis horti seminibus holus uile decerpsimus, quod in rubra testae parapside uoto magis quam splendore cernimur ministrare.

LIBER PRIMVS.

1 Cum poetarum studiosa consuetudo gentilium fabulosi carminis nugas nobilium commendet pompa uerborum, et siue clamoribus coturnatae tragoediae seu ridiculi Getae comica foeditate uel quibuslibet metricae numeris disciplinae priscorum scelerata temporum gesta, nonnulla etiam probrae narrationis arte composita Niliaci papyro gurgitis calamo perarante contradant: cur ego, qui decacordo psalterio inter beati dogmatis choros Dauiticae modulationis cantus exercens spiritalia reuerenter

1 p̄tiosa *P*, prętiosa *R*, praetiosa *H* (*exp. m. 2*), p̄ciosa *G* uari·tate *H* flabescunt *G* nectaregis *P*, nectaris *R*, nectarei *G* 2 con ceris *G* appositis *R*, adpositus *H* (*corr. m. 2*), adpossiti *G* concolore *H*, c̄color *G*, concolor *v* 3 faus *G* alludit *RH*(?)*G*, *sic ex uestigiis detritae scripturae ueteris exemplaris expressi Iur.* pauperis (cis *corr. m. 2*) *H* olus *R* 4 decerpsimus *ex* decerpsit *G corr.* pabside (ra *a m. 2*) *P*, paropside *v* 5 cernimur *RG*, cernimus *PHv* 6 *Inscriptionem addidi* 7 f*abulosi *H*, fabulosas *v* 8 commendet (ar *a m. 2*) *P*, commend& *G*, commendaret *RH* 9 conturnate ragoædiae (t *a m. 2*) *P* coturnate *RH* getæ *P*, gestę *G* comitca *H* 10 disciplinam *P*[1], *corr. in* disciplinae *m. 2* 11 ettiam *P*, eciā *G* probæ (a, e *a m. 2*) *P*, probra *v* narracionis *G* 12 calomo *P* papy *H corr. m. 2* c̄·radant *G* 13 Quur *P* ergo *G* deca corda *G* in *G* dogmitis *H*, docmatis *G* coros *H* diuiticę *G*, dauidicæ *v* modulationis] s *in ras. m. 2 H* exerens (c *a m. 2*) *P* spiritualia *v*

dicta respondeo, mirabiles Christi salubresque uirtutes pressa uoce reticeam, cum ueritatis opus arripere et fidelis instrumento sermonis dona debeam caelestis gratiae non tacere? nulli siquidem iustius humani cordis et sensus famulatur officium quam omnipotenti Domino, qui sensus instituit, corda fundauit ut deuota semper Creatori materies proprium non relinquat auctorem, cui fabricam sui iuris nec subtrahi conuenit nec perire, cui dicione perpetua in aetheriis arcibus una est cum Patre potentia, par splendoris claritas, communis apicis indiuisa sublimitas, honor aequus, eadem uirtus, sociale fastigium, regnum temporibus infinitum, iugi semper manens aeternitate principium, sceptri societate consors gloria, similis et maiestas. haec est ad salutis domicilium dirigens uia, haec firmis gressibus ad paschalia dona panditur semita. hic nostri ponemus operis fundamenta, huc igitur aegras cuncti mentes aduertite, hanc morbis medicinam letalibus adhibete, quos noxiae disputationis uana serpit intentio et Attici dogmatis insanabilis disciplina Cecropiae sauciat ueneno doctrinae, ut cum uitales auras, diuinae legis spiramenta flagrantis odorem gratiae

1 dicta *H corr. m. 2* praessa *H*, p̄ssa *G* 2 arripere* (t *eras.*) *P* instruendo *H*, instrumenta *Gv* 3 caelestis (s *a m. 2?*) *P* gracie *G* tacere] DE QVALITATE PATRIS ET FILII *R*, de qualite patris et filii *H* (*corr. m. 2*) 4 famulantur *H*, famulati *G* 5 instruit *RH* et corda *Gall.* 6 craeatori *H exp. m. 2* 8 conditione *P*, ditione *RH*, dic|cione *G* ęther,is *H corr. m. 2*, aethereis *v* 10 uirtu'sociale *G* sociale* (t *eras.*) *P* 11 iuge *R* 12 societaſte (ſ *a m. 2*) *P*, societas *RHGv cf. Carm. v. 34* magestas *RG* 14 pranditur *H* r *exp. m. 2*, pandit'i *G* ponemus *P*, ponimus *RHGv sed cf. Carm. v. 37* 15 huic *PH* 16 lo&alibus *PRH*, letalib; *G* noxie *P* 17 una (a *a m. 2*) *P* insanibilis *H corr. m. 2* 18 doctrinae] *explicit G* 19 spiramento *v* flagantis *H*, flagrantes *v* odore *Hv fort. recte*

suauitatis hauriatis, Athenaei paedoris ingluuiem sensu deinceps puriore linquatis. quid tenebrosis erroribus labyrintheos, Thesidae, circumitis anfractus et inuolutis exitu pereunte uestigiis caligantia caecis ambagibus antra lustratis? quid adhuc labruscam bonae uiti praeponitis? quid nitidis saliunculam rosariis antefertis? quid in lapideis simulacris et aereis figuris inani cultu confidere, an fana profana, ueneranda metallica, proderit animas seruitute damnare? parcite, quaeso, iam parcite squalentibus harenosi pulueris glebis et sterilium nuda perfrui siccitate camporum, ubi numquam grauidis arua uisceribus laborem sudantis agricolae fecunda norunt releuare mercede. nec de caespitis cruenti germinibus toxica letalis suci nutrimenta uellatis, quae cibis semper amica tartareis uitae nesciunt famulari sed morti. quin potius iucunda florei graminis prata et amoenos beatae sedis accessus per liquidos puri fontis latices introite, ubi uitalium seminum diuinis aquis animata fecunditas nutrit segetem reuulsa sentium asperitate crescentium, quae nimia frugis ubertate multiplicis Dei queat

1 suauiter *fort.* hauritis *v* pedorē *H* athenei *P RH* inlubiem (u *a m. 2*) *P*, ingluuiae *R*, inlubie *H*, illuuiem *v* 2 lin///quatis *H* quid] *s. l.* *P*² labyrintheos *v*, labyrinteo *P*, labirintheo *R*, laberintheo *H* 3 circuitis *v* preeunte *R* 4 caliganti *P*, ca*ligantia *H* 5 ui**ti (ti *eras.*) *H* saliuncam *v* 6 lapidis (e *a m. 2*) *H* &ęreis *R* 7 ina*n cultu *H* ac *v* pfana *s. l.* *P*² 8 animos *v* 9 arenosi *P* perfrui (p *a m. 2*) *P*, perflui *R* 10 sccitate (i *a m. 2*) *H* 11 foecunda *P* reuelare *P*, reuelare *H corr. m. 2* 12 decespitis *R*, decerpitis *H*, caepitis *uel* cespitis *v* cruentis *R sed cf. Carm. v. 51* lo&alis *PR*, laetalis *H* suci (c *s. l. m. 2*) *P*, soci *H corr. m. 2* 14 iocunda *PRH*¹ (*corr. m. 2*) flore *P* germinis *Hv* parata *H exp. m. 2* 15 baeatę *H* a *exp. m. 2 et sic saepe* 16 latices *P* introistis *R*, introitis *H* it *in ras. m. 2* 17 crescentium (em *a m. 2*) quae nimia *P*, crescenteque nimia *R*, crescentemque nimiam *HI* 18 ubertatem *H* multiplici (e *a m. 2*) *P*, multiplicis *RHI* quaeat *R*, q///at *H*

esse iam messis ac spem futurae mercis aperiens centenis cumulis fructum maxima recondat in horrea.

Omnipotens indiuidui Deus numinis et aeterni, qui totum 2
sacro nutu contines mundum, qui machinam caeli tuorum digitorum operatione firmasti et potentis uerbi fabricam condidisti, qui rapidam pelagi fluctuantis insaniam limitem terrenae uicinitatis obruere terminis prohibes constitutis, qui solis radiantis aspectus et cornigeros lunae uultus diei noctique conterminans utriusque luminis uices sacro moderationis libramento dispensas, qui stellarum numerum potestates signa nomina loca cursus ac tempora solus colligis, solus agnoscis; qui rudis terrae membra torpentia per diuersos motus uiuis animasti corporibus, qui hominem fructus arboreos uetita praesumptione mandentem postquam morte condemnas, melioris cibi sacramento resuscitas et a uiperei morsus uoluptuosa fallacia potu sanguinis inmaculati conseruas; qui humani generis nomen praeter quos custos arca munierat repentina surgentis inundatione diluuii mersum penitus ac sepultum ex una rursus progenie multiplicas restitutum, ut mysticae

1 future *P* operiens *PRH*[1], operiens *uel* aperiens *v* 2 maximum *v* 3 DE ORATIONE IPSIVS SEDVLII *R*, ORAT OMNIPOTENTEM CREATVRARVM AVCTOREM DARI SIBI RECTAM DICENDI CARMINIS VIAM DE MIRACVLIS DICTVRO PAVCA DIVINIS *H* nominis *PRH* et] *om.* *H* 5 potenti uerbi uirtute *coni. Gall.*, potenti uerbo *coni. Arev.*, *sed cf. 20, 20* nempe rerum omnium creatori, cuius cuncta seu nota siue latentia uerbi constant machinis fabricata 6 rabidam *R* pelagis fluctuantis *H*, fluctuantis pelagi *v* 7 terraenae *H* ciuitatis (cinal *s. l.*) *P corr. m. 2*, uicinalis (t *s. l.*) *H corr. m. 2* constitutis *om. P* 8 noctisq; *R* 9 luminis uices (uultus *a m. 2*) *P* sacrae *Hv* 10 potestatis (e *s. l. a m. 2*) *P* 11 munera *v* 12 menbra *P* diuersas *H* 13 saporeos (arboreos *s. l.*) *P corr. m. 2* ue*tita *H* 15 resuscitans *nonn. editt.* uipereo morsu *R* 16 fallatia *PRH* immaculati *Rv* 18 diluuii inundatione *v* 19 progeniae *P* multiplicare *v*, multiplicare statuisti *uel* multiplicas restitutum *coni. Gall.* misticae *P*, mystica *R sed cf. Carm. v. 75*

demonstratione uirtutis, quod carnis delicta necauerant, fida ligni protectione uallatum per unum totius mundi baptisma panderes abluendum: illam mihi placidus uiam, illam supplici demonstra nunc semitam, quae ad salutaris urbis moenia paucorum dirigit angusto calle uestigia, Hierusalem scilicet ciuitatem Dominicam, Christi passione nostrum pascha gestantem, ut per hanc corporalis gratiae hospitalitate fungentem ad illam spiritalis gloriae mereamur patriam peruenire, et sit l u c e r n a p e d i b u s m e i s u e r b u m t u u m, Domine, quo recti fulgor itineris ad illa me florei graminis loca perducat, qua nitidum bonus pastor ouile conseruat, qua uirginis ouis agnum niuea claritate purissimum grex omnis sequitur candidatus. non est uia difficilis, si te ducem praebere dignaberis. omnia tuae subiacent potestati, omnis tuis imperiis natura succumbit et in aduersas species ac figuras iussu dominante pertransit. si uelis glacialibus segetes annuas flauere temporibus, producit falcibus agilem hiems pigra messorem, si uernalis plagae temperie, cum prima florum palla tellus adoperta resplendet, grauidis uineam pampinis iubeas parturire, musteo uinitor in amne tripudians uiscera felicis uuae nectarea temulentae calcis grata propulsabit iniuria: cunctorumque temporum uices mutatis fructibus non rennuent Creatori seruire. mirabilium siquidem

9 cf. Psalm. 118, 105

1 demonstrationae *H* carminis (mi *exp. m. 2*) *H* necarent (ue a *superscr.*) *P corr. m. 2*, naecauerant *H* 2 mundi *om. P* totum baptisma *R* 3 placide *H* supplici] placide (supplici *superscr.*) *P corr. m. 2* 4 nunc demonstra *v* 6 dominica *P* 7 hospitalitatem *P*, hospitalitatem *Hv* fungentem *PR*, fulgentem *Hv* 9 quod *RH* 10 illa me] illam *H* 15 diuersas *H* spetias *H corr. m. 2* 16 si uelis glacialibus segetes annuas flauere *v* producit *PH*, perducit *R* 17 fal**cibus (la *eras.*) *R* agilem] *uncinauit* P^1, habilem *R*, *euan. in H* hiemps *PH* pigra] *s. l.* P^2 uernales *R* temperiae *P*, temperiem *R*, temporis *v*, tempore *Arev.* 18 pallida *H* 19 uinitori nam netri pudians *P*, uinitor in amne tripudians *R*, uinitori nam nec//// *H1*; uinitori iam nec repudians uiscera felicis uuae nectarea, temulentae *v ex coniectura Iur.* 20 temulente *PR* 21 pulsabit (p *a m. 2*) *P* rennuent *PRH*

diuinorum cana pandit fides indicium et antiqua patrum testis origo priscorum, nec abolenda saeculis aeuo senescente transactis inmortalia caelestium uirtutum signa perdurant. ex quibus metu trepidantis ingenii pauca saltim audaci relatione perstringere uix nostris animis et cordi permittimus inbecilli, ut siluam magnae densitatis ingrediens aliquos enitar extrema digitorum summitate ramos adtingere. nam etsi humano corpori centum simul ora subpeditent centenisque linguarum motibus uox ferrea clamare non cesset, quis cuncta ualeat expedire quorum numeris nec astra caeli densissima nec bibula maris harena conueniat?

Primus, ex quo in claram mundi faciem rerum confusa 3
materies, quae chaos dicta est, uerbo fabricante surrexit, Enoch Deo gratissimus et dilectus uiuacem gloriam consecutus, per innumeros annorum cursus humanae modum naturae transgrediens, nascendo terrae munus impleuit sed morti miraculum, cui subtractus est, concitauit.

Marcebant Sarrae iam senectute membra languentia, et 4
grandaeuo situ sanguis extinctus annosi corporis uenas desperatae prolis sterilitate damnauerat, cum senioris uiri fecundata conubio sinum gelidi repente uentris extendit et tumidis nouo partu praecordiis natum sera felicitate progenitum in spem

2 seculis *P* euo *P* 3 immortalia *R* 4 saltem *v* 5 inbecillae *R* 6 enitar *v*, enitear *PR*, emetar *H* 7 adtingere *P*[1], attingere *P*[2]*RH* corpore *R* 8 ora ora *P* suppeditent *R*, subpenditet *H* 10 numerus *H* densissimam *P* 11 arena *P* *post* conueniat *ras. in H* 12 DE TRANSLATIONE ENOCH *R* in] *s. l. P*[2] mundum faciem — confusam *H* 13 surrexit] DE TRANSLATO DIVINITVS NE MORERETVR ENOCH *H* Ex quo in claram rerum faciem confusa materies, quae chaos dicta est, Verbo fabricante, surrexit. Enoch *v* Aenoch *P* 16 ter^{r}æ *P* sub morti *H* 17 subtractus *P*[1] (tū *corr. m. 2*), sub|stractus *R* 18 DE CONCEPTV SARAE IN SENECTVTE *R*, DE PARTV SARRAE *H*, de partu Sarrae nonagenariae sterilis *v* Sarae *R* 19 grandeuo *libri* sanguinis *H Par.* exstintus *H* desperate *P* 21 conubia *RH* simul *P corr. m. 2*, signum *H*

futurae gentis et populi ad lactei potus ubera mater tremebunda suspendit.

5 Quem genitor munus Deo obtulit, cuius fuerat in desperatione promissio; stetit puer ad iugulum et factus est aries holocaustum. o sancti mens intemerata pontificis! humana respuit, diuina prospexit, filio dum uitam denegat adquisiuit. Abraham gladium protulit ut feriret, et Dominus sacrificium sibi mutauit ut parceret. grande scilicet gerebatur in hac pietate mysterium, quod pro humani generis uita sponte se Christus mitis agnus offerret ad uictimam.

6 Loth peritura fugiebat ex Sodoma, cuius uxor incautae praesumptionis audacia, dum respicit quod euasit, mutata salis remansit in statuam non pro sapientia, sed pro poena. nullus enim ad contempta semel mundi discrimina praecipiti rursus cupiditate conuersus iucundae salutis laetitia perfruetur. nec enim dignus est arator ille uentura fructuum fertilitate gaudere, qui sulcum uomeris recto cursu firmandi retro sui uultus auersione confundens praeteriti laboris ordinem dissiparit.

7 Rubus, innocuis quondam ignibus inuolutus, non ardens

1 populis *H* suberam (potu *a m. 2*) *P*, p. uberorta *H fort.* ubera uber orta 3 VBI ISAAC IMMOLAT' *R*, *om. H* obtulit deo *Hv* optulit *P*¹*R* 4 promisso *Par.* et] at *fort.* 5 in holocaustum *v* 7 et] *fort.* at 8 sibi] s *a m. 2 P* parceret] filium non feriret *Hv* hanc *P* parte *Hv* 9 quod] ut *Hv* 10 agnum *H* offeret *P*, offeret *H corr. m. 2* uictima *R*, ad uitā *H* 11 DE VXORE LOTH IN STATVAM MVTATA SALIS *R*, DE VXORE LOTH IN SALIS STATVĀ VSĀ *Hv* fugebat (i *a m. 2*) *R* incaute *H* 12 quae *v* 13 statua *libri sed cf. Carm. v. 122* poenam *H* 14 contenta *P* 15 cupitate *R corr. m. 2* iocundae *PRH* 16 illae *H*; *uocalium e, ae, ę, æ permutationes in his codicibus non infrequentes nisi ubi momenti esse uidetur non notabo* fructum *H corr. m. 2* 17 formandi *Arev.* retro sui *scripsi*, retro si *P*¹*RH*, retrorsi *P*²*v*, retrorsum *coni. Arev.* 18 dissipar& *R* 19 DE IGNE RVBI *R*, DE IGNE ARDENTIS RVBI DIVINITVS OSTENSO MOISI *Hv*

uidebatur ardere, cuius materies nec incendiis alimenta praestabat nec circumfusi caloris igne correpta detrimentis exusti roboris subiacebat. ita diuini fomitis temperabatur adtactus, ut blandiente ramis aestuantibus flamma splendor in frondibus cerneretur esse non poena.

Mitis uirgae natura tractabilis in inmitem et intractabilem 8
mutata est draconem: quae uipereos motus tam sinuoso flexa uolumine quam trisulcas uibrando linguas exercens, geminos inimicae fraudis angues absorbuit atque propriam uirgulti speciem rigida rursus mutatione suscepit.

Per media marinis fluctibus profunda latentia reuolutis in 9
geminum latus undis et aequorea diuinitus aedificatione suspensis pedestris turba transiuit. stetit undique pontus ut murus et cognati gurgitis spoliata uelamine tellus permansit nuda, donec populus pelago gradiens absente per pelagus uestigiis hospitam peregrinis aquosae uiam carperet siccitatis. mutauit natura semitam iussa paululum relaxare constantiam, et innumera lubrici salis campos multitudo transgressa rude baptismatis mysterium nesciendo cernebat, quae per aquarum freta salubria duce Christo transiuerat. ita denique propheta cecinit illa significans: uox Domini super aquas multas. uocem igitur uerbum dici quis dubitat? uerbum patris autem

21 cf. Psalm. 28, 3

2 circumfulsi *RH* 3 at tactus *RHv* 4 ramos *H* flamma* (s *eras.*) *P*, flammas *R*, flamina *Par.* frontibus *H* 6 DE VIRGA MOYSI IN SERPENTĒ VERSA *R*, DE VIRGA IN DRACONEM VERSA ATQ: IN SE REVERSA *H*, de uirga eiusdem moysi in draconem uersa atque in se reuersa *v* inmitem *H*, immitem *PR* 7 in draconem *H* que *P*, quē *R*, qua *Hv* sinuo[so] *P* flex* uolumin* *H*, flexu uolumina *v* 10 spetiem *P corr. m. 2* motatione *H* 11 DE DIVISIONE MARIS *R*, DE SICCATO MARI POPVLO ISRAHEL *H*, de siccatione maris populo Israel *v* 12 ge,nū *P corr. m. 2*, ingem,um *H corr. m. 2* lati *H* aedificatone *H corr. m. 1* 14 unda *P*, nudo *H* 15 abssente *H* pelagos *H* 17 naturam *H* 18 salis] is *ex* os *P* 19 misterio *H* 22 *er*ebat *H*, gerebat *v* patris *om. v* autem patris *R*

Christum esse quis abneget? qui ueteris ac noui conditor testamenti inmensum primae legis abyssum suo patefecit aduentu, quatenus recentiore doctrina tamquam remotis undarum molibus intimis ac profundis sequens aetas nil periculi formidans per callem planae libertatis incederet iam secura.

10 Quid eiusdem plebis cateruas innumeras in desertis terrarum spatiis et totius uictus sterilitate damnatis cibos angelicos panemque caelestis gratiae referam consecutas, ubi nectareus aetheriae maiestatis nimbus inrorans populo dapes ex pluuiis et copiosas ex imbribus escas effudit.

11 Per squalentia rursus uiolentis arua feruoribus sitiens aestuabat exercitus, qua familiari semper ardore negatis fontibus iacens terra languebat, qua spem bibendi pariter ac uiuendi deficiens aquarum natura subduxerat: cum stupentis saxi uisceribus torpor inclusus spumantem subito fluctuanti caute redundauit in laticem siccaeque ieiuni marmoris uenae potum cunctis uomuere multiplicem. his tribus ergo rebus iam magna sui nuntians sacramenta mysterii Christus erat in pelago, Christus in pane, Christus in saxo.

12 Asella, uile pecus et stolidum, angelicae potestatis uisione

2 inmens*m *H*, immensam *Gall. Arev.* abysum *P* 3 recensiore *H* 4 mollibus *H* pericli *v* 5 plane *H*, planę *corr. m. 2* 7 DE MANNA QVOD SIGNIFICABAT XPM *R*, DE MANNA CELESTIS PLEBI DATA QVE SIGNIFICABAT XPM *H*, de manna caelitus eidem plebi data *v* 8 uictos *H* angelicos] *s. l. m. 2 H* 9 panemquae *P* caelis H^1 caelestis *corr. m. 2* 10 aethereae *v* inrotans (r *a m. 2*) *P* 11 effudit *v*, effundi *P*, infudit *R*, infundit *H* 12 DE AQVA QVAE ET IPSA XPI GEREBAT FIGVRAM *R*, DE PRODVCTIONE AQVAE DE PETRA *Hv* auruca (u *exp. m. 2*) *H* scitiens *P* 13 qua] qui *H* ardor* *H* 14 qua] quam *H* bibendo *H* 15 stupentes *P* 17 sic*teq; (a *eras.*, c *a m. 2*) *P* 18 uomere *H* iam rebus *RH* 21 DE ASINA BALAAM QVE HVMANE LOCVTA EST *R*, DE LOCVTIONE ASELLAE *H* (Balaam) *v* *in H capitula 12 et 13 ordine inuerso se excipiunt* ac stolidum *v*

perterrita sessorem uerbis adloquitur, et rudentis linguae clamor inconditus humanae uocis affatibus explicatur.

Sol in medio caeli cacumine rapidos anhelantis flammae 13
cursus infrenans contra Gabaon per insolitas diei moras dilato uespere lucem fixus adstrinxit, nec luna suis legibus mota pigrae stationis limen excedens ordinem consueti gressus exercuit, donec gladius uictoris exercitus hostilem funditus amputaret caelestis auxilii coniuratione uirtutem. famulantia denique uidebant ipsa iam sidera per similis uocabuli sacramentum Iesum Dominum nomine praecedente uenturum.

Heliam praeter naturae dispositum corui diurnis epulis 14
transegerunt, alesque uoracis rostri rapacitati subiectus, qui facilem praedam cauo gutturi subministrat, ieiunis morsibus escam deferebat inlaesam. nunc Heliae bonus ac fidus, qui Noe quondam malus ac perfidus in terris abluit culpam in aquarum inundatione contractam. at ille Deo plenus existens, postquam miracula terris plura monstrauit suaque dignum successione per spiritum uelut hereditaria largitate propriae uirtutis munus transtulit in amicum, flammeis raptus equis et curribus per illos clarae serenitatis excessus, qua leuior puri tramitis uia nullos in aetherio campo feruentis rotae sulcos orbita demergente conseruat, dexteriora maioris spatii

1 affectibus *H* 3 ORANTE IHṼ SOL STETIT AD GABAON *R*, DE STATIONE SOLIS SVB IESVNAVE *Hv* anelantis *H* 4 die[1] moras *P* 5 asstrinxit *R*, a..strinxit *H* 7 uictoris e exercitum *H*, exercitum *v* 8 amputa^re^uit *P* uirtutẽ *R*, uirtute *H*, uirtuti *v* 11 DE HELIA ET CORVO *R*, DE HELIA CORVIS MINISTRANTIBVS *H* pacto atque igneo curru in caelum recto *addit v* Heliã *R*, Helian *P*, Haelian *H* 12 uoracis] *In u. c. erat scriptum* feracis rostri, *sed postea a librario primae duae litterae dictionis* feracis *duobus punctis subnotatae et desuper apposita syllaba* uo, *ex quo effeci* uoracis, *quae lectio huic loco apte conuenit Iur.* rapacitatis *R* 14 inlesam *PRH* non ^a^ c^h^ẹliae *P corr. m. 2* 15 Noe] *in ras. R*[1] 16 deo *om. v* 18 succes.sione *H* hereditariam largitatem *v* 19 raptuṃ *H corr. m. 2* 20 clare *PH*[1] 21 nullus *H* 22 deme^gen^rte *P* dexteriora. *H*

sic petiuit, ut triumphi caelestis axe resplendens humani limitis metam longa fretus uiuacitate contemneret. quam bene uocabulo pariter conuenienter ac merito Heliae claritati uel nomine fulgentis semitae maiestas arrisit! cui si Graio sermone queat una per accentum littera commutari, sol specialiter uideatur expromi.

15 Ezechiae, regi iustissimo, in extremis uitae terminis constituto quindecim Dominus sua pietate uel iure annos addidit ad salutem mortisque claudens patefacta iam limina uitam in occasu languentem ad ortus reuocauit originem.

16 Ionas in marinos fluctus anxiae puppis trepidatione iactatus uteroque sorbentis ceti reconditus, non sensit aquas in pelago constitutus, uitale scilicet sepulchrum ne moreretur ingressus, tutusque mitissima sub uoraci uentre custodia depositum dei uidebatur esse non praeda, hostilique salubrius protectione seruatus uenit ad terram uomitu, non carina. cui facto diuersitate contrario nauta feritatem praebuit, fera nauigium ministrauit.

17 Cum inspirante caelitus Deo trium puerorum una cordis intentio Babylonia sacra contemneret pariter ac negaret

1 spatiis sic *P* exhe (axe *a m. 2*) *P*, axae *R* 3 hac *H* helie *H*[1], heliȩ *H*[2] 4 semite *H*[1] *corr. m. 2* nomini *PHv* graio *R*, greco *PHv* 5 quaead *P*, q̃*at *H* ˜ *a m. 2* 6 ex*promi (i *s. l. eras. uid.*) *P* exprimi uideatur *v* 7 DE EZECHIA REGE CVI ADAVCTI SVNT XV ANNI VITAE *R*, DE QVINDECIM ANNOS EZECHIAE ADDITIS *H*, de quindecim annis ad uitam regi desperato additis Ezechiae *v* 8 piaetate *H ut saepe* 9 sa*lutem (u *eras.*) *H* 10 occasum *P* langentem *H* 11 DE IONA IN VENTRE CAETI *R*, DE IONA CETO VORANTE SERVATO *Hv* fluctos *H* anxie *H*[1] *corr. m. 2* 12 sorbenti *R sed cf. Carm. v. 192* coeti *PRH* 14 *post* depositum *rasura 2 litt. in H* dei] *s. l. P* (*m. 1*?) 15 *stilique *H corr. m. 2* 16 uomitu* (m *eras.*) *H* 17 *eritatem *H*, ueritatem *I* 19 DE TRIBVS PVERIS IN CAMINO *R*, DE TRIBVS PVERIS ET PERSECVTORE EORV̄ IN PECVDEM VERSO *H*, de tribus pueris in camino flamma saeuiente non tactis et persecutore eorum in pecudem uerso *v* inspirante *P*, sins pirante *H*, spirante *Rv* 20 babilonia *R* pariter] penitus *v*

durumque mortis exitium tyrannicae legis atrocitate susciperet, cuius rabies Achaemenii furoris igne succensa torrentem fornacis propriae superabat ardorem, rogos uincti truduntur in medios pyra iuuenes non audente contingere, qui tantum corde feruentes uicerunt imagineum poena deficiente supplicium. o quanta est credentibus salus et gloria! flammis fidei plus calentis restincta torpuit uis camini.

Auctor igitur tam nefandi iudicii dignum facti supplicium 18 non euasit. nam quia uecordi raptus insania humanae pietatis iura dispexerat, ferino uixit ritu per siluas et consortia pecudum sectatus agrestia aulici deliciosa conuiuii, pastus faeno, potatus fluuio permutauit, quem sub huius deformitatis aspectu hirsutum siluis et montibus septem uiderunt tempora peruagatum.

Nec minus Darii postmodum regnatoris dum praeteritam 19 furor imitatur insaniam, Danihel, Hebraeorum decus amplissimum, cum feris ieiunio stimulatis includitur et simplicis animae corpus innoxium saeuis uorandum morsibus deputatur. belua tamen facta mitis et placida, ne sanctos artus insano dente laceraret esuriens, coepit amare iam famem; uultusque

1 exicium *R*, exitum *H* 2 achamoenii *P*, achemenii *RH* 3 rogoſ cuncti *PR* 4 in medios *PR*, in medio* *H* rogo uincti (*H*) traduntur in medio *v*, rogos uincti truduntur in medios *scripsi* (*cf. Dan.* 3, *21*) pira *PR* 5 imaginum (e *superscr.*) *P* deficientes *P*, def***ente *H* imaginem poena deferente (deferiente *Par.*) supplicium *v* 6 quantē *H corr. m. 2* 7 caelestis (plus calentis *superscr.*) restincta (restina *m. 1*) torpuit *P* pl. calentis *a m. 2* ca*entis *H* salus, cum gloria flammis fidei plus candentes (*uel* cadentes), restincta *etc. v* 8 DE NABVCHODONOSOR *R*, DE NABVCHODONOSOR REGEM IN BOVEM CONVERSO *H* (*post rasuram*) *v* factis *Hv* 9 qui *v* 10 pecodum *R* 11 agrestia ministri regis aulici *R* (*in quibus glossema inesse uidetur*) deliciose *H* pasti *H* foeno *libri* 15 DE DANIHELE IN LACV LEONVM *R*, DE DANIELO A FAMELICIS LEONIBVS CVSTODITO *Hv* 16 furori mutatur *P*[1] imitat' *R*, imitatus *H* daniel *H* hebreorum *PH*, ebreorum *R* amplissimam (u *superscr.*) *P* 17 stumulatis *H* includetur *H* 18 saeuius *I* (?) *v* 19 platida *H* sancto astis *H* 20 famen *P*

terribiles rabies mollita submittens atque in saeuis faucibus ira blandior conquiescens genuinae feritatis inmemores praedam seruare docuit tunc leones.

20 Dic ubi post talia tuae sunt leges, pertinax o natura, qui totiens tibi iura subtraxit? qui translatum nescire uirum iussit infernum, sterili maritae fecundam praestitit senectutem, ad aram sponte uenire conpulit pecudem, muliebrem effigiem in salis simulacra conuertit, ramos incendiis aestuantes non ardere monstrauit, uirgultum soluit in colubrum, per marinos fluctus pedestres patefecit incessus, pluentibus nimbis nectareum manna diffudit, ex arentibus saxi uisceribus undas eiecit, ora mutae quadrupedis humana effari uerba permisit, elementa defixis cursibus longa statione suspendit, uolucrum ministeriis hominem pauit et in caelum corusci equitatus axe perduxit, morienti iam regi tria uitae lustra donauit, feri praedonis in utero portum dedit esse naufragio, rore sidereo puerorum membra proluit in camino, regem uagum dumosa per pascua feris ac pecoribus fecit esse conuiuam, leones praedae parcere et rapinam docuit non amare? nempe rerum omnium conditori, cuius cuncta, seu nota, siue latentia uerbi constant machinis fabricata sui operis subiacent fundamenta, et sequitur iubentis imperium creatura quacumque nutu traxerit diuina sententia.

1 terribilis *H Par. Arev.* sumittens *P*, submittans *R* 2 uira *P* 4 VBI RECAPITVLAT SVPERIORES VIRTVTES *R*, MIRACVLORVM RECAPITVLATIO *H* (praedictorum *add. v*) qui* (s *eras.*) *P* 5 toti[n]es *P* quis toties — quis translatum *v* 6 steril** ma**** *H* matri *v* 7 compulit uenire *v* 8 effigi*em *H* u *eras.* simulacra *PR cf. v. 225*, simulacrum *Hv* incendii *P* 9 colubrem *H* em *corr. m. 2 ex* im 10 nimb*is *H* 12 ore [a] *P* ore *fort. recte* mu[t]nae *P* humana] a, *ex* e *P* fari *RHv* 14 chorusci *R* aequitatis [v axe] f ep duxit *P* axae *R* 15 moriente — rege *R* tria **** (uite *eras.*) *H*, uitae *om. v* 16 naufragio *P*, naufrag*o (i *eras.*) *H*, naufrago *R cf. Carm.* 18 leonis *R* 19 prede *H*[1] *corr. m. 2* nampe *H*[1] 20 conditori* *H* creatori omnium *v* seu latentia *v* 22 quecumq; *P*, quocumque *Par. Gall.* nutu traxerit *PR*, n. retraxerit *H*, naturae traxerit *v* 23 diuine *H*[1] ę *corr. m. 2*, diuinae *v*

Heu miseri, qui uanis cultibus inclinati stultum sinistri 21
cordis officium sculptis a se simulacris inpendunt factoremque proprium relinquentes suae manus uenerantur effigies! quis furor est? quae tanta mentes ludit insania, ut turpem uolucrem, obscenissimam bouem, tortum draconem et semihominem canem homo integer membris adoret?

Solem nonnulli nebulosis mentibus obcaecati rerum geni- 22
torem illa uolunt opinione censeri, quia terrarum tractus et spatia clarae serenitatis luce perfundens caeli plagas ac sidera flammigera lustrare uelocitate non cessat: cum ab ipsa potius instabili mobilitate, quam rapidis discursibus uagus ignis exercet, officium constet esse, non deum, quique certae dispensationis ordine custodito nunc oritur, nunc ad occasum horis uergentibus inclinatus uices cum nocte partitur. nec ubique semper est constitutus, quique nulla nascentis uidit mundi primordia, nisi peracto sine sole die iam gemino prouidus eum genitor a tertiae lucis instituisset radiare principio.

Sic etiam lunae superuacua plerique uota dependunt, quam 23
crescere semper ac minui praefinitis mensium temporibus intuentur.

1 DE IDOLATRIA *R*, DEFLET ELIMENTORVM IDOLORVMQ: CVLTORES *Hv* inclinatis *RH* 2 cultis (*corr. m. 2*) *P* 3 qui furor *c* 4 menti* *H*, menti *Col.*, mentis *Par. Gall.* 5 obscenissimum *v* tortū* (˜ *a m. 2*) *H* 7 DE HIS QVI SOLEM VENERANTVR *RH* (*in scriptura continua*), *om. v* et solem *v* nonulli (n superscr.) *P* n *a m. 2* 8 opineone (-ni- *corr. m. 2*) *P* 9 desidera *H* 10 flammi[gera] *P* gera *a m. 2* non — mobilitate *s. l. a m. 2 P* ipsa (a *ex* i *corr. m. 2*) *H* 11 rapidis (is *ex* us *corr.*) *H*, rapidis (p *ex* b *corr. m. 2*) *P* 12 esse quam Dominum *Iv* quippe *Par. Arev.* certo *Hv fort. recte cf. v. 253* 13 ocasus (c *s. l. a m. 2*) *H* oris *R* 14 inclinatur *H* 15 con stitutos *H corr. m. 2* 17 eum genitor *RHP*[1] (genitus *a m. 1*), eum conditor *c* 18 DE HIS QVI LVNAE VOTA FERVNT *R*, *om. Hv* 19 pręfinitis (*corr. ex* -tus) *H* m*en*sū* *H* (˜ *a m. 2*) 20 in*tuentur *H*

24 Sic stellis quoque litare non desinunt, quae depulsae noctis abscessu matutinae lucis uultibus effugantur.

25 Hic aquarum cultor est, ille flammarum, sed species sibi natura contrarias non audent uicinas efficere, ne propriore discordia aut ignis ardentior latices debiliores exsiccet aut impar undis ingentibus rogus subito moriatur extinctus.

26 Alius arboreis radicibus aras instituens, dapes adponens ramos ac robora flebiliter orare non cessat ut natos, domum, rura, coniugium, famulos censumque custodiant. lignee, ligna quid obsecras? surdis operam disperdis exclamans, a mutis responsa nihil auditurus expectas, quae domorum constantiam illa tantum ratione sustentant, si securibus amputata pendentia culminum tecta suffulciant, aut focis adhibita sumendis dapibus famulentur accensa.

27 Nonnulli dementius holerum ueneratores existunt et in hortis numina rigantes arentia transplantatorum se deorum edocent ueros esse cultores. sed plura de talibus referre iam pudet, ne sanctae religionis in pagina dum numerosos stulti-

1 DE HIS QVI STELLIS LITANT *R*, *om.* *Hv* sacrificare litare *R* 2 abscessū *P*, abscessu* (m *eras.*) *H* matutine *H*[1] 3 DE HIS QVI AQVĀ COLVNT ET IGNEM *R*, *om.* *Hv* cultores stelle *P* famularum (flammarum) *P* *s. l. m. 2* despetiae (sed *a* *m.* *2*) *P*, sed speties *m.* *2 in mg.* 4 natura* (s *eras.*) *R*, natura (*corr.* *ex* -is) *H* audet *R* inimicas *v* prop*iore (r *eras.*) *R*, proprie *H* *cf.* *Neue Forml. II 114* 6 inpar *H*[1] inparendis (u *a m. 2*) *P* rogos *H* 7 DE CVLTORIBVS LVCORVM *R*, *om.* *Hv* arbore *P* adponens (p *a m. 2*) *H* 8 domos *v* 9 lign*ee (a *eras.*) *R* ligna quod *Col. Par.* 10 obssecras *H* disperdis (dependis) *P* dependis *a m. 2*, depe*dis *H*, dependis *v* 11 auditurīs *H* *corr.* *m.* *2* 12 racione *H* pendentiā (ū *a m. 2*) *P* 13 culminum *P*[1] -na *corr.* *m.* *2* tecti *H* culmina tecti *v* subfulciant *H* 15 DE CVLTORIBVS HORTORVM *R*, *om.* *Hv* 16 hortis *R*, ortis *H* riga*ntes *H* tranplantatorum *H* sed eorum *H* 17 uero ēe (s *a m. 2*) *P* iam referre *v* 18 ne] cessitatem (scāe) *P* *a* *m.* *2* in sanctae — p. *Hv* religioni**s *H*

tiae castigamus errores, aut lilia nimio decore molissima rubus asper exurat aut per uiolaria florentis campi purpurea carduus et spinosis armatus aculeis paliurus exsurgat. igitur increpando iam satis est quod humanis erroribus coli monstra derisimus uel potius tales actus miserando defleuimus. nunc per incepti iuuat ire tramitis institutum montemque sublimem firmo gradu conscendere atque ad urbem, nostrae libertatis auctorem, totarum uirium studio peruenire. ipsa denique tranquillae pacis est domus, ipsa tutum salutis habitaculum, ipsa perpetuum libertatis hospitium. si enim de terrena mortalis regni ciuitate et a mortali fabricatore fundata poeta saecularium ita cecinit litterarum:

Et quae tanta fuit Romam tibi causa uidendi?
Libertas . . .

quanto magis caelestium in ciuitate regnorum, quam Deus Dominus instituit fabricator, iura perpetuae libertatis esse credamus, de qua uates ait talium canticorum: aedificans Hierusalem Dominus, et in sequenti nihilominus psalmo similiter explanauit: lauda, Hierusalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion, quoniam confortauit seras

11 Verg. Ecl. I 26 17 cf. Psalm. 147, 12 s.

1 lia (li *a m. 2*) *P* 2 floris (ent *a m. 2*) *P* cardus *P* 4 quod] qui *v* derissimus *P* 5 nunc] Exhortatur semet ipsum *inscribit v* 6 iuuati re *P* ir*e (a *eras.*) *H* institutu* *R* mentem sub (o, q; *a m. 2*) *P* sublimen *PH* fimo *R* 7 ad *ex* at *H*[1] 8 dirium (v *a m. 2*) *P* traquillæ (n *a m. 2*) *P* 9 domus est pacis *Hv* totum *PR*, totum *H* habitaculum (~ *eras.*) *R* 10 liberatis** *P*, libertas (ti *a m. 2*) *H* *o*p*ium *H*, obsequium *v* terrenana *H* mortalis habitaculi *v* regn* *R* 11 fundata (e *a m. 2*) *P*, fundatę *R* poeta *om. H*[1], poetę *in marg. add. m. 2* 13 uidendi libertas *R* uiuendi (d *a m. 2*) *P* 15 ds dns (d, *corr.*) *P* deus *om. H* 17 credemus *v* uatis *R*[1] *H* aitaliorum *P* spiritualium *v* 18 nihilomminus *H*

portarum tuarum. benedixit filios tuos in te, qui posuit fines tuos pacem, et cetera. audiamus ipsum quoque rerum omnium conditorem in euangeliis suis, sacrosancto sermone cuius esse memorarit hanc urbem: dico, inquit, uobis non iurare omnino neque per caelum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius, neque per Hierusalem, quia ciuitas magni regis est. tamquam si diceret mea, quod apertius dissimulauit exprimere ut humilitate sermonis culmen suae panderet maiestatis. ita enim cum doceret, ammonuit dicens: tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde. hic est ubi regia fuluis aula tholis inradiat, ubi petens accipit, quaerens inuenit, pulsanti mox panditur.

28 Hic ille pretiosus est lapis, qui ab aedificantibus reprobatus in anguli nitet capite constitutus: cuius onus nimis leue sentitur, cuius. iugum suaue plurimum conprobatur.

Igitur per digesta quaedam ueteris testamenti miracula retulimus, quaenam Pater Filii consortio sanctoque Spiritu secum gesserit constituto. per digesta similiter quaedam noui testamenti miracula referemus, quaenam Filius Paterno consortio sanctoque Spiritu secum gesserit constituto, ut deitatis una potentia inseparabili semper uirtute conspicua et sim-

4 cf. Matth. 5, 34 s. 11 Matth. 11, 29

1 filios tuos (i, i *a m. 2*) *P*, filios tuos *Hv*, filiis tuis *R* 3 *fort.* euangelii sui sacrosancto sermone 4 dico autem *v* 5 inquid *P*, inquid (*corr. m. 2*) *H* 6 tronus *H* 7 hierusalem *P*, iherusolymam *H*, hierusolimã *R* 8 sdiceret *P* 9 qui apertius *v* (quia *fort. in I fuerat*) 10 com *P* ammonuit *PRH* 13 stolis *H* petens] potens *H* 14 aperitur *H* 15 DE LAPIDE ANGVLARI QVI EST XPS *R*, *om. Hv* heic *Gall.* p̄ciosus *R*[1] est] enim *v* 17 comprobatur] Trinitatem adstruit aduersus Arrium et Sabellium *v* 19 quenamq; *P* 21 referimus *P*, referamus *H* 23 inseparabilis *P*

plici maiestate sit triplex, et triplici persona sit simplex. haec est fides uera et firma credulitas.

Hanc salutem infelix Arrius habere contempsit, qui per 29
deuios curui callis anfractus dum rectum nititur iter auertere, tetram dilapsus in foueam caligantis tartari secutus est tenebrosa, tam sensu uacuus et inanis quam tempore iusti supplicii uentre quoque uacuus fusis uisceribus exspirauit. demens, qui paternae diuinitatis iura, nullius exemplo similitudinis coaequanda, caducis putauit gradibus conparari! inter homines namque carnali lege nascentes filius minor est patre, quoniam pater ipse qui filium nunc praecedit paulo ante filius fuit, et qui filius esse nunc cernitur, eum patrem fieri posse non habetur ambiguum. sic per omnem nepotum seriem noua proles excurrit et auorum ataui senio numerantur ingenti. Dominus, autem, qui uerbum, uirtus, sapientia et totum commune Patris est Christus, de lumine lumen exortum, de solo solus est natus, qui nec Patre minor in aliquo, nec est quo crescat, rebus uniuersis excelsior, quippe qui genitus, non creatus, nomen habet pro summitate Principium: ita enim secundum Iohannem Iudaeis requirentibus sese dixit esse principium. quid est ergo principium nisi cacumen excelsum, supra quod

1 persona maiestate *R* *post* triplici *spatium 7 litt. in H* triplici maiestate *v* 2 uera fides *RHv* 3 DE ARRIO ET SABELLIO *R*, *om. Hv* 4 cor*ui* calles *H* regnum *P* 5 secutus ē tenebrosa *P* (*cf. v. 302*), tartari ē (uiam) tenebrosam (uiam *a m. 2*) *R*, t. a. est tenebrosam *H* 6 &*inanis *R* 7 quia (oq; *a m. 2*) *P* quoequanda *P* 9 conparatū* (˜ *a m. 2*) *H*, computari *v* 10 nascentis *R*, nascentis *H* 11 patre ipse *P* qui *om. H* 12 filius ē* *H* patre fieri poss* *H* et qui filius esse nunc cernitur, compater *Col. Gall.*, et qui filius est, nunc cernitur, cum pater *Par. Arev.* 13 prolis *P* 14 aptaui (t *a m. 2*) *P*, attaui *H* seninumerantur *H*, serie numerantur *coni. Arev.* ingente *H* 15 autem] *om. Hv* qui uerbum *iterauit P* 16 lumen/// *H* 17 alico (aliquo *corr. 2*) *H* 20 Iohannem (o *in ras.*) *H* Iudęis *R*, Iudeis *PH* dixisse *P*, dixisse (t esse) (*corr. m. 2*) *R*, dixit esse *Hv* 21 qui est *P* q. e. principium est *v*

nihil penitus reperitur, semper in Patre permanens, quia semper in ipso permanet Pater, rerumque omnium caput unus indiuiduae maiestatis est Deus, non quod Filius hic credatur esse qui Pater est, sed quia Filius hoc credatur esse quod Pater est, sicut per euangelicam locutus est ipse doctrinam dicens: ego in Patre et Pater in me. deinde consequenter adiecit: ego et Pater unum sumus. Arrius unum dici audiat, Sabellius sumus dici cognoscat; alter a trinitate refugiens, alter ab unitate dissentiens: ambo pares errore licet diuersa sectantes. qualiter gentilium dogmatum suis obuiare dictis inuicem conantur auctores, qui brachia nudis humeris proferentes exerta, nihil docendo tradere sed tantum parati sunt longa disputatione certare, quorum prudentia iacet stulta, quia uana est coram Deo mundanae sapientiae fragilis disciplina. hic plus loquitur, ille plus tacet; hic ambulando disputat, ille stando pronuntiat; alius semper inlacrimat, alius inridere non cessat: diuersis igitur modis par uesania uidetur in cunctis.

30 Interea dum uiatici laboris sarcinam sermonibus alleuamus spesque simul ac fides in ardua meum comitantur incessum, blandius ad arcis summae fastigium deposita difficultate peruenimus. ecce sacrata crucis uexilla iam radiant, ecce magni regis castra piissima coruscum lumen ostentant flatuque sidereo

6 cf. Ioh. 10, 38 7 ibid. 30

1 repetĩ *P*, repetit' *R*, reper•itur *H* qui• *H* qui in ipso semper manet *v* 3 quia filius *v* 4 qui filius *H* 5 ipse locutus e. *v* 8 audeat *P* su•mus *H* 9 hunitate *P* 10 sentientes *Par. Gall. Arev.* obuia redictis *P* 12 exerta *PRH* 13 testare *P* •stulta (*ante* s, c *uel* o *eras.*) *R*, inguita (c, l *a m. 2*) *P*, inculta *Hv*, insulsa *coni. Hartel* 14 Domino *v* mundane (-nę *corr. m. 2*) *H* 15 hi•c p. *H* 17 ridere *Rv*, ri•dere *H* 19 DE SIGNO SACRAE CRVCIS *R*, Signo crucis armatus se in albo beati ordinis poscit adscribi *v*, *om. H* sarcini *H m. 1*, *corr. in* a *m. 2* 20 qu•e (a *eras.*) *R* 21 summae] mae *a m. 2 H* dificultate (f *a m. 2*) *R* 22 sacrae *v* lucis *P* 23 ostendunt *Hv* choruscum *PH* siderici *H*

tuba Dominicae stationis exclamat, militibus suae portae patet accessus: qui militat ingrediatur intrepidus. ianua uos aeternitatis inuitat, quae ianua Christus, scilicet uox paterna. aurea perennis uitae remuneratione gaudebitis qui caelestia Domini uiriliter arma tractatis et in fronte decus affixum, fidelis signi sacramenta monstratis. en ego decus et arma caelestia tuae militiae pars minima, bone rex, baiulo consecrata. hic proprias me sedes accipere, huius urbis in moenibus exigua dignum habitatione concede, tuus semper ut incola tuusque uernaculus paruo sanctae mansionis in angulo constitutus inter beati ordinis ciues albo uitalis paginae postremus merear municipalis adscribi. grandia quidem postulo, sed tibi grandia dare subpeditat magnitudo, quem ille magis offendit, qui spem dubiam de tanta pietate conceperit.

Christe uotis annue, uotis arride qui morientem mundum **31**
uiuificare festinans caelitus petisti terrena, humanam sumere dignatus effigiem, aliena quidem suscipiens sed propria non relinquens. hoc Matthaeus adortus inprimis hominem genera-

1 do dominicae *P* dñi certationis *H* 2 uos] *in ras. a m. 2 H* 4 renuneratione (m *a m. 2*) *P* quia *v* 5 fixum *H* 6 sacramenta *R*, sacramenta *PHv*, *fort.* sacramentum e*go (r? *eras.*) *R* 8 accepere (e, *corr. in* i) *R* 9 tuas *P* ut] *om. v* 10 uernaculissparuo *P corr. m. 2*, uernaculus *Hv*, uernacula *R*, *in margine* alib uernaculus; *fort.* uernula 11 ciuis (*m. 1*, *corr. m. 2*) *R* 12 adscribi (*corr. m. 2*) *H* municipalis merear *P* (mereat *a m. 1*) 13 subpeditat *PH* 14 de *om. H* 15 DE MYSTERIO QVATTVOR EVANGELISTARVM *R*, DE IIII EVANGELISTIS QVOMODO QVATTVOR ANIMALIVM FIGVRIS OSTENDVNT *Hv* (ostenduntur) aride (r *a m. 2*) *P* uotis ****** adnue uotis (*corr. m. 2*) *H* (*in ras. fuit* arride) annue uotis qui *v* 16 petiisti *v* (*cf. v. 352 et H. Iordan, krit. Beiträge zur Gesch. der lat. Sprache p. 266*) 17 dignatus sumere *v* dignatus *s. l.* *P*[2] effigiem *ex* effugiem *H* alienā — propriā *H* 18 Matheus *P*, Mattheus *RH* adorsus *R*

liter expediuit, Marcus ut leo mirabilis per deserta uociferatus infremuit, Lucas sacerdotali religionis exordio sumpsit similitudinem de iuuenco, Iohannes aquilae uolantis impetu caelum uerbi maiestate penetrauit. quattuor isti proceres ac praecones una te uoce canentes ceu tempora totidem per latissimam totius orbis spatiantur effigiem. sic apostolici quoque culminis et honoris duodenus apex semper effulgens numeris horas imitatur et menses, ut rebus omnibus congregatis annus tibi militet uniuersus. hinc igitur uetusta memorans antiquae mortis exordia nouam properare delector ad uitam, ut qui fletus seminauimus in Adam laetitiam metamus in Christo et Dauiticam mereamur dicere cantilenam: qui seminant in lacrimis in gaudio metent. euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. uenientes autem uenient in exsultatione, portantes manipulos suos.

12 Psalm. 125, 5. 6

1 des[r]eta (*corr. m. 2 ex* desata) *H* uociferatur[·] *P* 2 religinis[o] *R*, religione *H fort.* sacerdotalis religionis 5 unate *I Gall.*, unite *Par.*, una te *Col. Arev.* cantantes *Hv* (*cf. v. 359*) 6 orbis *RH*, urbis *P* sparguntur *Hv* 7 et] *ras. in H*, *om. v* duodenus [apex] semper *R* a[·]pex [s]emper *H corr. m. 2* refulgens *v* numeris (*in marg. add. m. 2*) *H* 8 congregatus *H* 9 uniuersis *H* Igitur hinc *Hv* 10 exordio *P* pp̄rare *P* 12 dauiticae *H* semina[n]t (n *a m. 2*) *H* 13 hibant *H* 14 mittenttes *P* 15 suos] EXPLICIT LIBER PRIMVS *P* EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIPIVNT CAPITVLA SECVNDI *R*, *om. H*, Explicit liber primus cum capitulis ueteris testamenti *v*

LIBER SECVNDVS.

Expulerat serpens ille nequissimus de paradisi sede florigera I primogenitum dolosis artibus uirum et inlecebris blandi saporis absconditam mortem gustare fecerat mox amaram. nec indignationis diuinae sententiam solus praecepti temerator uitae damno susceperat, sed ab ipso ueniens humana progenies longae mortis fuerat condicioni succumbens. heu, coniunx crudelis et noxia! an ille magis draco perfidus homicida? ille draco perfidus homicida, sed tu coniunx quoque crudelis et noxia. pro dolor! duo tantum fuerant aeterni. postquam crescere coepit origo, tunc periit clademque parturiens a semine detrimenta suscepit. quid illa tempestate numerosa dies ac multiplex, quid felicibus uitae spatiis nongentos proderat annos excedere nepotumque decima senescente progenie sui generis externum sanguinem iam uidere, cum sors humanae condicionis

INCIPIT LIBER SECVNDVS ET CAPITVLA EIVS *P*, *post capitula* INCIPIT LIBER SECVNDVS *PR*, de expulsione Adae de paradiso *in capitulis* *R*(*v*) 1 xpulerat *R* paradisi• (a *eras.*) *H* 3 morte *H* gustari *Hv* 4 diuene (*corr. m. 2*) *P* sen^ten^tiam (ten *a m. 2*) *P* dampnos caeperat *P* (*in marg.* susceperat *m. 2*) sententia *R* 5 dampno *Pv*, damnum *RH* (*sed cf. v. 5*) ueniens humana ueniens progenies *H* 6 conditione *P* succombens *P* 7 *post* homicida *rasura 4 uocabulorum in H* Ille—homicida *om. v* 8 ^cru^fidelis et *P* 9 et aeterni *H* 10 petiit (*m. 1, corr. 2*) *H* cladesq; *P*, clandemq; *H* 11 sunt coepit *P corr. m. 2* 12 qui *P* uitae spetiis (*corr. m. 2*) *H* utte *P corr. m. 2* 13 senescentae *H* 14 etnam (x *a m. 2*) *P* consors *H* sor (s *a m. 2*) *P*

extrema inreparabilis horae supremis cursibus occupata, licet serum nequaquam tamen declinaret interitum, longamque temporum per aetatem uita breuis existens nihil esse diutinum, quod fine clauderetur, ingemeret. nec huic malo remedium
2 spes ulla promitteret adfuturum, sed primi terrigenae meritum sepulchrale cunctas postremi quoque germinis nationes auida passim fauce sorberet, nisi pius ille rerum creator et conditor, cui proprium est ueniam delictis infundere quam poenaliter inminere, fabricam sui operis ab ipso debilem fundamento firmius per eundem rursus lapidem dignaretur erigere, ne uidelicet imago quae ad similitudinem Dei facta fuerat uiuens dissimilis haberetur ex morte, munusque uenialis indulgentiae largiretur ac pomis, quae parentes acerba uorauerant, filiorum obstupere dentes arceret donaretque mitissimus ac placatus ut unde mortem peccata contraxerant inde uitam pietas renutriret inmensa, ac uelut rosa suauis atque mollissima de spinoso cespite nascitur nil laesura matrem, quam gratia iucunditatis obscurat: ita de stirpe nocentis Euae Maria sacro ueniente cum lumine primae uirginis luem sequens uirgo di-

1 inseparabilis *H* ore *P* suppremis *RH* (ae), sup̃mis (p̃ *ex* m) *P* 2 seruum *H* inclinaret *P* longuamq; *P* 3 existens breuis *v* uita [bre]uis (bre *a m. 2*) *P* *post* diutinum *rasura 3 litt. in H* 4 quod *om. H*, qui *v*, quum *Gall.* ne[c] (c *a m. 2*) *P* 5 DE RESTAVRATIONE HVMANI GENERIS PER XP̃M *R*, *om. H* terriginae *H* 6 sepulcra** (*corr. m. 2*) *H*, sepulcrale *P* 7 sorberet] *sequitur inscriptio in H* p*ius *H* 8 delictis ueniam *P* quem *P* 9 debilem *Pv*, debili *R*, debilis *H* 10 lapidem rursus *Hv* 12 uiuen[s]dissimilis *P* indulgentia *P* 13 pom** quae pa****t*s *H*, poma quae patres *v* acerua *HI* uorauer*nt o*pt*ere [filiор s] (*corr. m. 2*) *H* uorauerunt *v* obstupere *R*, obstupuere *Pv*, obstupescere *coni. Arev.* 15 uita* (m *eras.*) pi*tas *enutriret *H* uitae — enutriret *v* 16 immensa *R*[1] *corr. m. 2* ac *scripsi*, q̄; *P*, Quo *R*, quoq: *H*, et *v* uelud *PH* adque *H* mellissima *P* 18 iocunditatis *PRH* (*corr. m. 2*) sacro [ueniente] cū *R s. l. m. 2* aeuae *H* 19 lucem *PH*

lueret, ut quia prior natura uitiis inquinata durae necis fuerat condicioni subiecta, nascente Christo per hominem homo quoque possit renasci per Christum, originalis maculae foeditatem uetusti corporis innouatione positurus.

Haec postquam prophetica saepius uox praedixit et Gabrihel 3
archangelus Mariae iam praesentia nuntiauit, mox puellae credentis in utero fidelis uerbi mansit adspirata conceptio prolesque siderea nascendi sub lege delituit, quae cuncta suo nasci nutu concessit. tumebant uirginis sinus, et fecunditatem suorum uiscerum corpus mirabatur intactum. grande mundo spondebat auxilium feminei partus sine uiro mysterium, quando nullius maculae naeuo fuscata tenso nutriebat uentre praecordia, genitoris genetrix mox futura.

Nonus interea mensis effluxerat et decimi lumen inmortale 4
radiabat claruitque fetu uirgineo spiritalis gratiae manifesta promissio: et uerbum caro factum est et habitauit in nobis, id est, habitauit in homine, cuius se dignatus est carne uestire. infans namque paruus ac maximus, membris

16 Ioh. 1, 14

1 ut quae *v* durecis *P* dure (*m. 1*, ę *m. 2*) *H* 2 conditioni* (s *eras.*) *R*, condicione *P* subiecit *H* p** *H* 3 possit *PH*, posset *R*² origenalis *H* faedititatem *H* 4 uetustati *v* possiturus *P* 5 VBI SCAE MARIAE ANGELVS LOQVITVR *R*, DE CONCEPTV BEATAE MARIAE *H*, a prophetis saepius praedicto *add. v* 6 angelus *v* præsenti anuntiauit *H*, praesenti annuntiauit *v* 7 asspirata *R*, a*spirata *H* 8 dili*tuit *H* quia *P*¹ (quæ *corr. m. 2*) 9 tumebant (*corr. m. 2*) *H* feconditatem *P* 10 uisce *P*¹ iustorum *a m. 1 fuisse uidetur* intactum] DE PARTV BEATAE MARIAE ET ANGELORVM IN XPI NATIVITATE DNM LAVDANTIVM GRATVLATIONE *H* 11 sin° uiro (e *a m. 2*) *P* quae *v* 12 nutriebatur *v* 13 genitrix *P* 14 VBI COMPLETI SVNT DIES EIVS VT PARERET *R*, VBI COMPLETI SVNT DIES EIVS *H*, De partu beatae Mariae et Angelorum in Christi natiuitate *v* 15 radiebat *H* claruit *v* foetu *PR* (*ex corr.*, *fuit fie?*) spiritalis (s *a m. 2*) *R* 16 et Verbum *v* 17 idem *H* dignatus (s *a m. 2 in ras.*) *H* 18 uestire *PR*, uestiri *Hv* namque *om. v* ac] et *P*

scilicet exiguus, deitate praecelsus, per hospitalis templi sinceram defluens castitatem, non laesit corpus abscedens, quod non laeserat cum uenisset. uere diuinae generationis est hoc secretum: testis uirginis partus ostenditur qui materni pudoris custos ingressus clausis uisceribus et conceptus est et creatus. quae nouae lucis illa tunc claritas mundi totius oras impleuit! quae caelo laetitia! quis ille nitor effulsit, cum Christus splendore sidereo, uelut sponsus procedens de thalamo suo, Mariae processit ex utero! cuius ita species diuina uidebatur gratia praenitere, ut Dauiticus ipsum psalmus ita pronuntiet: speciosus forma prae filiis hominum diffusa est gratia in labiis tuis, et cetera. bene autem prae filiis hominum speciosum forma definiuit, quia licet humanae susceperit incarnationis effigiem filiumque hominis in euangelica praedicatione saepe se dixerit, peccatum nos tamen originale foedauerat, quod ipse non habuit qui suae nos natiuitatis puritate mundauit. o pietas clemens et facilis ad salutem! ne nos iugum diuturnae premeret seruitutis pro condicione peccati, Dominus serui membra suscepit. audiamus uocem Pauli dicentis Apostoli: semet ipsum exinaniuit et formam serui suscepit, et cetera, quique cuncta uestit ab origine mundi nascentia pannis inuolui sua passus est

8 cf. Psalm. 18, 6 11 Psalm. 44, 3 20 cf. Philipp. 2, 7

1 exiguis *H* hospitalitatis *P*, hospitales *H* 2 qui *v* 3 lacesserat *P corr. m. 2* cum *om. H* 4 sacramentum] alib secretum *in marg. R* 5 conceptis (*m. 1*, -us *m. 2*) *H* ē creatus *H cf. Paschasium Radbertum de partu Virg. p. 1385 M.*, nec creatus *P*; conceptus et creatus est *v* 6 hortis *P* 7 laeticia *H* 8 siderio *H* uelud *PH* thamo *R* 10 gratia *om. v* p////// *H*, praeminere *cum glossa in margine* al. praenitere *v* ipse psalmus (p *a m. 2*) *H* pronuntiat *H* 12 autem *om. v* 13 forma *om. v* (*cf. v. 51*) 14 filiumqui *P* 15 sepe dixerit *H* 16 fedauerat *P*, fędauerat *R* 17 munda ū (purit et ū *a m. 2*) *H* pietas] e *in ras. m. 2 H* 18 praemeret *H* 21 uertit *R*[1] 22 inuolui] i *a m. 2 H*

membra, et cui caeli paruus est limes, terra deficit, maris unda non sufficit plenus mansit in corpore puerili, modico Deus recubans in praesepi.

Salue, parens optima, tanti regis puerperio consecrata, qui 5
supernis ita iugiter dominatur et infernis, ut eius imperium, potestas et nomen nec initium nouerit habere nec finem, quae beati uentris honore conspicuo simul et mater esse probaris et uirgo. cui nulla penitus aequalis femina reperitur, quae tuum decus similiter praecesserit aut sequatur: sola placens singulariter Christo nulli compararis exemplo.

Tunc angelici iucunditate sermonis pastores primi gregem 6
suum nocturnis uigiliis reseruantes natum Dominum cognouerunt, ut et pastoribus pastor mundi claresceret et inter greges agnus genitus appareret. igitur ut euangelicus sermo testatur, ita pronuntians: et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium: gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. ostendit Euangelistae fidelis assertio, de cuius ageretur hic regno, quando caelestis militae multitudo Deum laudat in Christo, ut licet humana fuerit pro matris condicione creatio, deitatis tamen una communio Patrem cognosci demonstret in Filio. dicebant ergo: gloria in altissimis Deo. utique in altissimis gloria Dei permansit, unde Christus ueniens non recessit. et in terra pax hominibus bonae uolun-

15 Luc. 2, 13. 14

1 caelum *v* limes (es *ex* is *corr.*) *R*, limis *PH* defecit *P* 2 sufficiat *H* 3 re^cu^bans (*corr. m. 2*) *R* 4 LAVS SCAE MARIAE *R* 5 supernas (*corr. m. 2*) *H* infinis *P*, infimis *R*, infernis *scripsi* eum frenis *H* et infimis dominatur *v* 8 repperitur *H* 9 dec'em *P* se..atur *H*, signatur *v* (sequatur *coni. Gall.*) 10 nullo *R* 11 VBI PASTORIBVS NVNCIAT' AB ANGELO *R* iocunditate *PR*, ..cunditate *H*, facunditate *v* 12 seruantes *v* 14 appare^re^t (re *a m. 2*) *H* euangeli^cu^is *H corr. m. 2* 17 dnm *P* 19 dec' *P* 22 demonstrat *v* filia *Col. Par.*

tatis. terram credendum est homines nuncupari, de qua sumus Domino fabricante plasmati, qui Adam increpans dixit: quia terra es, et in terram ibis. tunc enim terra nostra pacem meruit post illud bellum ferale quo cecidit, quando Christus terram nostrae carnis adsumpsit. nam si terram in hoc loco campos arbitremur dictos et montes, quam pacem potest habere uel praelia muta moles et pigra? in homines ergo specialiter pax illa descendit quos bonae uoluntatis capaces inuenerit, ut ubi studium sinceri propositi renum scrutator et cordis esse conspexerit, illic domicilium suae delectetur instruere mansionis. pax est enim et ratio melioris arbitrii contra spiritum carnis non fauere certamini, sed utramque materiem concordi iugiter puritate cum spiritus dominatione seruare. nec debemus tantum de carnis inbecillitate diffidere, ut de caelesti uideamur auxilio desperare. omnipotens enim Dominus Iesus Christus, qui Dei mediator et hominis adprobatur, ut excusationem nobis corporeae fragilitatis auferret, studium nostrae tantum uoluntatis inquirens, perfectionem boni operis suae maiestati seruauit. apostolica namque doctrina sic explicat dicens: uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, quia uidelicet nostrum est bonum uelle, Dei perficere qui pacem suam hominibus bonae uoluntatis infundit. diuinus deinde sermo prosequitur dicens:

3 cf. Gen. 3, 19 17 cf. Tim. 2, 5 21 Rom. 7, 18

1 terra credum (den *a m. 2*) *P*, terra crededum *H* homine' *H corr. m. 2* 3 et *om. v* enim *om. v* 4 in terra *P* illum (*m. 1, corr. m. 2*) *H* quod (*m. 1, corr. m. 2* quo) *R*, quod *H*, quo *v* 5 terram *s. l.* P^1 6 arbitremur (*corr. ex* æ) *R* 7 m*ta *H* (u *eras.*), mutata *v* 9 quod *P* inuenit *P* 10 rerum *v* 11 delecter&ur *R* 13 utramque materiem *PR*, utr*mque ma*****m *H* (*fuit* materiam), utrumque manentem *v* 17 Dei et hominis mediator *Hv* approbator *H* 18 auferret *H* (au *fere eras.*), auferat *Par. Gall.*, offerret *Migne* 19 tantum nostrae *v* suae *om. P* 20 maiestatis *H* 21 adiacens mihi est *v* 22 belle *P* 23 perfice (re *a m. 2*) *P* suum (*corr. m. 2*) *H* *post* hominibus *rasura 1 uerbi in R* 24 deide (n *a m. 2*) *R*

Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudae, 7 in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente uenerunt Hierosolimam dicentes: ubi est, qui natus est rex Iudaeorum? uidimus enim stellam eius in oriente et uenimus adorare eum. audiens autem Herodes rex turbatus est et omnis Hierosolima cum illo. et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. at illi dixerunt: in Bethleem Iudae. sic enim scriptum est per prophetam: et tu Bethleem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israhel. tunc Herodes clam uocatis magis didicit ab eis tempus stellae, quae apparuit eis. et mittens eos in Bethleem dixit: ite et interrogate diligenter de puero. et cum inueneritis, renuntiate mihi, ut et ego ueniens adorem eum. conuenienter scripturarum sanctioni concordans Christi natiuitas ab oriente fulgebat, quia implet quod Zachariae designat oratio: uisitauit nos oriens ex alto. nam et Dauiticus similia continet psalmus: in sole posuit tabernaculum suum, et cetera. per solem uero significat orientem, de qua regione semper oritur dies. quid igitur, Herodes, astutius furis? quid dementer insanis? Christum siquidem lingua

1 cf. Matth. 2, 1 sq.   20 Luc. 1, 78   21 Psalm. 18, 6

1 DE EO $\overline{\text{QD}}$ $\overline{\text{XPS}}$ IN BETHLEEM NASCERET' *R*, De stella magos ad Christum ducente et mysticis eorum rebus *v*   esset] t *a m. 2 in ras. H*   Iudęae *R*   3 hierusolimam *H*   4 Iudeorum *R*   5 orientem *H*   6 hierosolimi *H*   8 sciscitauit *v*   10 Iud*ę *R*, Iuda *H*   11. 12 Iudae *P*   reget *H Par.*   15 illos *Hv*   Bethleem dixit *in ras. R*   17 adorare *P*   18 scripturam *H*[1] (*corr. m. 1*) sactioni (n *corr. m. 2*) *H*   concordatis (n) *P*   19 qui* *H*, qui *v*   22 sole *v*   23 astutius *Hartel*, sautius *P*, socius *R*[1] alib saucius *in mg.*, acutius *v*, *post* Herodes *rasura in H* (acutius?), *fort.* saeuius *cf. 205, 15*   24 xpm *H* (*in mg. a m. 2*)

profiteris, corde persequeris mentemque tetram et nebulosae caliginis obscuritate damnatam iucundi uultus serenitate dissimulas. Christum namque mandas inquiri non adorandum religione quam fingis, sed necandum fraudibus quas moliris. erras nimis et falleris illum credens tibi succedere, qui regia primus dominatur in sede, qui nec succedit penitus nec decedit, sed aeternus solium suae possidet maiestatis, legemque legis ac neglegis qui regi regum tua regna minitaris. caret uerbis haec culpa, caret excusatione perfidia: hunc enim conaris extinguere, quem te promiseras adorare. minus forte deliqueras, si de Christo nihil quaereres, quatenus homicida tantum uelut ignotum hominem persequendo, non etiam sacrilegus esse Deo uidereris offenso. nonne legeras eum Dauitico cantico sic monentem: nolite tangere christos meos et in prophetis meis nolite malignari? cum ergo diuinae praeceptioni parere necesse sit, ut neque christi eius neque prophetae maligna quicquam inprobitate sustineant, quia uidelicet spiritali consecratos unguento nefas grande sit contumeliose tractari: quale nomen habebit hoc crimen, ut ipsum Dominum Christum, a quo christi sunt nuncupati, ipsum uerum prophetam, a quo uerax prophetia descendit,

14 Psalm. 104, 15

1 pf.teris (e *eras.*) *R* p.. sequeris *H*, prosequeris *Col. Par.* nebulosa *P* 2 damnatum (*m. 1, corr. m. 2*) *H* iocundi *RH* uultis *H corr. m. 2* 4 religionis *P* neccandum *P* 5 falles *H* (e *ex* i *corr.*) succere *P* 6 dominantur *H*, domina *R* paenitus *H* 7 ętertius *P corr. m. 2* possedet (*corr. m. 2*) *H* legemquae *H* 8 neclegis *H* s *corr. m. 2*, negis *R* min..ar.. *H*, minaris *v* 9 hinc *P* 10 extingere *H corr. m. 2* promiserat *H corr. m. 2* delinqueres *RHv* 11 nil *P* 12 uelud ignitum *H corr. m. 2* 13 uideretis (r *a m. 2*) *P*, uideris *v* offenso] so *in ras. R* non (ne *a m. 2*) *P*, non *H* 15 cur *v* 16 pcepcioni *H* pareri *P* 17 sustineam *v* 19 contumeliore *H* 20 noncupatiq; *P* (q; *exp. m. 2*) 21 uero *v* pfetam *H*

tuis ambias dolis interfici? nonne Dauid, mandatis Domini seruientem, debuisti sectari, qui Saul in speluncam, qua latebat, ingressum dum cogeretur extinguere [ita respondit:] absit a me omnino hoc, mihi non contingat a Domino, si fecero uerbum istud Domino meo, christo Domini mei, ut inferam manum meam in eum, quoniam christus Domini hic est. et ille quidem pepercit inimico se uolenti perimere. tu autem insidiaris Domino, qui mundi natus est ad salutem. quodsi nullis ut immemor ueterum tangebaris exemplis, ob hoc saltim parricidalis conatus debueras arma relinquere, ne sceptri quod gerebas deiceres potestatem, qui unctus agnosceris persequens unctionis auctorem. ne tamen nominis tui cruenta perfidia tanti sceleris a satietate discedat, sub honore crucis aetherio, sed crimine tuae gentis inferno, quod frustra saeuiens tu moliris Herodes alius post uidebit.

Euangelicum ergo sequens ait ita capitulum: qui cum 8
audissent regem, abierunt. et ecce stella, quam uiderant in oriente, antecedebat eos, usque dum ueniens staret supra, ubi erat puer. uidentes autem stellam gauisi sunt gaudio magno ualde, et intrantes domum inuenerunt puerum cum

3 cf. I Reg. 24, 7 16 Matth. 2, 9 seq.

1 tuis *s. l.* *P*[2] ambiguas donas intfiq; (ci *s. l.*) *P corr. m. 2* 2 seruientem *om.* *H* debuistis *P* spelunca *RH* in qua *Par. Gall.* 3 cum ita cogeretur *v* (dum *Col.*) cogetur *H* ita respondit *om.* *PRH*, *fort.* absit ⟨ait⟩ 4 non] *s. l.* *H*[2] 6 quia *v* ipxpf *P* 8 perhimere *P* insidiaueris *H* mundo *H* 9 qui si *v* immemor *PR* 10 ab *R* salutem *P* ab hoc — parricidali conatu *H* 12 agnoscens *P* persequeris *R* auctori *H* (*m. 1*, ē *corr. m. 2*) nec tamen *P Col. Par.* 13 sacietate *R*, satiaetate *H corr. m. 2* 14 infer*o *H*, infero *v* 15 qu*e *H*, quo *P* saeriens *P* puidebit *P* 16 DE MAGORVM MVNERIBVS *RH*, De adorato a Magis Christo et muneribus oblatis *v* Euagelicum *R corr. m. 2* 20 aut stell (am) gauisi *R* am *a m. 2*, stell *in ras.*

Maria matre eius et procidentes adorauerunt eum et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum tus et myrram. quid est hoc, ut praecederet eos stella quam uiderant, nisi ut ducatum parui sideris intuentes materiem pleni luminis inuenirent? adorauerunt autem quia uere uenerant adorare, quod Herodes se mentiendo facturum non meruit obtinere. nisi enim ueris adoratoribus Deum non conceditur adorare, sicut ipse Dominus noster ad Samaritanam mulierem locutus est dicens: uos adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est. sed uenit hora et nunc est, quando ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et ueritate. nam et Pater tales quaerit, qui adorent eum. licet ergo Dominicae uerba doctrinae manifesta sint et aperta, quod Deum nisi ueritas non adoret, debemus tamen uim sermonis diligentius perscrutari, quid sit uenit hora et nunc est, quando ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et ueritate. arbitror itaque iuxta sensum, quem meae Dominus paruitati largitur, quod per significationem praesentis temporis, quo se palam mundo monstrauit, in se Patrem dixerit adorari. sic enim sequentibus patefecit alloquiis dicens: iudicium omne dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. magnifice uero postquam dixit in spiritu, adiecit et ueritate, quoniam spiritum Dei gerentes ueritas sequitur, alienum fallacia comi-

11 Ioh. 4, 22 s. 22 cf. Ioh. 5, 22 s.

2 optulerunt *R*[2]*H* 3 myrram *PRH* 4 ni[si] ut *P corr. m. 2* paruis *P* 5 matheriam *H* 6 quod—optinere] *in marg. a m. 2* *H* 7 dominum *RH* 8 ·reditur (o supra) *H c a m. 2* 11 ora *H* 12 adhorabunt *H* 13 querit adoratores *P* 15 Dominum *v* sermone *H*[1] *corr. m. 2* 16 perscrutaq; (u supra) *P corr. m. 2* qui sit *Hv* 18 me *H* 19 deus *v* 20 mostrauit *H* 21 dix̄ *R* (*cf. Zinkii de Fulgentio mythographo disputationem p. 48*) adorare *H* alloquiis *PRH* 22 ut omnes honorificent Patrem *H* sicut honorificauit Patrem *Col. Par.* 25 in spiritu *H* sequitur] r *ex* s *P* a·lienum (l *eras.*) *H* fallatia *H*

tatur. declaratur et aliud in hac magorum persona mysterium: per illos namque gentiles et aduenas ad se Dominus noster Iesus Christus ingressos gratiam futurae legis ostendit, quod omnibus ad se gentibus ueniendi aditum iam pararit. ita enim et per prophetas suos et per se ipsum noscitur elocutus. per prophetas quidem licet saepius ista praedixerit, Dauitico tamen testimonio sic explanauit: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. mirabilem gentes hereditatem dixit, quia per noui gratiam testamenti Domino parabatur adquiri. per se autem ipsum in euangelio tamquam bonus pastor ita promisit: et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili. et illas oportet me adducere et uocem meam audient et fiet unum ouile et unus pastor. nec deuotionem munerum diuino caruisse nutu credamus. nam per illas species merito uariae significationis oblatas Christi potentia patuit declarata. aurum namque diligentius inquiramus quid pronuntiet adtributum? sine dubio tam praeclara materies et opulentia metallici

7 Psalm. 2, 7 s. 13 Ioh. 10, 16

1 aliud *om. v*, aliu d *H*[1] *fuit* alia 4 uenienti *PH*, uenientibus *v* a·ditum (u *eras.*) *R* parereet *R* 5 per *om. H Par.* et se ipsum *Col.* locutus *Hv* 6 praedixerit *PRH Par. Gall.*, praedixerat *rell. ed.* dauitice ***** (tamen *eras.*) *P* 7 testimonios sic *P corr. m. 2* planauit *PR* dñs dñs *P* 8 postola *H* 9 et — mirabilem *om. v, fere eras. in H* gestes *P corr. m. 2* 10 mirabiles *P*, mirabiles *R* 11 quę — parabatur *R corr. m. 2*, qui — parabantur *v* 12 parabantur (?) *P* se aut ipsum *PR* ipsum autem *H* autem *om. v* 14 hocoouili *P* ouile *R corr. m. 2* medducere *H* 15 audiunt *P corr. m. 2* 16 nam *P corr. m. 2* 18 deccreta *P* 19 si diligentius *v* pronunet a·tributum *H corr. m. 2* 20 dubie *P* tam *om. H* opulentam *H*, opulenta *v*

splendoris inradians utpote regi memoratur inlata. sed et in hoc rege duplicem fatemur esse substantiam: Christus enim et spiritaliter regnat in caelis, et carnaliter natus est rex Iudaeis. turis autem munus, quia religioso libamini illud olim proficiebat incensum, Christo datur ut Deo; myrra uero, quia tumulandis est apta corporibus, humanam morituro per carnem sepulchralem traditur ad honorem. ipsa quoque trinae quantitatis oblatio cultum catholici dogmatis pronuntiabat ex numero, quippe Deus omnipotens, qui praesentia praeterita conspicit ac futura semperque manet mansit iugiter ac manebit, triplicis in sua deitate uirtutis in eorum temporum cursu rerum omnium posuit fundamentum, quamquam praesentia sub eius oculis semper uniuersa consistant, qui nec uetustatis senium nec iuuentutis suscepit incrementum, sed qui semper quod est idem esse non desinit. nam potestatis suae nomen excelsum Moysi sollicite perquirenti, ut Israhel populo nuntiaret, de flamma rubi non ardentis hoc edidit: ego sum qui sum, et dixit: sic dices ad filios Israhel: qui est misit me ad uos. in euangelio nihilominus ad Iudaeos Abraham sibimet praeponentes antiquitate sic inquit: amen, amen dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum. uide distantiam utriusque substantiae, Deum discernentem et hominem. de Abraham dixit: antequam fieret;

17 Exod. 3, 14   20 Ioh. 8, 58

1 utpote (o *ex* u) *R*   et *om.* *v*   2 regi *P*, regem *H*   esse fatemur *H*   3 specialiter *v*   4 turris *H*   autem *om.* *v*   quia *Pv*, quo *R*, qua *H*   regiose (n) *P* *corr. m. 2*   libamine *R*   5 Christi datum Deo *H*   6 quae *v*   tumulandis] is *ex* us *H*   7 *post* sepulchralem *ras. 3 uerborum in* *H*   sepulcrali lege *v*   9 quippe qui *v*   praesentia *om.* *v*   11 in *** (sua? *eras.*) *H*   una *v*   deitate* (s *eras.*) uirtu (r *corr.*) *P*   12 praesentiam *R*   13 quin et *P*   ne uetustatis *Col.*   14 suscepit (i) *R* *corr. m. 2*   qui *scripsi*, quia *PRH*, quod *v*   15 non *P*   16 sollite *I*, solli**te *H*   ifrł *P*, Israhel *H*, israhelitico *R*, Israeli *v*   17 rubi ardentis *Par. Gall. Arev.*   18 dic** filiis *H*   20 praeponentis *H*   23 de *om.* *v*

de se ipso non dixit ego fui, sed ego sum, quoniam diuinitatis esse est non fuisse, quae uiua semper aeternitate consistens nec initiis oritur nec terminis explicatur. tempus enim a Deo est, non Deus a tempore.

Lectionis itaque sermo prosequitur: et responso accepto 9
in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam uiam regressi sunt in regionem suam. debemus igitur imitari nos etiam magorum facta fidelia, et sicut illi somnio crediderunt, nos euidentissimis aspectibus iam credamus, quatenus qui Christum signo crucis praelucente repertum meruimus adorare eidemque de thesauris nostri cordis munera trinae laudis offerre iam minime reuertamur ad huius mundi principem, qui nos ante seduxerat, deceptorem, sed priorem semitam relinquentes per illius callis secreta pergamus, qui ad caelestem patriam gressus dirigit confidentum.

Dehinc talia per ordinem gesta narrantur: tunc Herodes 10
uidens, quoniam inlusus esset a magis, iratus est ualde et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem et in omnibus finibus eius a bimatu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis. igitur a magis, quos crediderat inludendos, inlusus dissimulatos motus ira praecipiti rex impius publicauit, si

5 Matth. 2, 12 16 Matth. 2, 16

1 se *om.* *H* 2 est *om.* *P* uia *v* 3 conssistens *H* 5 QVID SIGFICET (NI *superscr.*) PER ALIAM REDIRE VIAM *R* ressponso *P* somno *H* 6 eum ad *H* haliam *H* 7 reuersi *PHv* 8 aetiam *H* magorem *H corr. m. 2* omnino *H*, somno *v* 9 quatinus *P* 10 praelucentem *v* ad*orare *H* (h *eras.*) 11 tesauris *P* 14 pgem*us *H* quia d *P* 15 diligit *P*, dirigit *H* git *a m. 2* confitendo *Hv* (confidendo *Par.*) 16 dein *H* p. o. talia gesta *v* 19 ab imatu *R* 20 exquesierat *P*, audierat *H* audi *fere eras.* 21 magis] DE NECE INFANTVM *R*, De saeuitia Herodis et nece paruulorum *v*, *quae a uerbis* Tunc Herodes etc. *cap. incipit* (*cf. c. 6*) quod *R* a magis inludendos *H* 22 dissimulatus *H* puplicauit *H*

regem dici conueniat, qui nec pietatem tenuit, nec suos regens animos temperauit, sed tamquam leo saeuissimus et cruentus, cui si tener quiuerit forsan agnus auferri, in totum parui sanguinis gregem impetus ferinos exercet pecusque mollissimum mandit, lacerat, decerpit, extinguit; stant eminus fetae miserrimae pignora uocantes frustra iam perdita crebrisque balatibus inanes auras exagitant: sic Herodes Christo stimulatus ablato paruulorum cateruas elidere sanguinulenta non destitit tyrannide. quonam, rogo, crimine simplex morti turba succumbit? cur qui uixdum modo sunt geniti, digni sunt iam puniri? furor est in cruento rege non ratio, qui primis uagitibus inimicus et innumerum patrare nefas adgressus, puerilis milia mactauit aetatis unoque luctu tot simul genetrices orbauit. haec effusam uultibus comam miseranda dilacerans crinalis damni foeditate nudum uerticem sauciabat, illa madidas lacrimosis imbribus genas unguium proteruitate sulcabat, duris alia pectus sanguinulenta uerberibus, infelix mater nec iam mater super unici gelidum corruens cadauer extincti per abscisas uberum uenas lactis copiam cum cruore fundebat. nemo calamitatis illius tam uarias tamque multiplices potest imagines expedire, ubi diuersis generibus lamentorum dolor aderat non diuersus. quis tibi sensus, quaeue fuerit mentis

1 di* (ci supra; q; *eras.*) *P* suoregens *P* s *a m. 2* suos *om.* *H* 3 cuius itener *P* tiner *ex* tener *H*[2] praui *R* 5 stante minus *H* foete *P*, foetae *R*, faetae *H* 6 misserimae *P*, miserrima *H*, miserrime *v* (miserrimae *Arev.*) crebis *P* r *a m. 2* 7 bala*tibus *H* aures *PH* erodes*** xpo̅(stin *eras.*) *P* 8 paruorum *P* cateruas] s *a m. 2* *H* sanguinolenta *R* 9 quaenam *R* *corr. m. 2*, quaenam *H* 10 modos *P* 11 furorem in *H* 12 adgressus *H*[1] *corr. m. 2* 13 genitrices *H* ni *a m. 2* 15 damna *P* 16 durus *P* 17 pestus *P* sanguinolenta *R*, sanguinolentum *v* mater caedebat *v* 18 iam modo *H v* mat̄ **** *H* conruens *H*[1] *corr. m. 2* per *eras. in* *H*, *om.* *v* 19 abscissas *v* 20 tum *P* uaries *H* tante *P* *corr. m. 2* 22 non diuersus dolor aderat *P* sensusq; fuit *H* fuit *v*

intentio, non iam tyranne, sed lanio? quos fremitus eructabas accensus, cum insontium uulnera paruulorum ex arce summa prospiciens uastum pelagus lacrimarum cerneres inundatione collectum? inter necatos tamen infantes, quos occubuisse certum est non perisse, quamquam Christus afuerit, absens esse non potuit, qui periculis sanctorum semper insertus, alienis pro se corporibus inrogata pio motu sentit ipse supplicia.

Cumque iam aetate proficiens annos duos gereret supra 11
decem, cuius numeri de carne traxerat quantitatem, aeuum scilicet temporale humana ratione percurrens, senioribus seniorem sese prudentia, magistris magistrum pandebat esse doctrina ut, legis suae manifestus interpres quantus esset, inferior demonstraret.

Nec post longam temporum moram (quaenam potest esse 12
temporibus, quae uolucri cursu fugacia nondum ueniunt, iam recedunt) ut euangelista significat, ipse Iesus erat quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph. praeclare nimis utrumque uerbum quasi et putabatur diuinitati seruauit; sicut enim quasi triginta uidebatur annorum, cum sit aeternus, ita Ioseph filius putabatur,

16 cf. Luc. 3, 23

1 quo* (d *eras.*) *H* eructuabas *R* 2 sontium *Par.* uulneru *P* 3 cerneres] es *ex* is *R* 4 necato[f] (f *a m. 2*) *P* 5 afuerit xps absens ee n. fuit *R*[1], ee n. [de]fuit *corr. m. 2* 6 potuit *Hv*, fuit *PR* sanctorum—sentit *in mg. add. m. 2 P* 7 in se *Hv* 8 DE DOCTRINA XPI CV ESSET ANNORVM XII *RH*, De doctrina ac magisterio Domini duodecimo anno *v* Cum *Hv* proficies *P* n *a m. 2* duo *P* gerere' *R* t *a m. 2*, gereretet *P* 10 silicet *H* c *a m. 2* temporalem *P* 11 ee prudentia—magistrum ee doctrinae *R* doctrinam *P* 12 esset *om. R* inferior *Hartel*, interior *libri* 13 monstrat *H*[1], monstraret *corr. m. 2* 14 esse mora *v* 15 fugatia *P*, fugatia *R*, fugati *H* 16 *Inscriptio post* significat VBI XPS TRIGINTA ANNORVM BAPTIZATVR A IOHANNE *RH* (*omisso* a Iohanne), de tricenarii baptismo saluatoris *v* 17 iam annorum *v* Iosep *PH* 18 predare *P* cl *a m. 2*, praeclare *H* ic *a m. 2* 19 diuinitatis *v* sic *H* 20 c. s. annorum aeternus *H* atnus *P* e *a m. 2* Iosep *P*, Ioseph ***** *H* filius *om. v*

cum sit ex uirgine procreatus. tunc Iordanis ad fluenta baptizandus accessit expetens quod uenerat ut donaret, abluendus qui uenerat abluere. hunc Iohannes Baptista conspiciens, quem matris in utero senserat, dum lateret iam Christi conscius adfuturi, prophetiae munus exercens, licet loqui non posset, tamquam muti patris a silentio temporali descendens, proclamare coepit et dicere: ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. cum dicit tollit, ostendit eum non habere quod tollit, quod quidem tulit non ut ipse gereret sed ut ipse deperderet. sicut tenebris nocturnae caecitatis ortum radiantis diei subito uidemus infundi, nec tamen caliginis tactu, quam decutit, splendoris sui gratiam lux amittit, ita Dominus Iesus Christus, humani generis delicta suscipiens non tenuit, sed fugauit. nam ut ignis metalla sordium consumptione clarificat, ita nos ab originali contagione sua bonus opifex flamma mundauit. tunc inmaculatus aquas ingressus in se nostram lauauit inluuiem nihil habens proprium quod lauaret. ipsos denique latices sacri corporis maiestate purificans beauit gurgitis famam, honorem Dominici baptismatis consecutam. senserunt tremendam deitatis undae praesentiam, pontus recessit a litore, fluuius remeauit in fontem. de quibus propheta cantitans haec designat: mare uidit et fugit, Iordanis conuersus

7 cf. Ioh. 1, 29   22 Psal. 113, 3. 5

1 baptizatus *H*, baptizaturus *v*   2 abluendis *P*   3 ueniebat *v*   4 xpo conscius *P* s, *corr. ex* c   5 possit *PH*   6 muta *R*   7 ecce qui *v*   peccata *v*   8 qu**i *H*¹, qui *v*   9 gerere'—deperdere' *R*   10 ᵈᵉperderet (de *a m. 2*) *H*   11 quem *v*   14 ut *om. P*   consumatione *PB*, consummatione *Hv*   claricat *R*   15 contagio *PHv*   bona *H m. 1*, bonus *m. 2*   opimex habundanter *P*   mundauit (m *a m. 2*, f *m. 1*) *B*   17 inluuium *P* e *a m. 2*, in*luuiem *B*   denique *ex* quoque *H*¹   18 magestate *R corr. m. 2*   bea***uit gurgites *H*   19 lympham *v*   senserunt ᵉˡᵉᵐᵉⁿᵗᵃ *R s. l. m. 2*   20 trem**ndā (de *eras.*) *B*   inde *R*   21 funtem *P corr. m. 2*

est retrorsum. quid est, mare, quia fugisti, et tu, Iordanis, quia conuersus es retrorsum?

Euangelicae lectionis ergo textus ita prosequitur: bapti- 13
zatus autem confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt caeli, et uidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam uenientem super se. et ecce uox de caelis dicens: hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene conplacui. consideremus attentius, quantum reueletur et in hoc loco mysterium. postquam enim Dominus de aqua baptizatus ascendit, mox aperti sunt caeli. quomodo mox aperti, cum Christo, cui super sidera semper est domus, numquam caelum uideatur obclusum? sed arbitror, quantum pietas eius meis sensibus adspirare dignatur, quod ideo tunc aperti sunt caeli, quando Dominus ab aqua baptizatus ascendit, ut suis misericors doceret exemplis homini, cuius effigiem sumpsit, caelorum regna tunc pandi, cum meruerit spiritalis aquae consecratione perfundi. quod autem Spiritus Dei super eum in specie columbae descendit, ostenditur quanta sit eius bonitas, mansuetudo, simplicitas per uolucrem fellis amaritudinem non habentem. et ne corporaliter uisus esse nesciretur Deus, uoce Patris asseritur dicentis: hic est Filius meus dilectus, in quo mihi conplacui. praeclarus iste dilectionis affectus plenam catholici dogmatis continet firmitatem unamque Patris et Filii pronuntiat esse

3 cf. Matth. 3, 16. 17

1 quod fugisti *HBv* 3 *post* prosequitur VBI CAELI APERTI SVNT *R* baptizatus (us *ex* um) *P* 5 ei caeli *Bv* 6 columba *P* colummeus *H*[1] *corr. in mg. m. 2* 9 attentius—enim *om. H* 10 dominus *om. P* baptizandus *P* s *corr.* 11 cum] sunt *HBv* 12 semp *P* semper est *om. Hv* caeli *P*, caeli *B* uidetur *RHv* occlusum *R* c *ex* b *corr.* 13 ei *P* adspirare *H corr. m. 2*, aspirare *PR* 14 quaddo *P* n *a m. 2* dominus ascendit *v* 16 pandi* (t *eras.*) *R*, pandit *H* 17 consecrationis *P* 18 speciae *P* t *a m. 2* 19 ei *P* 20 uoluc*re *H* e *ex* t *m. 2* 21 patre uocis *P* aseritur *H* 22 quo* conplacui *P*, complacui/// *H* 23 plena *B*

uirtutem. caritas enim, quae in Deo consistit, a similitudinis et aequalitatis spiritu non recedit. nam qui dixit sui lege mandati: diliges proximum tuum tamquam te ipsum, docuit diligentis et dilecti nullam fieri oportere distantiam. nam et in sequenti uerbo quod addidit: in quo mihi conplacui, intellegitur potestatem unius deitatis explanasse communem. plus est enim conplacui dixisse quam placui, quia conplacui conuenientiae uerbum est et geminae cernitur adhaerere personae. quod ideo uox caelestis expressit, ut et Pater in Filio et Filius conplacuisse uideatur in Patre. nam et ipso tam Paternae uocis quam Filii baptismatis uel Spiritus aduolantis congregato consortio trinitas uno fulsit ex Deo, quo dignus non meretur existere qui non numerauerit unitatem.

14 Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, ut temptaretur a diabolo. et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit. et accedens ad eum temptator dixit ei: si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. igitur temptabatur a diabolo, fidei semper inimico. nemo enim manifestam sibi rem discutit, nisi qui, fallaci plenus ingenio, compertae ueritati non credit sicut ipse diabolus, qui postea

2 Galat. 5, 14 15 Matth. 4, 1 seq.

1 enim *om.* *H* deo* *H* similitudinibus *P* bu *exp.* 2 legẽ *HB* 3 diligis *PH*[1] (*corr. m. 2*), diliges *R* i, *m. 2 corr.* 4 decuit *R*, sicuti *P* diligentius *R corr. m. 1* 7 dixisse—conplacui *om.* *B* 8 conuenientientiae *P* cernit *HBv* 9 persona *P*[1] *corr. m. 2* et *om.* *R* 11 ipse *P* 12 congregatio consortio *H*, consortio congregato *v* trinitatis *PH* trinitas *B* fulsit (l *ex* f) *B* 13 qui *** numerau**it (er *eras.*) unitatem *H*, qui numerauit trinitatem *v* 15 VBI SE PERMISIT TEMPTARI A DIABOLO *RH*, Christum temtatum a diabolo *v* d. est Iesus *v* 16 diabulo *H* XL *PRHB* 19 lapidesti *R corr. m. 2* fiant panes *H* 21 sibi manifestam *Hv* ingenio plenus *R* 22 compto *P*, cōnpertę *R*, comperti *H* postquam *H*

quam Iesum paterni claritate sermonis Dei Filium esse cognouit eiusdemque potentiam singularem quadraginta diebus et quadraginta noctibus nihil uescentis expauit (licet Moyses similiter et Helias totidem dierum sustinuerint noctiumque ieiunium, sed illos alieno fultos auxilio quamquam suo merito nouerat haec fecisse, Iesum propria cernebat operari uirtute), spem repente uanissimam stultae temptationis arripuit, quia Dominus esuriuit. nec audebat adgredi diuinitatem, nisi mixtum uideret hominem. mox antiquas molitus insidias ciborum, inprobos dolos fallacia suscitauit adsueta demonstransque lapides, suas magis epulas, serpens ait: s i f i l i u s D e i e s, d i c u t l a p i d e s i s t i p a n e s f i a n t, quasi non posset hoc facere, qui tale iugiter opus exercens de saxeis terrae uisceribus producit segetem frugali uictu praegnantem et spicea messium densitate cautis nutrimento crescente panis uberem cibum de lapidum fecunditate largitur. sed maluit sapientia singularis gloriam mirabilis facti contemnere, ne repetitionem temptationis admitteret. Deus enim credentes suscipit, temptantes excludit. nam populus Israhel ob hoc legitur Deum offendisse quam maxime, quia beneficiorum eius oblitus, temptare ausus est eum, ut cum desperatione peteret epulatum. de quorum et Moyses in libris suis incredulitate non tacuit et Dauid ita memorans

1 ıh*m *B* 3 nil *RB* uescentis] s₂ *ex* b *H* Moyses et Helias *B* 4 Elias *v* sustinuerit n *a m. 2 P* 5 quanquam *P* fultos (o *ex* u) *B* 6 haec *PHBv*, hoc (o *corr. in* ę) *R* proprio *R* opera *H* uirtutem *P* 7 uanissimam a stulte *P* stulte *H*[1] 8 esuriit *P* aggredi (g[1] *ex* d) *P*, aggredi *RHBv* myxtum m *P* uideret et *PRH*[1]; et *om. Bv*, *fort.* ei 9 antiquas *P* mo*litus (l *eras.*) *B*, moliturus *coni. Hartel* inprobum *P*, inprobos (o₂ *ex* u) *R*, inprobas *H*[1] ŭ *corr. m. 2*, improbos *B*, *fort.* improbus 10 adsueta *P*[1] demonstransque] rans *in ras. 2 H* 12 hoc facere *P* 13 saxis *R*, sax**s (ei *eras. 2*) *H* 14 fragili *P* spicea] i *in ras. m. 2*, e *ex* i *corr. m. 2 H*, spiceat (?) *B* 17 petitionem temptatoris *HBv* amitteret *PR*, ammitteret *H*[1]*B*, admitteret *uel* amitteret *v* 19 hoc *H* deum legitur *RB* 21 **peteret (re *eras.*) *P* decorum *P* et *om. Hv*

breuiter explanauit: et temptauerunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis. et male locuti sunt de Deo et dixerunt: numquid poterit Deus parare mensam in deserto? et cetera. quid enim illi potest esse difficile, qui pro inmensa rerum omnium possibilitate uocatur omnipotens? respondens ergo Dominus Satanae sic dixit: scriptum est: non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. apta nimis et competens data est inimico responsio. nam percunctanti, si filius Dei esset, uelut homo respondit, quatenus per eum potius uinceretur, quem uidebatur adgressus. quo audito fractus et debilis, arma tamen audaciae non deponit. et duxit illum diabolus et ostendit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis et ait ei: tibi dabo potestatem hanc uniuersam et gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, et cui uolo do illa. tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. quid mirum, si peruersa locutus est miser, qui ne rectas uias incederet serpentis torti sumpsit effigiem, regni fragilis et caduci Christum aestimans cupiditate contingi, qui ualidum potius et aeternum suis uenerat conlaturus? aut ille diuitias dignaretur saeculares adquirere, qui docere uenerat ut perirent, monstrumque caelo deiectum adoraret, cui thronus est caelum, terra subpedaneum, mundus omnis obsequium,

1 Psal. 77, 18. 19 7 Matth. 4, 4 13 Luc. 4, 5—7

1 explicauit *B* 3 ^a dixerunt *P* & *a m. 2* 4 poterat *B* 6 autem *Pv* 8 uiuet *P* 9 de ore] *supra m. 2 P* 10 percontati *P* 11 quatinus *H* cum *P* 12 adgressus *P*[1]*H*!*B* factus *R* audatiae *R*[1]*H* 13 dux̄ (x *in ras.*) *P* ei *v* 14 im *P* 16 traditae sunt claues *H* qui *B* 17 uoluero *R* adoraueris me corā *P* 18 locutus ·ē· sit *H*, locutus sit *B*, sit locutus *v* 19 nec rectas *H* (rectas *in ras. m. 2*) incedere *H* serpentas (*in* is *corr. m. 2*) *P*, serpenti *B* effigiem sumpsit *v* 20 *estimas (n *a m. 2*) *R* cupitate *R*[di] 21 conlatu***rus *R* aut] *putarem legendum* An *cum interrogatione Arev.* 22 diuitias (s *a m. 2*) *H* dignaret** *H* saeculares dignaretur *HBv* 24 suppedaneum *R*

quem nullus audet aspicere et cunctae submissis uocibus laudant super sidera potestates. at iterum Dominus eum tali responsione confundit dicens: scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis et illi soli seruies. adhuc ex humana cernitur respondere persona dedignatus scilicet infirmum rebellem uirtute maioris potentiae subiugare, licet huius quoque uerbi liuor ille uipereus congressione deiectus nondum posuerit temeritatis ingenium, sed trisulca linguarum uibratione confidens contra uictricem Trinitatis manum tertio caput erigit sauciatum. tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem et statuit eum supra pinnaculum templi et dixit ei: si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim: quia angelis suis mandauit de te, et in manibus tollent te[, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum]. o quantum caecitatis atque caliginis nigro semper dominatur in pectore, mensque tenebris propriae malignitatis obscura nescit indeprehensam custodire fallaciam! ecce dicens si filius Dei es, ostendit hoc se nescire. cum quaerit dicens iterum angelis suis mandauit de te, confitetur hunc esse, quem cernit, sed ancipitis usus uarietate sermonis simulator ac dissimulator inuentus, mendax suis artibus adprobatur. nec solius fallaciae, sed etiam stultitiae domus est cor malignum. quid enim poterit ineptius

3 Luc. 4, 8 10 Matth. 4, 5. 6 21 cf. Sallust. Cat. 5, 4 23 cf. Prov. 12, 23

1 nullum *H* 2 portantes ad rerum *P* eum] cum *P*, *om.* *B* responso non *P* 3 confudit *Hv* 4 ex *om.* *P* [h]umana (h *a m. 2*) *H* 5 [de]dignatus *R corr. m. 1* 6 uirtutem *R* maiori* (s *eras.*) *H*, maiori *Par. Arev.*, maloris *P* 7 libor *I*, *om.* *B* ui*pereus (m *eras.*) *P* posierit *P*, deposuerit *Hv* 9 manu* (m *eras.*) *B* 11 super *R sed cf. v. 202* pennaculum *R* 13 sus *R* 14 toll*nt *R* ne—tuum *om.* *PR* 15 caligo *R* 17 indeprae[h]*ensam (h *a m. 2*) *H* 18 se] *ex* me *corr.* *P*[2] 19 q*rit *H corr. m. 2*, querit *P* 21 uarietatis *H* (*post* ancipitis *rasura*) hac *H* 22 adprobatur (r, *ex* s) *P* fallatiae *R corr. m. 2*

repperiri quam ut illum crederet licet alta sublimis templi fastigia et cacumen excelsi pinnaculi saltu formidare praecipiti, qui ut planis uideretur in terris, de summa caelorum arce descendit, de quo clamans Dauid dicit: et inclinauit caelos et descendit, simul humillima continens et altissima non relinquens. igitur deficientis audaciam sic eloquens perculit uox diuina: scriptum est: non temptabis Dominum Deum tuum. hic Dominum Deumque sese iam pandens tales ergo ultra conatus adsumere prohibet temptatorem, suis nos ammonens pius doctor exemplis spiritum, uetustae malignitatis artificem, illic humanis procul dubio subiacere uirtutibus, ubi fuerit Deus simplicitati puri cordis infusus.

15 Ait ergo lectionis instructio: tunc reliquit eum diabolus, et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. uidetur ut arbitror in hoc diaboli fugientis abscessu et ministerio consequenter angelico quandam paschalis gloriae declarare praecedentibus signis imaginem. nam sicut uictis temptationibus depulsoque diabolo praebuerunt angeli ministerium Saluatori, sic contumeliis Iudaeorum et poenis beata crucis passione contemptis ipsaque, diaboli fructu, morte

4 Psalm. 17, 10 7 Matth. 4, 7 13 Matth. 4, 11

1 crederere *H* 2 excelsum *P e a m. 2* pennaculi *R*, pignaculis altum *P*, pinnaculis salto *H*, culminis alto *B* reformidare (re *ex* r&) *R* 3 uid**tur *H*, uidetur *v* 4 clamat — dicit *HB* et dicit *v* 5 Et descendit et inclinauit caelos *HBv* 6 deficientes *H corr. m. 2* pertulit *R* 8 esse iam** (se *eras.*) *B*, se esse *v* 9 ergo conatur adsumeret *P* 10 nos *om. H* ammonet *R*, ãmonet *H* spem *P* uetust**e *H*, uetustate *PB* 12 hubi *P* fuerit] *in marg. adiecit m. 2 H* in | infusus *P* 13 DE RECEDENTE DIABOLO ANGELI MINISTRABANT *R* ergo] enim *v* reliquid *PB* 14 acesserunt *R* 15 illi *H* fugentis *R*, figmentis *B* apcessu *H* ex *B* 16 consequenter] ter *ex* tur *H*[1] gloria *P* 17 p̄cedentis *P* declarauit *H* 18 depulso qd̄ *H* ministerio *P* 19 beatae *Hv* 20 fraude et *Bv*; *fort.* frude

calcata surrexit ab inferis, euectus est astris et consueto maiestatis imperio Christus ab angelis adoratur in caelo.

16 Exin discipulos ex piscatoribus quosdam sibimet sociauit accitos, humanas deinceps animas piscaturos, quae lubricam sectantes mundi laetitiam tamquam natantes uias ponti fluctuantis incertas per uoluptuosos lapsus uagis cursibus errauerunt, talesque uitae conciliauit aeternae, quos nec generosa prosapies ortu terrenae nobilitatis inflaret nec nitor eruditae facundiae gloria uanae garrulitatis extolleret, sed quos sanctum uitae simplicis institutum superba nimis humilitate conspicuos caelo faceret iam uicinos. namque Deus omnipotens stulta mundi potius elegit et infirma, rennuens quae sapientia uidentur et fortia, quia sicut scribit Paulus apostolus doctor egregius *quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, et inbecille Dei, fortius est hominibus.* et confestim iterum dixit: *quae stulta sunt huius mundi elegit Deus ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia, et ignobilia et contemptibilia mundi elegit Deus, et quae non sunt tamquam quae sunt, ut ea quae sunt destrueret.* quin etiam salutem celerem misericors cupiens adhibere

14 cf. I Cor. 1, 25 16 ibid. 27 seq.

1 *post* inferis *ras. 4 litt.* *H* consuetudo *P* magestatis *P* 2 imperii *B* 3 DE ELECTIONE APOSTOLORVM *RHv* (piscatorum) erinde *H Par. Gall.* 4 accitas *H*, accito' *B* qui *P* lubriã *H* 5 sectanti *P* notantes *PH* uias fluctuantes *H* ponte *P* 6 per] *supra l. m. 2 P* 7 conc**iauit *H*, contiauit *I* generos*a *H* generosae prosapiae *Par.*, generosa prosapia *Col. Gall.* 8 t̃r*enae *H* nec*nit*ore ruditate *P* facundiue *P* 9 gloriae *H* 11 caelos *P* iamcinos (ui *a m. 2*) *P* 12 infi*ma (r *eras.*) *R*, infirma *PHv* q̃* *H* (˜ *a m. 2*) 13 scripsit *H*, *om. v* egreius *B* 15 inbecille — et *om. B* est] *s. l. m. 2 P* 16 stulta] a *ex* i *P*[1] sunt stulta *v* stultitia *B* huius *om. P* 17 sapientes — confundat *om. B* 18 ignobilia mundi e. c. *HBv* 19 mundi *om. P* 20 tamquam non sint *v* destruet *H* 21 *caput seq. incipit cum inscriptione* Expositio orationis dominicae *in v*

Saluator orandi quoque modum precesque constituit. iudexque piissimus breuiter uult rogari, quo citius annuat supplicanti. sic orandum ergo docuit patrem, suum scilicet pro natura, nostrum uero pro gratia, honorem proprium largitus hominibus, ut quod solus habet egregium cunctis donaret indultum.

17 PATER NOSTER QVI ES IN CAELIS. qui caelorum perpetem regnatorem patris audemus nomine nuncupare, primum debemus aduertere non separatim singulis, sed communiter uniuersis donum tanti muneris adtributum. nam quamuis semotus a ceteris et secretioribus habitans latenter in locis Dominum quilibet uerbis huius orationis imploret, non inquiet Pater meus, sed Pater noster, quoniam soli Christo debetur hoc uerbum, cuius proprie pater est Deus. quamquam enim in omnibus euangeliis hoc habeatur adscriptum, in illo tamen euidenter Dominus Iesus ipse capitulo iuris sui potentiam singularem docuit a populari permixtione discretam, ubi discipulos confortabat haec alloquens: uado ad Patrem meum et Patrem uestrum. quod ait

18 cf. Ioh. 20, 17

1 iudex *v* iudexque—quo *om. H* 2 piissimus (ii *in ras.*) *P* ann*uat *H* 3 orando *H corr. m. 2, s. l. P*[a] p naturā—p gratiā *B* 4 largitur *PB* 5 largiretur *HBv* indultum] De[o]ratione *H corr. m. 2* 6 caelis] DE ORATIONE DOMINICA *R* 7 audiemus *Par.* nosnuncupare (s *corr.*) *P* nuncupare] a *ex* u *H*[1] 8 auertere *P* comnit (u *a m. 2*) *P* 9 domum *H*, domum *v* ad[t]tributum *H corr. m. 2* quasuise *I*, quasi *Iur. v* 10 ***semotus *H* habitans *HBv*, habitant *P*, habit& *R* 11 libet *PH*, li[c]bet (c *a m. 2*) *R* **ius orationib; *H* [o]rationis (o *a m. 2*) *B* inplorat *H* 13 xpo soli *P* cui *B* pprię *P*, ppri*e *RH*, ppriæ *B* 14 habetur *H* 15 [ad]scriptum (ad *s. l. m. 2*) *P*, a*scriptum (d *eras.*) *H*, asscriptum *R* **** capitulo (*ras. 4 litt.*) *H*, in c. *v* 17 confortabit (a *a m. 2*) *P*, *an* confortauit? loquens *R*, alloquens (haec *om.*) *v*, ad ⟨eos⟩ loquens *coni. Hartel* 18 & [ad]patrem (ad *s. l. m. 2*) *P* ac *H*

meum, hanc sibi specialem gloriam congrue uindicauit; quod ait uestrum, generalem gratiam communiter cunctis esse patefecit, et quoniam scriptum est doceant nos terrena quae sunt caelestia, similitudinem faciamus hic aliquam, ut ex humanis diuina capiamus. ponamus igitur quempiam nobilem uirum, cui Filius unicus et aliquanti sint famuli. numquid ob hoc, quia pater familias adpellatur, potest apud eum seruorum ac filii par dilectionis esse condicio, cum et ipse filius dominus probetur esse cunctorum? nos igitur utimur hac oratione, non Christus, quoniam prece huius supplicationis ipsum quoque deposcimus, qui cum patre unus est Dominus coaeternus. dicentes igitur pater noster confitemur nos omnes in ipso fratres existere. cuius nominis non debemus affectum mutuae caritatis expulsione contemnere nec originalis odii monumenta sectari, quo Cain, germani sanguinis fusor, parricidalis maculae factus est inchoator, sed mansueti spiritus igne feruentes carnalis ponamus nequitiam uetustatis et nouo homine gratulemur induti, ne cum coeperint a caelestibus opera degenerare terrena, tanto patre uideamur indigni, qui Christo nos duce sacra natos adoptione suscepit.

SANCTIFICETVR NOMEN TVVM. sanctificatio quae potest

1 meus ē *P* 3 et quoniam—caelestia *om. Bv, in H fere eras. m. 2* 4 hi*c (n *eras.*) *H* 6 cui' *P* aliquantis *P* famuli] *ras. in H, post* li ſ *eras. uid. in B* 7 nunc (*corr. m. 2*) quid *P* ab *R* quia] qui *B*, quod *v* apellatur *P* potest] *s. l. m. 2 P* 8 hac *H* ęe *P* 9 filius] *s. l. m. 2 P* p̄b&ur *R*, probet *H* **** toru (cunc *a m. 1*) *B* 10 hac (n *a m. 2*) orationē (˜ *a m. 1*) *P* 11 cui' *P* 12 igitur *P*, itaque *RHBv* 13 cui *P* debemur *H* 14 mutate *P* 15 monim̄ta *RB* 16 fusar *P in mg.* † incoator (h *a m. 2*) *R*, inscoator *B* mansuetis *P* 17 feruentis *H* ponamus carnalis nequam *P in mg.* † 18 nouem *P* gratulentur *H*[1], gratulemur *H*[2] 20 nos xp̃o *H* duce *in mg. H*[2] sacra] s *a m. 2 H* 21 q̃* *ex* q; *H*

aestimari, qua Dominus sanctificari ualeat, qui cuncta sanctificat, nisi ut cor pium, mite, placidum, castum ad eius praeparemus ingressum? quatenus tali domicilio delectatus sanctificationis suae in nobis operetur augmentum, quemadmodum ipse Dominus noster Iesus Christus in discipulis se clarificatum esse memorat, qui clara semper diuinitatis luce fulgebat. nam in euangelio secundum Iohannem pro discipulis supplicat patri; inter diuersa quae prosecutus est uerba sic inquit: et clarificatus sum in eis, scilicet quia claritatem suam in eis inuenit. ubi ergo et sanctificationis suae signa reppererit, sanctificare se ibidem dicit. pietas enim illa, sine modo mitissima, sibi conferri pronuntiat quicquid suis famulis ipsa fructificat. similis itaque sensus ostenditur et ut se benedici praecipiat, cum ipse potius uniuersa benedicat. namque trium puerorum in camino canentium ab omni creatura per ordinem benedicendum Dominum generalis hymnus exclamat.

ADVENIAT REGNVM TVVM. regnum aduenire deposcimus regnatoris, qui regnare non desinit, ut fallacem huius mundi principem pro praesumpta puniat tyrannide solusque qui solus

8 Ioh. 17, 10 17 Matth. 6, 10

1 quā *B* s̄cificare *P* cunctus (*corr. in* os) *P* 2 *post* nisi *ras. 4 litt. in H* mitem *P*, mi.te (t *eras.*) *H*, mitte *B* aut ei p̄paremur (r, *ex* s) *P* 3 quatinus *B* delectatur *P*, delectatus (u *in ras. m. 2*) *H* 4 agmentum *H* quam (*corr. m. 2*) ammod. *R* 5 discipulis suis *HBv* 6 memoratq; *P*, memorabat *v* luce *om. B* 7 iħo pro *H* dum pro *Bv* supplicat (*corr. m. 2*) *R* 8 q̃// *H* prosequtus *H*[1] inquid *P*, inquid *B* 9 eis] is *add. m. 2 H* quia *R*, qui *PHBv* 10 inueni. *H*, inueni *v* repererit (p *a m. 2*) *R*, repperit *B* 11 motu *H* mittissima *P* 12 pnuntiā̦t (*corr. m. 1*) *B* in suis (in *s. l. m. 2*) *R* 14 potuif *P corr. m. 2* 15 puerum *H* canentium *HBv*, canticum *PR* 16 generalis *ex* generaliter *H*[2] ymnus *R* 18 *Erat scriptum in uet. cod.* huius pro mundi principem *sed uox* pro *suo loco non uidetur posita, nescio an auctor scripserit* huius mundi proprincipem *Iur.* ut *om. P* 19 pro] p̄ *B m. 1* pumat *P* tyrannidem *P*, tyramnide *B* que qui] quia *P*

est suum demonstret imperium, nec morti conscium nec temporibus consumendum. nescit etenim tempus lucis illius dies nocte continuus, ubi fortissimus miles adorato Christo diuersa mundi post praelia uictor existens caesariem beati capitis ornatura perpetuae nobilitatis gratulabitur iam corona.

FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN CAELO ET IN TERRA. praecedentis et hic continentiae sensus uidetur intellegi, quod iugibus dies noctesque precibus debeamus exposcere, ut illius caelum terramque uoluntas adimpleat, qui nusquam uult esse nequitiam, quo deiectum caelo diabolum nec terrae patiatur infestum nec terrenam corporis nostri substantiam tamquam limo concretam saeuus coluber ut escam suae uoracitatis inuadat ac pessimis nos suasionibus inuolutos squamosis nexibus amplectatur et ambiat, donec letalibus uenenis inebrians miserabilem uitam lambendo consumat. ideoque Dominum deprecemur assidue, ut animam in nobis pariter tueatur et carnem; altera namque caeli pars sumus, altera terrae semen existimus.

1 demonstraret *P* morti *P*, morti^f^ (f *a m. 2*) *R*, morte *H BI* consenum *P*, conscium *RB*, conscium *ex* consttum H^1, constium *I*, constrictum *Par. Gall.* 3 continus (u *s. l. m. 2*) *P* odorato *I* 4 p̄lia *P*, proelia *RH*, pericula proelia *BI*, praelio *corr. Iur.* caesariem *PHBv*, caesaream *R* (*in mg. m. 2* alibi cęsarisem) 5 ornaturām *RHv* perpetue *P*, perp&e (u *a m. 2*) *R*, perpete *Bv* nobilitatus *HBv* gratulabat̃ *B* coronam *RH* 9 uoluntas *ex* uolutas P^1 quin'q; (uā *a m. 2*) *P* uel H^1 *corr. in* uult *m. 2* 10 quod eiectum *PHB*, quo. (d *eras.*) deiectum *R* a cælo *B* terrae *R*, t̃re *P*, terra *HBv* 11 infectum *H*, infensum *Bv* terenam (r *s. l. m. 2*) *R*, terrene *B* nrām *B* quam *H* 13 nos (*s. l. add.*) *R* pessim'— suasionibus *P* inuoluq; (at *a m. 2*) *P*; *fort.* inuoluat atque squamos his *P* 14 amplectetur *HB* lo&alibus *RHB*, lotalibus (e *a m. 2*) *P* uenis (ne *a m. 2*) *R* 16 praecemur *H* assidue *B*, assiduae *H* animam pariter i. n. *HBv* tutur (e *s. l. m. 1*) *P* 17 alterā *P* celi (*s. l. m. 1*) *P* par *P*

PANEM NOSTRVM COTIDIANVM DA NOBIS HODIE. panis alimoniam cotidiani petentibus tripartitus intellegentiae sensus aperitur, quamquam scripturas diuinas sic oporteat omnes aduerti. ergo et secundum litteram specialiter frumentarii germinis panem uescendi uidemur gratia postulare et moraliter ut serui Dominum deprecamur, quo diurnam consequi mereamur annonam, dum tamen utriusque rationis formam de spiritali nouerimus procedere disciplina. ob hoc enim epulas uictuales cotidie iubemur exposcere, ne quid in crastinum reseruantes de diuina cernamur dubitare pietate. quod tamen ita laboriosum probatur et arduum, ut a paucis uiris atque rarissimis talis queat regula custodiri. namque Dominus ipse fidelis in omnibus, qui filios Israhel productos ex Aegypto per annos in eremi sterilitate quam plurimos sabbatico tantum cibo parcentes, cotidianis dapibus gubernauit, hoc et nobis, si fides non deficiat, se daturum euangelicis sermonibus compromisit alloquens suos ita discipulos inter alia quae docebat: n o l i t e e r g o s o l l i c i t i e s s e i n c r a s t i n u m. c r a s t i n u s e n i m d i e s s o l l i c i t u s e r i t s i b i i p s e. si uero plenius spiritaliter dicta, de quibus loquimur, uelimus agnoscere, sentiemus hunc panem diuinum esse sermonem, a cuius substantiali doctrina si uacans animus uel paululum ieiunus remanet, magnae famis penu-

1 Luc. 11, 3   17 Matth. 6, 34

1 odie *P*   3 apperitur *B*   quanquam *B* (n *ex* m) *H*   4 auuerti *H*   ergo *om.* *H*   et *om.* *v*   5 mortaliter *Par.*   6 quod diurnam (d, *exp.*) *B*   d...nam *H*   7 dum tam *Bv*   utrius *B*   9 nequit *P*   reseruates (n *a m. 2*) *P*   10 dubitare de diuina pietate cernamur *Hv*   quid *RH*   tamen ita] in *B*   11 a* (b *eras.*) *R*   12 talesq; ad rgła (m *a m. 2*) *P*   custodire *P*   13 egypto *PR*   14 ęremi *P*, heremi *RB*   sterelitate *PB*   cibo *om.* *v*   parcentes *PB*, parentes *Rv*, parentis *H*   16 deficiet *P*   eūangelicis *B*   compmisit *PR*, cūpmisit *B*   17 aliq̃ *H*   19 ipsi *Rv*   20 sentiamus *B*   21 substantiale *P*   22 palu*lū (c *eras.*) *P*   ieiunus reman& *R*, ieiunauerit *Pv*, ieiunaret *HB* (r&)

riam sustinebit. distantia siquidem non pusilla inter spiritales epulas et corporales existit. has etenim parcius edere, illas numquam praecipimur recusare. hic abstinentia salubris, illic auiditas fit uitalis. denique Dauid meditationem Dominicae legis exercenti die ac nocte beatitudinem his uerbis praedicat inhaerere: beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum, et in uia peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedit, sed in lege Domini uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte. haec enim meditatio nimium saturat et delectat tamquam mellis crassi dulcedo, quae licet aluum cito uescentis adimpleat, nectarea tamen suauitate naturae numquam probatur horrere. audiamus hinc etiam idem propheta quid dicat: quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine, super mel et fauum ori meo! perfecte uerba legis cibum definiuit intellegi, cum faucibus dulcia dicit esse, non auribus, et super mel et fauum ori, non auditui ministrari. nam et surdi, quibus auditus minime suffragatur, praeceptis caelestibus per oris officium legentes implentur similiter, et apostolus

6 Psal. 1, 1. 2 13 cf. Psal. 118, 103

1 distantiam *P* 2 *post* existit *ras. 3 litt. in H* 2 [H]as (H *a m. 2*) *P* e**im *H*, enim *v* partius/// *H* 3 numquam *PR H coni. Gall.*, namq; *Bv* recusare (s *corr.*) *B* abstinenti[a] (a *s. l. m. 2*) *R*, abstinentiam *H* 4 abuiditas fallitalis *P*, fit *om. H* dominice *P* 5 beatitudinis *B1*, beatidini se *Iur. v* 6 inherere *PHB* habiit *PHBR* (h *exp.*) 7 chathedra *B* 9 eius erit *B* 10 nocce hię [c enī] meditatio (c enī *a m. 2*) *P*, enim *om. v* nimirum *v* saturitate *P* 11 crassi *RHB*, traxit *P*, crassa *Par. Gall.* libet (c *a m. 2*) *P* al*um (i *eras.*, u *s. l. m. 2*) *R* 12 nectareet [t]amen (t *s. l. m. 2*) *P* natura *R* 13 *fort.* horreri hi*c *H*, hic *v* prophetam *P*, pp̄heta (p *ex* b) *B*, idem propheta *om. H* qui[d] (d *a m. 2*) *P* dicam (t *a m. 2*) *P* 15 perfecta *P* cibum *eras. in H*, *om. v* diffiniuit *P* 17 haec super *Bv* ori *s. l. m. 1 P* 18 minimus (e *a m 2*) *P* suffraget̄ *B* 19 horis *P*

ad Corinthios usus epistola manifestauit spiritales epulas esse doctrinam dicens: et ego, fratres, non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus, quasi infantibus in Christo lac uobis potum dedi, non cibum. nondum enim poteratis. quis dubitet, quaeso, uel ambigat haec omnia spiritaliter figurata; neque enim fuisse illos infantes aut lactis ab apostolo nutrimenta sumpsisse uel stultus poterit aliquis arbitrari. sed incipientes uerba legis haurire ac paulatim diuinis imbui institutis, lactea uelut infantes bibere primordia scire nos conuenit, quia sicut salutaris cibus est bona doctrina, sic noxius est maligna. ideo Dominus discipulos ammonebat a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum specialiter se cauere, sciens acidi dogmatis uirus totius dulcedinis ubertatem paruo tactu corrumpere, quoniam secundum quod ait idem Paulus apostolus, modicum fermenti totam massam corrumpit: nam etsi corpus Domini nostri Iesu Christi magis esse credamus hunc panem, ab spiritali nihilominus ratione nequaquam noscitur declinare, maxime quia talis epulatio uel talis oratio nulli gentilium, nulli Iudaeorum, nisi solis diuinitus traditur Christianis.

2 cf. I Cor. 3, 1. 2 15 I Cor. 5, 6

1 chorinthios *P*, corinteos *H*, corititbios *B* epistola *PRH*, epła *B* 2 uobiſ (ſ *a m. 2*) *R* 3 carnalibus quasi *om. B* 4 potum lac dedi *HBv* 6 que soł *B*, solusque *Iur.* quis diebitet que solus *I* ////gat (*ras. 12 litt.*) *H* figurari *v* (figurat *Col.*) 7 ut lactis *H* 8 uel—arbitrari *om. B*, *in mg. m. al.* liquis|ai|ri| status potuerit aliquis *P* aliquis poterit *Hv* incipientis *P* 9 aurire *PB* (h *m. al. add.*) institos *P* lactea ⅼlunt *P* 10 ebibere *HBv* nos] oms̃ *B*, *om. v*, uero nos *P* qui (a *al. atr. scr.*) *B* 11 *** (sic *eras.*) doctrina *P* maligna] *supra* est *m. al.* mala *B* 12 ammonebat *libri*, monebat *v* pharisseorum *P*, phariseoꝛ *R*, farisæorum *B* 13 saduceoꝛ *PR*[1] (d *s. l. m. 2 add.*) *B*, sadducæorum *Hv* spiritaliter *uel* spiritualiter *v* accidi *P*, acedi *B* uir*us (t *eras.*) *PR*, uir*s *H*, uiros *Col. Par. Arev.* 15 idem Paulus *om. H*, Paulus *om. P* ferm̃q; *P*, fermenti *RB*, fermentum *Hv* 16 corrūmpit *B* 18 noscitur *R* qualitalis *H* (*corr. m. 2*) 19 *post* nulli *ras. in B*

ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS. si diligentius petitionis nostrae uota metiamur, uel tribuendam nobis indulgentiam uel negandam propriis dinoscimus exemplis. hoc enim sperare iubemur a Domino, quod cernimur dimisisse conseruo, quippe quos sponsio paris eadem condicionis adstringit, ut debitores, sicut esse nolumus, ita nec habere cupiamus. in aliorum namque personis aut absoluimur aut ligamur. quodsi putatur incertum, de quibus debitoribus hic agatur, ponenda est excusationis infirmae materies, et seu fortassis in culpa siue pecunia uel in quocumque tibi frater reus fuerit, hoc relaxa. nam et nos tam delictorum crebra praesumptio, quam pecuniariae quantitatis inhonesta tractatio plurimis ostendit apud Deum nexibus inuolutos. quisquis enim, prout facultas uirium ponderatur, egenti fuerit inhumanus, Deo quae sua sunt infitiatus abiurat, cuius pietas infinita miserorum sic tuetur angustias, ut quicquid pauperi dispensatio benigna largitur sibi profecisse testetur. in uotis etiam quae promittimus, diuina beneficia consecuti debitores existimus, donec ea fideli mente soluamus. haec igitur, quae de pecuniariis dicta sunt debitis, etiam de

1 *inscript. om.* *B*[1] (*s. l. m. al.* Et dimitte nob̄ debita irł.) 3 tribuenda — indulgentia *Hv* neganda *v* 4 dinoscimus *H*, dinoscimur *PB*, ur *corr. in* us *R*[2], dignoscitur *v* 5 cernit̃ *B* dimissesse *P*[1], dimississe *B* qd̄ (nos *s. l. m. 2*) *R*, quo* (d ?) *H* 6 sponsio *eras. in* *H*, *om.* *v* patris *P* eadem lex *Par. Gall. Arev.* adstringit (s *a m. 2*) *H*, asstringit *R* 7 nomus (lu *a m. 2*) *H*, n *a m. al.* *B* abuere *H* 8 nonaque *H* asoluimur *P* intelligamur (intel *exp.*) *P* 9 excusationis *om.* *P* 12 et non *v* pecuniariem *P*, pecuniari *B* 13 inonesta *PR*[1]*H* tractio (ta *s. l. m. 2*) *P* dominum *v* 14 inuolutas *P* 15 inhumanis (v *a m. al.*) *B* q̃* *ex* q; *H*, que *B* infinitas *R*, miserorum infinita *P* 16 intuetur (sic *a m. 2*) *P* 17 qua qui *P* dispensati *P* sibi] si** *H*, bi *ex* ui *m. al.* *B*, sine *I* pficisse *PR*[1], pf*cisse *H* 18 testatur *PB* uobis *P* q̃; (~ *a m. 2*) *P* 19 secuti *P* mentes *P* 20 peniariis (cu *a m. 2*) *P*

ceteris peccatorum generibus ac diuersis, quibus aeterno iudicio tenemur obstricti, sentire nos conuenit scientes, ob hoc aerariam similitudinem flagitiis comparatam, quoniam **radix omnium malorum est auaritia**, sine cuius semine uitioso nulla propemodum scelera generantur in mundo. hic homicidium perpetrat, ut innocenti quod affectauit eripiat, alter praemio sollicitatus accepto mendacis testimonii fit iurator. nonnullos ad lenocinium adulterini commercii coetus foedae redemptionis inpellit. alii furto se maculant, alii depositum negant. sunt istis et plura similia, quibus amica semper fames auri conmilitat. nullum tamen facile crimen admittitur, cui pecuniae ministerium minime suffragatur. igitur diuinae pietatis munus indepti et inpunitatem caelestis indulgentiae consecuti, quod accepimus inuicem non negemus, ne maioribus absoluti, cum parua non resoluimus, maximis iterum uinculis inplicemur, moxque Dominus ille misericors donator, debiti

3 cf. I Tim. 6, 10

1 decęris (te *a m. al.*) *B* generibusquae *H* ** (ac *eras.*) *H*, *om. v* iudice *P*, iudici *B* 2 hob *P* 3 flagitus (iis *corr.*) *P* radix *om. H* 4 sine] n *a m. al. B* 5 generant *P*, generat (n *m. al.*) *B* m**lo (*ex* mundo) *H*, malo *v* 6 pperat (t *a m. 2*) *P*, (rat *a m. al.*) *B* perpetrauit innocenti *H* affectauit] a, *corr. in P* 7 mendacis (bu *a m. 2*) *R*, mendatis *P*, mandatis *H*, mendaciis *B* testimoniis *R* *post* testimonii *ras. 2 litt.* (um ?) *H* 8 nonnulos *B* cõ*mercii (n *eras.*, ~ *a m. 2*) *P*, commertii *R*[1]*HB* coetus *PR*[1]*H*, coitus *Bv*, census *s. l. R*[2], quaestus *Hartel* foedę (o *m. 2 add.*) *R*, foedere *P*, fędę *B* 9 furto (r *ex* i) *P*[1], furio (t *a m. 2*) *R* 10 plurima *R* 11 famis *B* aur** (es *eras. uid.*) *R*, aur** (es *eras.*) *H* facile** (le ?) *P* crimen facile *Hv* crim* amittet (m ? *eras.*, a *in ras.*) *P* amittitur (d *a m. 2*) *R*, amittitur *H*, ammittitur *B* 12 pecuiae *R*, pecu*niae (i *eras.*) *H* minime] *s. l. m. al. in B* diuine *H*[1]*B* 13 et *eras. in H*, *om. v* indemepti et inpunitatem *P* 14 accipimus *P* maribus (io *a m. 2*) *P* 15 com *P* resoluimus] mus *a m. 2 H*, exsoluimus *R* uiculis *P* 16 ille] *s. l. R*

non exactor, qui talentorum nobis decem milia relaxauit, si propter denarios centum senserit nos strangulare conseruum, saeuis tradi tortoribus cuncta iubeat exigendo, inque carceralem detrusi custodiam penitus egredi non sinamur, donec luamus uniuersa usque ad modum ultimi quadrantis amissa.

ET NE NOS INDVCAS IN TEMPTATIONEM. non quod Dominus, qui lucis uia, pacis est semita, in laqueos quemquam temptationis inducat, sed abhorrens diuinis monitis non parentes, cum eos deserit, introire permittit. omnes enim, qui lubrica sectantes mundi contagia, retibus deliciosis inclusi, luxus blandae perditionis affectant, a Domino, qui purae uirtutis amator est, derelicti pergunt ingredi, qua se temptatio uoluptuosa pertraxerit. ab hac igitur pedem retro nitamur abducere, semitam potius conterentes angustam, quae tenui calle multis incognita caelestium regnorum subit arduam latenter ad portam.

SED LIBERA NOS A MALO. cum liberari nos a malo deprecamur, bonum esse quem petimus, ut nos liberet, confitemur. nec inmerito sectandus iste qui liberat, ille fugiendus est

6 Matth. 6, 13

bus excitari. uolabant in Dominum mille mendacia, uanis accusantium fauillis emortua, non fidei calore uiuentia, periebantque mox omnia motu propriae leuitatis exhausta, sicut ignis insaniens per stipulas aridae siccitatis excurrens, cui uires alta cremandi cacumina materies non ministrat infirma, sed in cinerem protinus reuoluta perdit inanem flamma uictoriam.

7 Postquam nullum dolis iter arrisit, fraus uiribus cedens uertitur in furorem atque in Dominum manus erigere plebs armatur inpatiens. heu mihi quantis lacrimarum roribus inpeditus, quantis animi gemitibus sauciatus erectas in Dominum rabidi tumultus insania manus horreo memorare sacrilegas! denique nec caput colaphis propulsare nec faciem sputis adspergere nec palmarum ictibus uerberare plebs execrabilis conquieuit. ille tamen omnia patienter excipiens nostrae saluti se tradidit ac pro nobis sanctum corpus suppliciis deputauit. per illos enim colaphos habemus capitis sospitatem, illa sputa nostrorum uultuum sunt lauacra, his alapis libertatem sumus consecuti perpetuam.

8 At senior, cui ueritatis auctor cuncta praedixerat, quia manere nequibat infectum quod Christus signauerat adfuturum,

1 uolab*a*t *P*, uolebant *H* 2 acussantium *H* e*mortua (t *eras.*) *H* fide *P* ui//////////a/////////bant///// *H* aperiebant *v*, apparebant *coni. Arev.* 3 moto *P* exausta *PH* a***de *H*, aridas *B* 4 siccatis *R* uires] ui *supra m. 2 B* 7 DE COLAPHIS ET SPVTIS ET CETERIS *RH* adscripsit *P* caedens *H* 8 uertit *ex* -et *B*, uertit *v* plebs *ex* blebs *B* 9 armatus *B* incupiens *P* hieu m*i*hi *B* *ante* quantis, quantis *eras. in H* 10 inpeditur *H* motibus *Hv*, motus *B* sauciatis *P*, sauciat *B* 11 rapidi *P* tumultu*s* *B* orreo *PH* merare *B* 12 ne*c*aput (c *m. al.*) *B* 13 adspargere *H*[1] palmari *P* exsecrabilis *B* 14 salutis e *PB* 15 p** *H* suum *Hv* suppliciis *ex* suspliciis *B* 16 enim] *om. B* 17 nrm *P* uultuum] *suprascr. B*[1] alipis *P*, alap*i*dib *R* (*corr. m. 2*) 19 DE NEGATIONE PETRI TTIO *RH*, Ter Christum negat Petrus *v* *ante* cui *ras. 1 l. in B* quia] que *H*, cuique *v* 20 quo *P*, quę *B*

usque in aedem principis sacerdotum Domini uestigia subsecutus, quod ex eius esset etiam ipse discipulis ter est agnitus, ter negauit. et gallus, diei nuntius, cantauit impletoque diuinae sanctionis oraculo pristini quoque sensus reuersi sunt Petro, qui memoriam culpae recolligens obliuionis in se castigauit errorem; gemituque continuo prosequente peccata fugiunt, delicta discedunt et lacrimarum imbres effusi dulcem ueniam fletibus amarissimis contulerunt. apostolicis igitur eruditi debemus exemplis uim poenitentiae meritumque dinoscere, ut talibus remediis adnitentes ab animarum fatigatione nostrarum mortiferos mereamur morbos excludere. si enim noxiis cogitationum uenenis aut actuum uel etiam contagiis fuerimus turpium sauciati sermonum, ad saluberrimam poenitentiae mox nitamur confugere medicinam, quatenus dolentes ex culpa non doleamus ex poena, lacrimantes ex uulnere non lacrimemus ex morte. nec tamen poenitentiam futuris paremus erroribus, sed praeteritis adhibeamus admissis. sub indulgentiae namque fiducia delinquentes difficile ueniam consecuntur optabilem, quam sibi plerique praesumptam securitate pollicentur, ut peccent. nam et Dauid propheta mirabilis dum indulgentiam praeteriti postularet erroris, ut hanc facilius impetraret, per ignorantiam se deliquisse tali prece signauit: d e l i c t a i u u e n-

22 cf. Psal. 24, 7

1 ęde *P*, aedes *Bv* subsequutus *P* 2 ẽe aetiam cum *P* ipse *om.* *R* est *om.* *R* agnitus et *P* 3 et] *om.* *P* cantitauit *B* 4 diuinę *ex* deuinę *B* pristini *ex* prestini *B* 5 quę *B* memoria *H* 6 errore *P* fugunt *P* 7 descedunt *H* ducem (l *m. 2*) *H* 9 exemplis debemus *v* dignoscere *v* uitalibus — ut ab *v* premediis *P* 12 cogitationem *P* actu** (um *eras.*) *H*, actu *v* contagii *P* 14 quatinus *PHB* 15 uulnere ex morte (iã *superscr.*) *P* 16 futuri *P* 17 p̄teriti *P* adibeamus *H* amissis *P*, ammissis (d *m. 2*) *R*, ammissis *HB* indulgentia *P* 19 summa *P*, praesumpta *Hv* 21 p̄tiriti *P* hac *P*, hac (n *superscr.*) *R* 22 tale *R*, tali* (b. *eras.*) *B*, talibus *v* prece] p̄ (ci *superscr.*) *P*, *evan. in* *H*, praeci *I*, prae se *coni.* *Iur.* inuentis *P*, iuuentutis meae *v*

tutis et ignorantiae ne memineris, Domine. quid ergo, quaecumque flagitia iuuenalis aetas admiserit in senectutem debent relaxanda seruari? absit ut in nobis uitia permaneant et senescant. sed cum diuina clementia patienti longanimitate mitissima iudicii suspenderit ultionem, nullae nos ex istis indutiis spes impunitatis obtundat; sed tamquam famuli diutius fugitiui sero saltim nostrum reuertamur ad Dominum, ab ipso uel senes lubricae iuuentutis ueniam postulantes, quamuis conueniat unumquemque peccantem confestim, cum adhuc est culpa recentior, poenitentiae ferramentis eius ulcus abscidere, ne serpentis morbi primitiae uelut radices amari germinis altius neglegentis agricolae remissione submersae, nullo ualeant euelli penitus iam labore. idem denique propheta, ne pro iuuenalibus delictis ut neglegens uideretur serius supplicare, addidit ignorantiam, quo apud pium iudicem facilius sibi relaxari meruisset errorem.

9 Igitur et Petrus apostolus Christum negare non studuit, sed in obliuionis casum simpliciter et ignoranter incurrit. nam qui sese mori uelle cum Domino plena deuotione promiserat, alienus ab eius uideri consortio sub quolibet periculo non

1 ignorantiae meae *HBv* deus *v* 2 flacia *P* amiserit *PHI*, ammiserit *BR* (d *s. l. m. 2 add.*) 3 senectuta *P* nobis ////////// ita *H* absit in nobis ut ita maneat *v*, *ante* ita *ras. 1 l. in B* 4 consenescant *Bv* 5 mitissimam *RHv* iudici *P*, iuditii *H*, iudicis *R*, *fort.* iudiciis suspenderet *PBv* nulla *HBv*, nolle *Ludw.*, nulla en *fort.* 6 nos] non *v* indutiis *R*, indutis *P*, indutus *HI*, iudicus (*an* iudiciis?) *B*, indultae *coni. Iur.* spes] *om. PR* inpuditatis *P*, inpunitatis *ex* inponatis *B* obtunsa (s *ex* t *m. 2*) *B*, optanda *P* 7 diutius] dicite *ex* dicitis *H*, diu *v* fugitiuus *P*, fugitiui ero *H* 8 ipsis *P* 10 confestim *B* cum—abscidere *om. Bv* est] ter *P* 11 mors *P* uelud *H* necligentis *P*, negligentis *H*[1] 12 acricole *P* remisione *H* 13 *uelli (e *eras.*) *H* 14 nec *P* pro *om. P* negligens *P*, neglens (ig *s. l.*) *H* 15 supplicare *libri*, applicare *Ludw.* quod *PR* ad principium *P* 16 relaxare *I* 17 DE BONA POENITENTIA PETRI *R*, *om. Hv* 18 namqui *HBv*, namsi *P* 19 deuotio *P* 20 sub] si *B*

ferebat. prompserat enim inter cetera magnificum suae credulitatis exemplum, quod eum a Christo nec exitio posset segregare formido, ad quem media festinando per maria rapidos dudum se praecipitauit in fluctus, nulla uicinae mortis trepidatione deterritus.

Interea dies nouum uisura flagitium nocturnis maestior 10
umbris inluxit, quae tenebrarum remota caligine Hebraei coetus infanda reserabat uulgo consilia. tunc Iudas, draco nouissimus et priori similis homicida uenefico (nam sicut ille Adam uitae subtracto, sic et iste Christo morti contradito generationis humanae factus est persecutor), ad Pilati Dominum conspiciens deduci praetorium eumque uinculis adstrictum, qui resoluit uincula peccatorum, deriguit miser et horruit, pecuniamque, funeream mercedem scilicet cruoris innoxii, restituens saeuis dispensatoribus ac refundens pretio criminis sese uacuauit ille, non crimine. quid enim poterit securitati conferre trepidatio mortis ibi concepta, nullus ubi timor consequitur iam medelam secundum psalmi continentiam proloquentis: illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor, hoc est, in ipso iudicio, ubi correptionis tempus et spatia non habet infructuosa formido, aut in inferni iam faucibus constituto quae potest

18 Psal. 13, 5

1 ferebant *P* prompserat] *Hartel*, promiserat *PR*, praemiserat *HBv* 2 exiui *P*, exicio *R*, exitu *B*, exitus *v*, *fort.* exitii possed (t *supra*) *H* (*corr. m. 2*) 3 ad quem] atq; *P* rabidos *RHB* se] *eras. in H*, *om. v* 4 trepidationem *P* 6 DE MORTE IVDAE TRADITORIS *RH*, de Iudae suspendio *v* 7 inluxq; *B* caligine remota *P* ebrei *P*, dehebrei *B* 9 prior *B* hihomicida *P* uenific*o (i *eras.*) *H*, uenefìcio *Bv* 10 substracto *B* cum tradito *P* 11 persequutor *B* domum *RH* 12 dediuci *P* uinclis *Bv* 13 redarguit *P* orruit *PH* peccuniamq; *H* 14 funeream *Arev.*, funere ad *PRH*, fueram (n *supra*) *B*, funerum *Par.*, funeram *Col. Gall.* seei *P*, se*uis *R* 15 *ac (h *eras.*) *H* preciocio *P* uacuauit (ille *supra*) non *R* 16 secunctati *P* conferret *P* 17 *ante* nullus, ubi *eras. in H* medellam *H* 18 proloquentes *H* 19 timorē *P* fuit *H* est *om. P* 20 correctionis *Hv* 21 potest] post *P*

opitulari confessio, cum legatur: in inferno autem quis confitebitur tibi? Iudas enim publicus parricida, qui, quod audere non metuit, non suum tantum parentem, sed totius mundi iugulauit auctorem, poenitudinis frustra remedium inuestigabat; quem post traditionis audaciam sententiae supplicium iam tenebat, ut securis ad arboris radices applicata, quae fructum protulit execrandum, mali roboris germen inutile funditus amputando saeuis ignibus deputaret. dementem subito correptus est in furorem, sibi mortiferum nihilominus molitus interitum, quamuis sanior ille tunc fuerit, cum nefandae coniurationis in se flagitium uindicauit, uiamque gutturis execrandi, qua uox processit inmitis uendens omnium redemptorem, faucibus nodatis adstringens, animam trabalibus laqueis expulit infelicem. parua siquidem poena pro tanto uideretur flagitio, cui nulla suppliciorum aequari ualeat magnitudo, tamen ipsum funesti genus exitii morsque pendentis ab alto cadaueris caelum negat aspici, terram uetat attingi, ut reus sceleris inauditi simul ab utrisque dignus elementis expelli nec aere frueretur ad uitam nec homo generali compositus more hominis animam dimitteret exhalatam. habet et aliud leti ista

1 Psal. 6, 6

1 con *P* aut *P* 2 homicida *Hv* quid *P*, d *eras. in RH*, qui *Bv* 3 quod] quem *Ludwig* quod—metuit] audere *scripsi*, audire *libri* metuit *scripsi*, meruit *libri* pere.ntem (u *m. al.*) *B* 4 iugauit *B*[1] (*corr. in* iugulauit) fraist*a (r *eras.*) *B* 5 uestigabat *Hv* audaciae *RH* (*fort. ex* audaciē) 6 ut *scripsi*, et *libri* arborum *PR*, *fort.* arboris iam applicita *Hv* 8 deputarat *Ludw.* dementem *PHBv*, Vtmentē *R*, mente *Ludw.* 10 molitur *v* tunc] tam *P* 11 uiamque *Arev.*, uitamque *libri* 12 execrandis *P* quia *H* uidens *H Par. Col.* redempt/////em *H*, redemptionem *v* 13 nudatis *R*, nudatis *H* tra*alibus *H*, tranalibus *B* 15 illa flagitio *v* suppliorum *P* aequali *P* 16 istud *R* funesti *ex* fonesti *B* exitu *H* pendentes *P*, pendentibus *B* 17 apicit *P* uetatque *Hv* 18 in auditu *B* dignis *H* 19 frueret *B* umo *P*, hum**o (an *eras.*) *H* generali*** (ter *eras.*) *H* compositos *H* homini *P* 20 anima *H* exalatam *P*, exalatum *HB*, exhalantem *v* et *om. HBv* decoris istas species *H*, dedecoris ist*a in specie* (s *eras.*) *B*; dedecoris istas in species *v*

species propriae deiectionis indicium. quod enim in sublimi fastigio necem sortitus est perfidus et desertor, patefecit ex quanto culmine sit prolapsus: nuper discipulus, modo iam reus; nuper apostolus, nunc apostata nominatus est.

11 Cum uero Dominus ante tribunal praesidis staret intrepidus, ut agnus mitis productus ad iugulum, nihil dignum morte repperiens, quod ei populus accusator obiceret, regem se dixisse, qui manifesto rex aderat, studio seditionis exclamant. nec mirari quispiam debet si plebs, amica fallaciae, ueritatem protraxit in crimen imperiumque sidereum et diuinam rennuit potestatem, quae Creatoris ingrata suffragiis lucos olim coluit, idolis obsecuta seruiuit. una quippe dementia parque uidetur insania Baal praeposuisse tunc Domino, Barabban praeposuisse nunc Christo, dumque pius occiditur impiusque seruatur, iustitiae mutauit uiam errans in utroque sententia: auctor mortis deputatus ut uiueret, auctor uitae deputatus ut obiret. ex hoc igitur cuncti, qui hactenus manetis infidi, Christum pro mundi salute passum fuisse iam credite, qui flagris terga sulcatus, obprobriis lacessitus, poenas omnes amplectitur, ne perire suis meritis dignus uel latro sustineret exitium.

Heu quam triste falcis acumen est, quae messem Iudaicae

1 q̃////// *H* (˜ *a m. 2*) in *om. H* 2 sortitus *ex* sordidus *B* profidus *H* 3 quanta *B* culminus *P* prolapsus] pro *eras.* in *H*, lapsus *v* discipulis *P* 4 nunc] modo *H* est *om. v* 5 QVOD ANTE TRIBVNAL XPS FLAGELLIS CEDITVR *R* (*in mg.* aliħ auditur) *H* (auditur), Christo obiecisse Iudæos quod regem se esse dixerit *v* 6 morti *R* 7 sese *Bv* 8 quia *H*, q̃m *B* manifeste *v* 10 protraxerit *v* crimine *HBv* 12 clementia *H* 13 bahal *HB* ba*rabban (r *eras.*) *H* **dumque (mo *eras.*) *H* 14 impius *B* 16 deputatus] est *utroque loco add. Ludw.* 17 est] *om. Hv* igitur qui *B* actenus *H* infidi *ex* -de *B*, in fide *v* 19 *post* flagris *ras. 4—5 litt. in H* terga] *eras. in H*, *om. v* obprobriis (p *ex* b) *B* 20 complectitur *H* sui *B* 21 exit*um *H* 22 de lauatione manuum Pilati *v* a*cum *B*

posteritatis abscidit! nam qui necem Domini postulantes in se suosque filios eius sanguinem professi sunt permanere, dicentes furialiter et clamantes: sanguis huius super nos et super filios nostros, omnem fructum sui germinis damnauerunt, donec ab eis haec macula illius aqua spiritaliter abluatur, cuius in eis cruor letaliter dominatur adspersus. heu nequitia tui, Pilate, facinoris, quam patrasti! qui tot in uno iudicio uel potius praeiudicio crimina commisisti, quae si prouida sanandus mente cognosceres, non solas manus abluere, sed totum iugiter corpus sacro debueras aquae spiritalis lauacro perfundere. iustum iniuste diuerberas, regem praeses examinas, Deo te praeponere mortalis homo non trepidas. igitur luendi supplicii iam teneris in uinculis, quia numerosa per uulnera cruci Dominum creaturae configis, Caesaremque magis offendere quam Caesaris metuis conditorem.

12 Cumque militari Christus executioni contraditus mortis sententiae subiaceret, in ipso nihilominus cultu, quem regiae sub imaginis inlusione suscepit, magni gerebantur sacramenta mysterii. quod enim coccineae clamidis uelamen indutus est, cruentum futurae mortis demonstrabat aspectum. spinea caput eius corona circumdedit, quoniam spinas omnium peccatorum, quae humanum genus passim inuaserant, pia solus humilitate portauit. manu datam gestabat harundinem, mundano regno

3 cf. Matth. 27, 25

1 postteritatis *H*, posteritatis *ex* psoosteritatis *B* namque *v* 2 que] *om.* *B* 3 eius *H* 4 clamauerunt *R*, dampnauerunt *B* 5 aquas *H* 6 laetaliter *H*, loetaliter *B* 8 un**o (ic *eras.*) *H* 9 pro uita *R*, prouicia *H* abluere̊s *Hv* 11 profundere *H* iustūs *B* iniustę deuerberas *HB* 12 domino *v* omo *B* quibus igitur *Bv* 13 quia *Hv*, quę *B*, qui *R cf. Carm.* 14 configeris *H* 15 cęsarē magis *R* 16 DE COCCINEA CLAMIDE CORONA ET ARVNDINE *R*, *om.* *H*, De ueste purpurea, corona spinea, arundine et uestibus Christi *v* secutioni *H* 17 scientiae (senten *superscr.*) *B corr. m. 2* cultum *H* quęm *B* 18 gerebat̃ *B* 19 coccinae *H* clamidis *RHB* 21 corona *om.* *H* 22 *post* humanū *ras. 1 litt.* (s?) *B* 23 manu *H*[1] (nam *corr. m. 2*), nam *v* arundinem *H*[1] munda *R*

sceptrum uere consimile, quod pro motatione saepissima fragile,
uacuum, leue cernitur et caducum. moxque uestibus alienis 13
exutus suis protinus est amictus, tamquam positurus in obitum
corporis indumentum, quod se post paululum nouerat receptu-
rum, nihil iam mutabile sumpturus, quippe post mortem plena
cum maiestate suae carnis rediens ac resurgens.

Nec illud a consortio diuinitatis abscedit, quod datum sibi 14
uinum tristi felle mixtum labris tetigit et ab ore proiecit.
signum fuit quippe mirabile, amaram mortem Dominum degu-
stare confestimque uirus eius horribile reducis uultus auersione
contemnere.

Igitur alto patibuli defixus in ligno iram discriminis exe- 15
crandi pia religione mutauit et abiecta crudelitate pax ascendit
in crucem uiolentaque saeui roboris instrumenta suis membris
inlustrans poenam honore uestiuit, supplicium salute dedica-
uit, ipsaque pius in se tormenta sanctificans signum in dam-
nationem propositum fecit beatitudine consecratum. ut autem
nullus animo peregrinetur ignaro, crucis speciem causam
uenerationis ostendere, quae Dominum meruit adoranda por-
tare, per quattuor eam plagas orbis extendi prudenti debet

1 uenere *R*, ue**re (ne *eras.*) *H* mutatione *RB* 2 VBI EXPOLIATVS CLAMIDE ET SVA INDVTVS EST VESTIMENTA *R* 3 sui *R* tamquam] quam *RH* positurus *ex* possiturus *B* obitii *B*¹, obitu *v* 5 nil *R* m*tabilę *H*, mortale *B*, motabile *I Col. Par.* sumpturus mutabile *Hv* p*** *H* plena* (m *eras*) *H*, plenam *B* prae mortem plenam *I* 6 ma**state *H*, maiestatis *Par.* 7 DE POTATIONE VINI CVM FELLE DATA *R*, cum felle data *H*, fel Domino datum quid signet *v* abscessit *v* sibi] sumit *v* 8 tristi] Christi *H*, *om.* *v* permixtum *HBv* labiis *Par. Gall. Arev.* procedit *H* 9 quippe fuit *v*, fuit *om.* *B* 10 uisus *H* reduces *B*, reduci *B* 11 contempnere *B* 12 VBI SVSPENSVS EST CRVCI *R*, *om.* *H*, Christum cruci affixum *v* alte *H*, alto *ex* abto *B* 15 saluti *coni.* *Ludw.* dicauit *v*, *fort.* ditauit 16 in] *eras.* *H* damnationi (*ex* damnationem) *H*², dampnationi *Bv* 17 beatitudinē *HB*¹ (˜ *eras.*) autem] aut̃ *R*, ***is *H*, hic *v* 18 nullius *R* pereginetur *B* ingnaro *R*, ignare *H*, igna(*ex* no)ro *B* 19 generationis *H* 20 quatuor *B* extendi *R*

quisque ratione colligere. caput enim Christi distentis in cruce membris expositi axis Orientis accepit, Occiduus autem limes plantis arrisit, Arctous dextera claruit, medius laeua refulsit. cunctaque prorsus mundi substantia Creatoris corpore fecundata crucis in se lineam rectis obliquisque limitibus demonstrauit impletam, quam primae lucis ab origine cernitur consecuta.

16 Cumque milites eius sibi uestimenta diuiderent, tunicam sortiti sunt quis haberet, quoniam suta non fuerat, sed de superioribus texta per omnia, nefariumque duxerunt speciem tanti uiolare miraculi. legant haec scismatici profecto doctores et sciant, quid impietatis exerceant catholicam lacerando concordiam. si enim militibus sacrilegis ac funestis durum uisum est Christi carpere uestimentum, quale nefas admittunt qui ecclesiastica pace turbata ipsum Dominum Christum scismatibus diuidere non quiescunt!

17 Titulus quoque trina linguarum significatione conscriptus, habens Hebraicis, Graecis litteris ac Latinis: hic est rex Iudaeorum, supra Dominum legebatur adpositus. quae sit etiam huius ratio sacramenti, absurdum non uidetur inquiri. nec enim fugit a magno mysterio, quicquid gestum manifestatur in Christo. cur ergo tribus linguis hic titulus legebatur adscriptus, cum plures ac uarias multitudinum nationes nequa-

2 crucem *Hv* acsis *B* 3 plantas (l *supra*) *B* adrisit (r *supra*) *H* arctus *H* dextra *Hv*, dextræ *B* claruit *om. H* 4 mundi prorsus *B* 5 fecundata *H*, iocundata *RBv* 8 DE SORTE IN VESTIMENTA XPI *RH* (uestimento), *om. v* 10 dixerunt *H*, duxerant *v* 11 scismatici *RHB* = 15 12 sciant *ex* sentiant *H*, sciant *v* quod impietates *Bv* 14 ãmittunt *R*, a*mittunt (m *eras.*) *H*, ammittunt *B* 15 ęcclęsiastica *B* 17 DE TITVLO TRINA LINQVARVM SIGNIFICATIONE CONSCRIPTO *R*, *om. H*, de titulo crucis *v* significationē *H* conscriptis *H* 18 hebręis (ci *supra*) *H*, hebreicis *B* litteris Graecis *v* 19 iudeorū *B* dūm *ex* dnī *B* 20 huius etiam ratio *HB* huius (ratio *supra*) sacramenti *R* 23 adscriptus *H* multitudinum *Iv*, muntitudinum *B*, multitudinem *RH*, multitudine *coni. Ludw.*

quam Hierosolimae defuisse apostolicorum actuum magnitudo testetur, et possit aut una interpretis diuersis lingua sufficere; aut, si cunctorum uoluit oculis hoc Pilatus exponere, pluribus linguarum commerciis instructam uulgi notitiam reddidisset? sed quia non est humana dispositione perfectum, spiritaliter illud sentiamus impletum. uera siquidem fides catholicaque confessio, quae designabatur in Christo, unum populis regem trino docebat explicari sermone; quod autem Iudaeorum regem eum specialiter uerbo pronuntiat, qui supra creaturam dominatur uniuersam, tam saeculari causae quam rationi conueniens est diuinae. primum quoniam Pilatus uel propter Caesaris metum uel propter suae crediduitatis admissum, quia regem dixerit quorum fuerit, definiuit, ne puro regni nomine designato generaliter eum regem uideretur exprimere atque aduersus Caesarem praedicare et tamquam in suum quoque rectorem decreta morte sacrilegus extitisse. dehinc quia rex Iudaeorum Christus religiose nominatur et omnis gentilitas idolorum cultibus occupata, cum Christiani dogmatis meruerit sacramenta sortiri, inter Abraham filios incipiet Dei filium nuncupare, cui legitur promisisse, quod eum faceret, sicut et fecit, omnium gentium patrem. Iesus ergo dictus est Rex Iudaeorum, non tantum praesentium, sed etiam futurorum, quia naturaliter

1 hierosolime *H*, hierusolimę *B* apostolorum *ex* apostolurum *B* 2 posset *RH* una *s. l. B* interp̄tes *B* 3 hic *B*, hoc oculis *v* plurimum *B*, plurimarum *v* 4 instr͡ctam (u *s. l.*) *R* fulgi *I*, *eras. in B* reddidissed *H* 5 set *ex* sed *H*[1] ſeq̃q *B* quod *v* 6 illud *om. H* siquidem] *ras. 4—5 litt. in H* 7 signabatur *B* regem — eum *om. v*, *fere eras. in H* eum regem *B* 9 speciali*** *H*, spiciali *B*, speciali ter *Ludwig in adn.* creatura — uniuersa *B* 12 amissum *RHI*, admissum *corr. Iur.* quia *R*, q*** *H*, qui* *B* (a *m. 2*), aquæ *I*, qui *Iur.*, q̃ *Col.*; quod se *fortasse rectius Gall.* se regem *v* 13 designat*o (i *eras.*) *H* 14 exponere *Bv* 16 quia] qm̄ *B* 17 religione *H* 18 meruit *P* 19 habraham *B* incipit *v* dei *ex* deo *B* filium] populus *v* nuncupari *HBv* 20 promisse *H* 21 ergo] autem *H* rex dictus est *R* 22 quia] qui *HBv* naturalis *Bv*

germinis inutilem relinquentes horrorem, mox in oleam fecundae suauitatis unguento sancti chrismatis inserendi perdent amaritudinem sterilis oleastri.

18 Quin etiam plebs feralis et noxia, nullis animum satiata suppliciis, cruentos ex utroque latere circa Dominum uiros eadem statuit damnatione confixos, ut iniectas uulnerum plagas talium aceruaret iniuria personarum, licet meriti similitudinem non haberet similitudo sententiae. inter latrones namque iusto pendente carnifices trium uidetur esse par poena, sed duorum dispar est causa. illi quippe pro crimine rei sunt mundo: huic ipse reus est mundus, cuius sanguine liberatus est a peccato. in illo tamen Dominus patibulo constitutus potestatis suae iura non perdidit, qui de sublimi crucis examine, uelut de regali throno, iudex aequus utrumque prospiciens et amborum merita diuini cordis lance perpendens hunc elegit, hunc reliquit, non praeterita quae luebant facta discutiens, sed praesentes mentium diuersitates intendens. unus enim, a quo ferocis atrocitas instituti nec in mortis discrimine declinauit, saeuis Dominum lacerabat iniuriis, dictis mordacibus execrandis, tamquam caper hirsutus uenenosi dentis attactu palmiti suauissimae uitis inimicus, ita loquebatur inludens: s i t u e s C h r i s t u s, s a l u u m t e f a c e t n o s. alius uero spe meliore

21 cf. Luc. 23, 39

1 horrorem *ex* honnorem *H*, honorem *Gall.* oleō *B* 2 scī *ex* scāe *R*² crismatis *B* inserendi (*ex* do) *B* 3 sterilis (r *ex* b) *B* 4 DE DVOBVS LATRONIB· ET DISTANTIA EOR· *RH*, De duobus latronibus ad Domini latera crucifixis *v* *post* quin *ras. 1 litt.* *B* 5 circa] ci *ex* ca *B* 6 ut ^in^iectas *R* 7 acerbaret *Bv* 8 hab^re^& *R* (re *a m. 2*), habeat *H*, habet *Par. Arev.* 9 uide*t̄ *B* par] p^a^er *H*, *om.* *R* dsed *B* 10 illi quidem *H* *B*, illi siquidem multo *v* 11 ipsi *H* 12 dn̄s (s *ex* e) *B* potestati *B* 13 p**didit (ro *eras.*) *H* sublimis *HBv* 15 illum reliquit *v* 16 reliquid *B* 18 mortis] *eras. in H*, *om.* *v* declinauit (*supra* uit *ras.*) *B* 19 execrandus *Bv* 20 hyrsutus *B* at*ta*tu *H*, a*tactu (c *eras.*) *B*

modestior, qui, dum suae parcit linguae, pepercit et poenae, supplicibus Dominum uerbis alloquitur, deflectens lumina, tantum libera quae gerebat, in terram, quoniam tensi uulnerum nexus ab humilitatis officio uolentes inclinari palmas arcebant. nam postquam socium, qui iam desociari meruerat, iusti sermonis increpatione redarguit suaeque culpam proteruitatis agnouit, Dominum sic precatur: memor esto mei, cum ueneris in regnum tuum. quem pius ilico Dominus, ut errantem per auia deserta pastor ouem cum gratulatione recolligens, allocutus est dicens: amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. o mirabilis et diuina promissio! paradisum se dicit intrare qui properabat ad inferna descendere, quatenus euidentius edoceret nullum tempus existere, quo Deus non ubique sit praesens. ut enim latronis animos iam beati mortis formidine uacuaret, non tantum inquit hodie mecum eris, ne sepulturam putaretur edicere, sed adiecit in paradiso, ubi flore perpetuo blanda per agros ridet amoenitas et inriguis uoluptas fontibus enutrita pulchrosque molliter per hortos infusa, totum grata suauitate laetificat interque

7 cf. Luc. 23, 42   10 ib. 43

1 mo·destior (s *eras.*) *B*   2 supplicio *H*, suppliciũ *B*   supplicio ac domini *I*   dñi *B*   uerbis] *emendauit Iuretus*: ac Dominum uerbis precantibus alloquitur (ac *om. Gall. Arev.*)   deflete (o ns *supra*) *B*   limina *H*   4 inclinari] *om. H*   palmescebant *I*   5 ·ocium (s *eras.*) *H*   qu··am (i i *eras.*) *H*   otium quae iam *I*   desociare *HI*, disociari *B*   meru·erat *B*   sermones (i *supra*) *B*   6 culpa *B*   7 precabatur *HBv*   8 dum *v*   9 cum gratulatione] alib dum *in marg. R* (*haud dubie ad superiora* cum ueneris *pertinent*)   10 Amen, amen *B*   11 paradyso *RH*   miraculis *H*   12 parady·um *H*   secum *coni. Gall.*   13 quatinus *B*   euidentius *om. Bv*   e·docere (t *eras.*) *H*   quod *R*, qđ *H*[1] (q̊o *corr. m. 2*), quo· *B*, quo *v*   14 dominus *v*   sit ubique *v*   animum *HBv*   15 beatę *R*, beati *H*[1] beatę *corr. m. 2*   16 ne—adiecit *om. Iv*, *rasura usque* paradiso *in H*, *Gall. lacunam recte suspicatus coniecit*: non tantum, inquit, (*supple* meminero tui) sed hodie   17 agres *H*   18 inriguis] *ex* inriguas *B*   uoluptas *ex* -tis *B*   pulcrosque *H*   19 ortos *R*

beatos frondibus ramos ac nullis ultra pomorum decipientes insidiis serpens ingemit ille tartareus, antiquum sine lapsu degere iam colonum. ambo igitur uariis currentes motibus ut latrones iter diuersi callis inuadunt ac locis remotioribus imminentes discretam factis uiolentiam perpetrarunt. ille fores infernas intrauit, iste supernas inrupit; ille caligine profunda submersus gehennae claustra penetrauit, iste limen clarae lucis ingrediens caelorum regna diripuit.

19 Interea subito cunctus obscuratus est mundus, tenebris repentinae caecitatis oppressus ac mesta nebularum mole perfusus funereas dies celebrauit exequias; sol radiis remotus absconditis, tetra uelatus palla, delituit orbemque luctibus alienae noctis infecit. talem siquidem uultum patris orbata solatiis meruerunt elementa sortiri, ut cuius ortu laetata sunt, tristarentur occasu. sicut enim Domino nascente lux claruit, ita moriente discessit. tunc stella per diem fulsit, modo nec in nocte comparuit. sed quamquam caelo terraque fugitiuum lumen abscessit, non tamen diutius in hac remotione permansit per ipsa temporis interualla suspensi, magno uisum conuenire mysterio. nam sicut tribus horis mundi facies tenebris oppressa subiacuit, ita Dominum triduo clausum tumuli sepultura con-
20 texit. nec tellus sine clade tunc adstitit, omnibus contremescens fundamentis, quae talia sentiebat admitti, mundique rata

1 pemorum (o *superscr.*) *H* decipientis (cipi *in ras.*) *B*, decipientibus *v* 2 ingemuit *v* 3 dege..re *B* ut] *eras. H, om. v* 4 iter] inter diuersa *B* (*an ex* itiner?) 5 perpetrarent (u *superscr.*) *H* 6 inferni *v* caligini *Bv* profundae *Hv*, profunde *B* 7 sū.mersus *H* (˜ *a m. 2*) gehennae claustra p. *B*, claustra penetrauit g. *HBv* lumen *Hv* 9 DE TRIBVS HORIS TENEBRARVM *BH*, de sole obscurato, terrae motu & aceto porrecto *v* cunctus] totus *HBv* est obscuratus *v* 11 ex.equias *H* sed sol *v* 12 dilituit *HB* 13 tamen *H* 14 meruerunt] e, *corr. ex* i *B* 16 discescit *H* 17 fugiuum (ti *a m. 2*) *H* 19 suspensa *H* 20 oris *H* 22 DE TERRAE MOTV *B*, *om. Hv* adstitit *H*[1], asstitit *H*[2]*R*, astitit (r *superscr.*) *B* contremens *Bv* 23 admixti *H*, admitti (d *ex* m) *B*[2] sentiębat *B* rato *H*

uenisse iam finem dubio pependit natura sub termino, ne summus scilicet apex ad inferna descendens omnem protinus molem secum iugiter inclinaret in mortem atque proprium comitatus auctorem praeceps in chaos mundus effflueret. sed illa pietas diuinitatis inmensa properabat clementer ad tartara, quo perdita restitueret, non quo instituta deperderet. cumque **21** talia cernerent euenire pericula qui Dominum ligno crucis affixerant, nequaquam expauere tot signa, tot praesentis metus inaudita prodigia. quin insuper cum potum sitiens postularet, unus de plebe nequissima spongiam calamo nexuit et acetum eius ori porrexit. o quam Iudaeorum menti nequissimae liquor fuit ille conueniens, qui deteriora secuti uel infima pro culpa scilicet infidelitatis manzeres sunt uocati! sicut enim uina suauia, cum fuerint in acetum triste conuersa, cunctis a mensarum poculis repulsa iactantur, ita gens ista feralis et impia, quae priscis temporibus Deo placuerat, nunc odibilis et nimis est execranda.

Vt ergo beatae Dominus omnia passionis impleuit, animam **22** protinus suam sancto de corpore uolens ipse deposuit, eam uoluntarie rursus ipse sumpturus, ut fecit, quoniam mortuus quidem fuerat sed uiuebat, membris obeuntibus non diuinitate defunctus. audiamus ex eius persona Iohannes euangelista quid referat; ait enim Dominus ad discipulos suos: p r o p t e r

23 cf. Ioh. 10, 17. 18

2 summis *H* 4 commitatus *B* effuer& *B*, affflueret *v* 6 restituerat *H* non quo] *R*, quo *eras. H*, *om. v* DE SPONGIA CVM ACETO ORI XPI PORRECTA *R*, *om. Hv* 7 periculis quae *H* 8 expauerunt.o. signa *H*, expauerunt. O signa *Bv*, ob signa *coni. Arev.* 9 inauditu *R* qui *B* sciens *H*[1] (sitiens *corr. m. 2*) 10 saeuissima *HBv* 11 iudeorum *B* 12 infirma *v* 13 manzeres] e, *corr. B*, manzires *I* enim] *eras. H*, *om. Bv* 15 po-ulis *H*, populis *Bv* tangens ista *I* i.sta *H* 16 nuc (n *a m. 2*) *R* et] cum *B*, ac *v* 17 est] ē *m. 2 supra l. H* 18 VBI EMISIT SPM *BH*, Christus expirat, uelum templi scinditur, sancti resurgunt *v* 20 ipse rursus *v* *post* sumpturus, ipse *eras. H* 21 quidam *H* 23 qui *B*

hoc me Pater diligit, quod ego pono animam meam et iterum accipiam eam. nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me: potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum accipiendi eam. hoc mandatum accepi a Patre. quis itaque possit dubitare uel audeat eum, cui suam ponere licuit animam cum liberet, potuisse quoque resumere cum placeret, et hanc in sese magis operari uirtutem, quam dignatus est in plurimis demonstrare? reserantur fores ecce tartareae Christo ueniente deiectae, patet inferna retro iam semita, rumpuntur saxa, finditur terra, uacuantur sepulchra corporibus, reuiuescit turba sanctorum; et ne fides defecisset in credulo, agnoscitur resurgentium multitudo.

23 tunc illud quoque templum mirabile, plenum religionis antiquae, maioris templi culmina cecidisse conspiciens, uelut alumnus tristis et ingemens proprium defleret auctorem, discisso protinus uelo nudum cunctis pectus ostendit, interiora scilicet euidenter arcana gentibus reseranda significans et populis fideliter adfuturis, quoniam lex, quae sub Moyse uelamine diu tecta permansit, Christo nobis adueniente perclaruit. dic age, mors tristis et impia, nunc ubi tua sit feralis illa uictoria, nunc ubi stimulus execranda tibi seruiens ad sepulchra, quae a primae generationis interitu nullis umquam saturata funeribus humanum genus inuadens miserae soles fragilitati poenali semper dicione dominari? ecce nunc ad Christum tu pessima non uenisti, sed ad te Christus ultro descendit, cui sine morte licuit mori, qui cuncta gignens, cuncta constituens

2 et] *ras. in H*, *om. v* nemo—ponendi *om. v* 5 dubitari *H* 6 non audiat *v* libere. (t *eras.*) *H* 7 conplaceret *B* 9 patent inferni—semite *H* uenie *B* 10 findi..t̃ (ıн *eras.*) *B* 11 reuiuiscit *Bv* sanctorum *om. Bv* 12 credulos *H*, credulis *Bv* 13 VBI VELVM TEMPLI SCISSVM EST *B* 14 maiores *B* culmina] ...mina *H*, cum mina *I* 15 deflerat *v* discisso *B* 17 euident̃ (˜ *ex corr.*) *H* archana *libri* populus—adfuturus (i *a m. 2*) *B* 18 Moysi *Arev.* 19 aduenient.. (m *eras.*) *H* praeclaruit *HBv* 22 a *ex* ea *B* primo *v* 23 miserere *H*, misere *B* 24 tu] *om. Bv*

te solam liuidam non creauit. scriptura quippe uenerabilis dicit: Deus mortem non fecit. originis igitur tuae si materiem cupis agnoscere, serpente patre conciperis et culpa genetrice procrearis, sed indulgentia nunc regnante consumeris.

Interea Domini spiritus iam de corpore migrarat ad tempus, 24
frigidaque crucis in robore Christi membra pendebant, et adhuc furor arma non deserens inimicae manui lanceam subministrat ictuque nefario latus Domini plaga uiolauit infixa, altum uulnus aperiens ac defossum, per quod sanguis pariter et aqua fluxerunt. o quam catholico dogmati sociatur haec causa! o quantum Trinitatis fidei conueniunt haec sacramenta! corpus namque sanguis et aqua tria uitae nostrae sunt munera. omnes enim, qui Christo duci nos tradimus, in aquarum fonte renascimur eiusque corpus et sanguinem sumentes edimus ac potamus, ut templum sancti Spiritus esse mereamur. nam et Paulus apostolus ita loquitur dicens: an nescitis, quia templum Dei estis et Spiritus Dei habitat in uobis? quod ut Dominus iubeat templum nos inmaculatum gerere supplicemus, quatenus angustos et tenues tantus mansor sibi faciat idoneos et capaces.

2 Sap. 1, 13 16 I Cor. 3, 16

1 libidam *BI* 2 Dominus *HBv* fecit] (f, c *in ras.*) *H* igitur] t̃ *s. l. B* 3 materiam *HB* conciperis] i, *ex* e *corr. B*, conceperis *Col. Par.* culpā *B* 4 genitricę *B* indulgentiam *B* consum*eris (m *eras.*) *B* 5 VBI LATVS XPI LANCEA PERFORATVR *RH*, de lancea in latere Christi *v* (latus *Gall.*) migrat *RH*, migrauit *B*, migrarat *v cf. v. 285* 7 manui *ex* munui *B*, manus *v* 9 altum *om. B* apperiens *B* dęfossum *B* sanguis *ex* -nis *B* = 12 10 et] *om. R* aquae *Bv* satiatur *B* 11 quāantum *B* fide^{i} *H* sacramenta] *in marg.* al' secrata *R*, sacrata *HBv* 12 uitae] nostrae *om. R* 13 duce *v* nos tradimus] nostram *H*, nostr{ *B*, nostro *v* in—edimus] *in mg. add. B* 14 eiusque] que *eras. H*, *om. v* 15 s. spiritus templum *Hv*, templum *om.* (?) *B* 16 Apostolus Paulus *v* 17 quoniam *Bv* spiritus sanctus *HBv* 18 iub& *B* 19 quatinus *B* 20 sibi *om. B*

hoc me Pater diligit, quod ego pono animam meam et iterum accipiam eam. nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me: potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum accipiendi eam. hoc mandatum accepi a Patre. quis itaque possit dubitare uel audeat eum, cui suam ponere licuit animam cum liberet, potuisse quoque resumere cum placeret, et hanc in sese magis operari uirtutem, quam dignatus est in plurimis demonstrare? reserantur fores ecce tartareae Christo ueniente deiectae, patet inferna retro iam semita, rumpuntur saxa, finditur terra, uacuantur sepulchra corporibus, reuiuescit turba sanctorum; et ne fides defecisset in credulo, agnoscitur resurgentium multitudo.

23 tunc illud quoque templum mirabile, plenum religionis antiquae, maioris templi culmina cecidisse conspiciens, uelut alumnus tristis et ingemens proprium defleret auctorem, discisso protinus uelo nudum cunctis pectus ostendit, interiora scilicet euidenter arcana gentibus reseranda significans et populis fideliter adfuturis, quoniam lex, quae sub Moyse uelamine diu tecta permansit, Christo nobis adueniente perclaruit. dic age, mors tristis et impia, nunc ubi tua sit feralis illa uictoria, nunc ubi stimulus execranda tibi seruiens ad sepulchra, quae a primae generationis interitu nullis umquam saturata funeribus humanum genus inuadens miserae soles fragilitati poenali semper dicione dominari? ecce nunc ad Christum tu pessima non uenisti, sed ad te Christus ultro descendit, cui sine morte licuit mori, qui cuncta gignens, cuncta constituens

2 et] *ras. in H*, *om. v* nemo—ponendi *om. v* 5 dubitari *H* 6 non audiat *v* libere• (t *eras.*) *H* 7 conplaceret *B* 9 patent inferni—semite *H* uenie *B* 10 findi••t̃ (ın *eras.*) *B* 11 reuiuiscit *Bv* sanctorum *om. Bv* 12 credulos *H*, credulis *Bv* 13 VBI VELVM TEMPLI SCISSVM EST *R* 14 maiores *R* culmina] •••mina *H*, cum mina *I* 15 deflerat *v* disscisso *R* 17 euident̃ (˜ *ex corr.*) *H* archana *libri* populus—adfuturus (i *a m. 2*) *R* 18 Moysi *Arev.* 19 aduenienteـ (m *eras.*) *H* praeclaruit *HBv* 22 a *ex* ea *B* primo *v* 23 miserere *H*, misere *B* 24 tu] *om. Bv*

te solam liuidam non creauit. scriptura quippe uenerabilis dicit: *Deus mortem non fecit.* originis igitur tuae si materiem cupis agnoscere, serpente patre conciperis et culpa genetrice procrearis, sed indulgentia nunc regnante consumeris.

Interea Domini spiritus iam de corpore migrarat ad tempus, 24
frigidaque crucis in robore Christi membra pendebant, et adhuc furor arma non deserens inimicae manui lanceam subministrat ictuque nefario latus Domini plaga uiolauit infixa, altum uulnus aperiens ac defossum, per quod sanguis pariter et aqua fluxerunt. o quam catholico dogmati sociatur haec causa! o quantum Trinitatis fidei conueniunt haec sacramenta! corpus namque sanguis et aqua tria uitae nostrae sunt munera. omnes enim, qui Christo duci nos tradimus, in aquarum fonte renascimur eiusque corpus et sanguinem sumentes edimus ac potamus, ut templum sancti Spiritus esse mereamur. nam et Paulus apostolus ita loquitur dicens: *an nescitis, quia templum Dei estis et Spiritus Dei habitat in uobis?* quod ut Dominus iubeat templum nos inmaculatum gerere supplicemus, quatenus angustos et tenues tantus mansor sibi faciat idoneos et capaces.

2 Sap. 1, 13 16 I Cor. 3, 16

1 libidam *BI* 2 Dominus *HBv* fecit] (f, c *in ras.*) *H* igitur] ĩt *s. l.* *B* 3 materiam *HB* conciperis] i, *ex* e *corr.* *B*, conceperis *Col. Par.* culpā *B* 4 genitricę *B* indulgentiam *B* consum*eris (m *eras.*) *B* 5 VBI LATVS XPI LANCEA PERFORATVR *RH*, de lancea in latere Christi *v* (latus *Gall.*) migrat *RH*, migrauit *B*, migrarat *v cf. v. 285* 7 manui *ex* munui *B*, manus *v* 9 altum *om.* *B* apperiens *B* dęfossum *B* sanguis *ex* -nis *B* = 12 10 et] *om.* *R* aquae *Bv* satiatur *B* 11 quāantum *B* fide' *H* sacramenta] *in marg.* al secrata *R*, sacrata *HBv* 12 uitae] nostrae *om.* *R* 13 duce *v* nos tradimus] nostram *H*, nostr{ *B*, nostro *v* in—edimus| *in mg. add.* *B* 14 eiusque] que *eras.* *H*, *om.* *v* 15 s. spiritus templum *Hv*, templum *om.* (?) *B* 16 Apostolus Paulus *v* 17 quoniam *Bv* spiritus sanctus *HBv* 18 iub& *B* 19 quatinus *B* 20 sibi *om.* *B*

25 Postquam igitur thesaurum corporis pretiosi depositum sacer locus ille suscepit, qui Domino ibi iacente nobilis claruit, resurgente nobilior triumphauit, generatio fallaciae iam deuota consuetum sub impio corde nefas excogitans Christum nocturno silentio discipulis iactitat rapientibus auferendum, ut sicut ipse praedixerat, diem uulgaretur surrexisse post tertium. hac itaque Iudaei furtiua suspicione perterriti plurimam petunt custodiam sollertius adhiberi tumulique fores et ianuam fida nimis obsidione uallari. si nondum post crucis acerba supplicia, post ferri plagas et uulnera, post mortalem corporis sepulturam, cruentum, carnifices, implestis officium nec odium post innocentis exitum saturastis iniustum Dominumque potentiae singularis, qui totiens animas eduxit ab inferis, suam reuocaturum potius non probatis: in peiorem partem consilia uobis apta peragite, fouete sensibus dolos perfidiae nutrimentis armatos, sepulchri claustra signate, uigilias militares adponite, monumentum saxo praecludite cunctaque malignis, ut facitis, dispositionibus instruentes dicite: quis Deum poterit custodire, cui cuncta reserantur, nihil obstruitur? regnat in caelis, imperat fretis, dominatur et inferis. quid itaque, tumultus in-

1 DE LOCO SEPVLTVRAE CORPORIS DNI *RH*, Corpus Domini conditum sepulcro adhibita custodia militari *v* posquam *B* tesaurum (h *a m. 2*) *H* 2 *ante* Domino, a *eras. B* ibi] *om. Hv* 3 iam] *eras. H*, *om. Bv* 4 consuetum] *om. R* 5 rapientibus] *eras. H*, *om. Bv* 6 resurrexisse *R* postertium (t *a m. 2*) *H* 7 ac *H*, *haec v*, hac *coni. Arev.* Iudei *B* suspicione *ex* susceptione *H*[1] 8 petant *H* 9 acerua *H1B* u *in* b *corr.* 11 implesti' *B* exit*um *H*, exitum *v* 12 saturasti' *B*, saturatis *Col. Par.* que] qui *v* d**m*** potentiae *H* 13 quotiens *RHv* eduxerit *R* 14 potius reuocaturum *v* concilia *Hv* 15 apta] *om. R* 16 sepul claustra *R*, sepulchris cl. *B* 17 monimtu (o *ex* u) *B* 18 dominum *v* 20 et] *om. HBv* itaque perfidis *v*

condite, perdis opus excubiis et labore? quid fidem niteris explorare, quam non uis, etiam cum probaris, admittere?

Interea illud triste post sabbatum coeperat dies inradiare 26
festiuus, qui Domino dominanti gratissimus nomen ab eius maiestate sortitur, dictus hoc honore Dominicus, quippe qui tantum consecutus est dignitatis, ut primus meruerit intueri mundi nascentis originem et resurgentis Christi uirtutem. sic enim liber Geneseos, rerum manifestus assertor, die septimo sabbatorum a suis requieuisse Deum dicit operibus. apparet ergo perspicue, quod caput orbis iste sit dies, a quo primario per ordinem definitum numeratur septimus sabbatorum, quem gloria regis aeterni tropaeo quoque suae resurrectionis inlustrans primatum cum religione concessum dierum censuit retinere cunctorum. huius lucis ortu conspicuo mater uirgo cum ceteris 27
mulieribus fideliter congregatis, quae munus pariter ferentes aromatum Domini uenerant ad sepulchrum, lacrimis ora sulcabant, pectus gemitibus commouebant. moxque locum conspiciunt sepulturae uacuum corpore iam patere, sed mira plenum redundare uirtute. de caelis angelus namque descenderat et

1 labore• (m *eras.*) *H*, laborē *B* finem *v* niteri•s *H* expoliare *B* 2 nobis etiam comprobaris ammittere *R*, nouis etiam c•nprobaris a•mittere (m *eras.*) *H*, quam noles etiam cum probares ammittere *B*, quam nobilis etiam comprobaris ammittere *I*, *em. Iur.*, etsi iam comprobaris a. *coni. Hartel* 3 DE RESVRRECTIONE DNI *RH*, De resurrectione die dominico et angelo tumulis adstantibus *v* Interea coeperat i. t. *Hv* (ceperat *H*) 4 fest•••is *H*, felix *v* iradiare festis quæ *I* domino *s. l.* *R*[2] dominanti (i, *corr. uid.*) *R* 5 domi////nicus *H* 6 meruerit primus *H* 7 mumdi *H* resurgenti *H* 8 hic enim *v* gene^seos (gene *in ras.*) *B* manifestus] mundi'| factus *B* 9 requieuisse (ie *s. l.*) *H* 10 caput *om.* *R*, capud *B* sit si *B* 11 definitus *Bv* 12 tropeo *R*, tropleo (?) *H*, tropheo *B* 13 religione] li *s. l.* *B* consuit *H*, consuit *B* 14 DE MVLIERIBVS QVAE VENERVNT AD MONVMENTV ET DE VISIONE ANGELI *R*, *om.* *H* 15 fideliter] *s. l.* *B* qua *HB*, quia *v* 16 Domini] dum *v* uenerunt *HBv* sulcabant (t *in ras. m. 2*) *B*, sulcabat — commouebat *Hv* •ora (h *eras.*) *H* 19 namque angelus *v*

a tumuli foribus euoluto mirabilis residebat in saxo, uultu flammeus, uestimentis albatus, ut gemina uidelicet diuersitate resplendens terrorem pariter laetitiamque monstraret, terrorem profecto custodibus ignea facie comminatus, laetitiam quaerentibus Christum niuea uestis iucunditate blanditus. ergo mulieres angelica reuelatione firmatae Dominum gaudent
28 reuixisse post mortem. milites autem tali uisione perterriti uitam nequeunt retinere in ancipiti discrimine constituti desertaque continuo statione praecipites urbem repetunt, miracula referentes gratisque manifesta renuntiant. postquam fidem pretio uendiderunt, in fallaciam permutantur ignauam, moxque Christi discipulos nocturnae quietis insidiis aucupatos eum diripuisse confingunt. dic, nefande custos et improbe, fare, scelerata legio, quid mediteris adstruere, quae studio pecuniam conquirendi foueam tui casus non uides et periculi, quantum supplicii merearis ignoras, cum mauis neglegens uideri quam uerax. constat enim te fuisse peruigilem, sollicitum, perspicacem, numquam lumina somno flexisse, nisi labori uicibus perfouendo proximus rite collega succederet, ita locum excubiis communisse, ut nullis adiri posse fraudibus appareret. num Christus, ut audes falsa uoce componere, nocturni operis tempore te quieto suorum manibus raptus est a sepulchro, cuius ibi

1 a* (d *eras.*) *H* tumuli *ex* tumulo *B* resedebat *H* 5 iocunditate *RH*[1]*B* blanditus] b *in ras.* *B* 7 post *B* autem] *eras.* *H*, *om.* *v* DE FVGA MILITV̄ ET MENDACIO EORVM *R*, *om.* *H* perterri *H* 8 ancipiti *ex* ancipite *B* ne nequeant *coni.* *Ludw.* 9 ^{re}petunt *R*; repetunt *om.* *H* 10 **ferentur (re *eras.*) *H*, (feren *in ras. m. 2*) *B*, perferentes *1 Gall.* 11 ignauam *v*, ignauiam *R*, ignau*am *H*, ignauia *B* 12 insidias *R* occupatos *H* 14 meditaris *H* asstruere *RB*, astruere *H* peccuni* (a *eras.*) *H*, pecuniae *Bv* 15 conquirend* *H*, conquirendae *v* cui *Hv* non uides] **n̄ fides *B* pericli *Bv* 17 uera *B* enim] tunc *m. al. in ras.* *B* 18 nise *ex* nisi *B* 19 proximos *B* suaderi *B* 20 nullus *H*, nullis *ex* nullus *B* posse* (t *eras.*) *R*, posse *ex* -set *B* num] nam si *HBv* 21 au*dis (i *eras.*) *H* nocturnis *R*, nocturnos *H* 22 te] *eras.* *H*, *s. l.* *B*, *om.* *v* e sepulchro *Bv*

lintea, cuius adiacent uelamenta, circa cuius residet angelica uirtus exuuias? an beatum corpus ille, qui rapuit, prius exuit et nudauit, celerius arbitratus detectum posse subduci quam ligatum, sicut manebat, auferri, cum sit mora furtis rapacibus inimica potueritque cautius et latenter cum suis quoque Domini uelamentis auferri. mentita est iniquitas sibi. habet tamen ista res gratiam figurati sensus egregiam. Iudaeis etenim Christum spiritaliter constat ablatum, quem nos tota mentis et pectoris deuotione portamus. plange, Iudaea, tuos itaque sacerdotes, plange ministros et populum, quae pro tantis deserta flagitiis non iam tuba gaudebis, non unctu firmaberis, non sacrificiis perfrueris. cuius spe namque uirtutis tibi tuba perflabitur, cum regem uideas interemptum? quis unctus ultra iam dabitur, cum ipsius unctus amiseris principatum? quae uictima ferietur, cum uictima fuerit pastor ipse mactatus? discedat synagoga proprio iam colore fuscata: Christus sibi pulchram niueo decore sociauit ecclesiam. haec **29**
honorem Mariae praesentat et gloriam, quae, Domini cum claritate perspicua semper mater esse cernatur, semper tamen uirgo conspicitur. huic sese Dominus ilico post triumphum

6 Psal. 26, 12

2 ad excubias (ad *s. l. m. 2*) *R*, exuuias *ex* excubias *H*, exuu*ias (uu *m. al. in ras.*) *B* exiuit *PB*, ex*uit *H* 3 aruitratus *P* 4 auferri] *sequitur rasura duorum versuum, incerta litterarum uestigia adhuc exstant H* manebat auferri mentita *v* 5 cautis *P* suisq; *P* 6 ini///qutas (i *s. l.*) *B* 7 *post* iudeis *ras. in B* 9 pectoris] corporis *P* portam *P*, portamus *ex ras. H*[2] 11 gaudebis] clangebas non iuncta firmaueris *P* uncto *HBv* *ante* tuba *ras. 1 litt. B*, *post* tuba, tibi *s. l. B* 12 namque] poenamque *H* 13 intemptum *P* 14 unctus iam ultra *v* uncti* *B*, unctis *Par.*, uncti *Gall. Arev.* principatū* (s *eras.*) *P* 15 q̃** *H*[2] 16 sinagoga *libri* 17 eclesiam *P* LAVS SCAE MARIAE MATRIS *R*, *om. H* 18 honere *P* Mariae* (s *eras.*) *H* praes**tat (en *eras.*) *H* praestat ad gloriam *Bv* Domini] *om. PHBv* 19 conspicuam *P*, prospicua *Hv* **semper (et? *eras.*) *H* cernitur *H* 20 sese] *om. B* hilico *P* postriumphum *H*

resurrectionis ostendit, ut pia genetrix et benigna talis miraculi testimonium uulgatura, quae fuit nascentis ianua, dum uenisset in mundum, haec esset eius et nuntia deserentis infernum.

30 Mox deinde conuiuio cum quibusdam uelut praeteriens uiator interfuit, atque confractione panis eorum se sensibus et oculis publicauit, quia cum uerus ipse sit panis, illis luminibus innotescit, quos fides interior reserans ac detegens ad
31 agnitionem Domini gratiae claritate perducit. frequenter etiam diuersis temporibus et momentis manifestum sese discipulis demonstrauit: nunc uescentibus inopinus apparens, nunc obusti piscis et faui cibos accipiens, quatenus euidentius edoceret res esse corporis dapes, quas edendo uidentibus approbauit illa se membra nunc gerere, quae nuper gesserat ante.

32 Rursus idem, cum metuentes apostoli plebis, quae Dominum saepe negauerat, uiolentam sustinere saeuitiam, clausis domus ianuis permanerent, obseratis adstans foribus inprouisus, pacem cunctis dedit salutatione sermonis, ut afflictis laetitiam tribuens repensam, quod prophetica uoce signauerat, approbaret,

1 genitrix *P* miraculis *B* 3 inferna *HBv* 4 QVOD IN FRACTIONE PANIS SIT D̄N̄S AGNITVS *R*, de fractione panis ubi d̄n̄s fuit agnitus *H*, Christus discipulis apparet, fauum et piscem manducat *v* uel^{ut} preteriens *R* 5 confractione] in fractione *Bv*, in *ex* cum (?) *H* se *om.* *RB* 6 quia] ꝑ *B* cum] quod *HBv* illis] *eras.* *H*, *om.* *v* 7 innotescet *P* •nterior (a *eras.*) *H* reserans] reserant *P*, inserens *v* detegens] alib̄ detḡe| *in marg.* *R*, detergens *PH*, detegens *v* 8 DE FAVO MELLIS ET PARTE PISCIS ASSI *R*, *om.* *H* 9 manifesta *P* 10 demonstrauit *om.* *P* abusti *B*, adusti *v* *post* conbusti *sequuntur in P* tale genus — Dei *cf. p. 300, 9* 11 faui cibos] faucibus *P* quatinus *PB* edoceret euidentius *Hv* edocere *P* 12 res] *om.* *R* sedendo *P* 13 •illa *H* nun *B* ante] mortem *Hv*, mortē *B* nunp geferut ante XV *P* 14 VBI INGREDITVR AD DISCIPVLOS CLAVSIS FORIBVS *RH* (*post* saeuitiam *inscr.*), Christus ostendit plagas suas discipulis *Par. Col.* Rursus — saeuitiam *in ras.* B^2 contumentes *P* d̄n̄s *P*, dm̄ *B* 15 saepe dominum *R* uiolentia *P*, uiolentiam *H Par. Gall.*, uiolentā (a *corr.*) *B* clausi• (s *eras.*) *H* 16 obtrusis *H*, obstrusis *Bv* 17 laeuitiam *P* 18 repen•am *H*, repentinam *v* prophetia *B* adprobare *P*

quia cor contritum et contribulatum Dominus non relinquet. moxque manus aperuit perforatas, plagam lateri nudauit infixam, ne phantasma crederent, si uulnerum indicia non uiderent.

Quoniam uero Thomas aeque uenerandus apostolus, quem 33
Didymum uocabulo nuncupabant, ibi non aderat, et talia sociis referentibus non credebat: ecce Dominus eodem postmodum residente cum fratribus inmotis se denuo foribus repraesentat, qui numquam spiritaliter ab ipsis abscesserat, coramque cunctis uisus in medio non dedignatur morem gerere trepidanti discipulo: palmisque rursus et latere demonstratis tactu uulnerum patitur se probari, magis hinc agnitus, quod ipse sit Christus, quia dubitantis animum placida fouit lenitate susceptum. quisquis enim dolos artifices caeca sub imagine fraudis exercet uanasque nebulas et figuras ad decipiendas instruit mentes incautas, non uult inquiri, non uult sua facta cognosci, quo lateat sub nubis uelamento fallacis, oculosque compositis miseros simulacris inludens odit sollicitos, si deprehendi coeperit, et amicos. Dominus autem uerax in omnibus Christus etiam credere dubitanti mitissimus, non irascitur ambigenti, sed ut digitos quoque mergat in uulnera, leni

1 cf. Psal. 50, 19

1 humiliatum *Hv* 2 relinqu..et (er *eras.*) *H*, relinquit *R* apperuit *B* perforatos *P* planga *P* 3 mundauit *P* fantasma *libri* 4 uiderent] *sequitur ras. 2 fere uersuum in P* 5 VBI THOMAE MONSTRAT LATVS PERFORATVM ET FIXVRAS CLAVORVM *R*, *om.* *H* apostolus (o₂ *ex* u) *B* 6 nuncupa..nt (ba *eras.*) *H*, nuncupa.bant *B*, nuncupant *v* (*except. Col.*) 8 foribus] fratribus *R* repraesentat] re *eras.* *H*, praesentat *v* 10 usus *H* 11 tactū (˜ *eras.*) *B* 12 cognitus *R* 13 Christus sit *HB* qui *Bv* animam—susceptam *Hv* placita *R* 14 artificis *Hv* 16 *post* incautas, uult inquiri *eras.* *H* inquiri non uult *om.* *Bv* 17 quo *B*, non *R*, *ras. in H*, quod *v*, num *Ludw.* lateant *coni. Ludw. in adn.* 18 miseris *H* inludens (I *a m. 2*) *R* *fort.* sollicitus *cf. Carm.* 19 amicos] amictos *v*, *uox mihi suspecta Gall.* 20 dubitandi *HI* 21 ambigendi *R* (t *a m. 2*), ambigendi *H* uulnerali *H* leni *om.* *v*

facilitate concedit, sciens huius probationis exemplum non ad Thomae tantum, qui fuerat iam beatus, sed ad fidem deinceps pertinere multorum.

34 Post paucos iterum Dominus dies Petro piscanti cum sociis ad marinum sese litus ostendit, totaeque noctis labore peruigili nullam cernens fessos habuisse capturam, dextrum retia dimitti iubet in pelagus, confestimque clauso gurgitis salo piscosae congregationis inmensa crepantes sinus eduxere cum praeda, quam ante Domini gaudentes proiecere uestigia. tale genus ergo miraculi non uulgari facto sentiri, sed typica debet intellegentia ponderari. retia siquidem credamus praecepta Dei lucida nimis atque perspicua, quibus omnes dextera sectantes a saeculi fluctibus eruendi clauduntur Christi uestigiis
35 inclinati. nam et piscis supra prunas adpositus, eodemque panis in loco simul ab ipsis inuentus catholica religione cernitur non carere. nam piscis aqua uidetur intellegi, qua nos ablui certum est ac renasci, panis Christum significat saluatorem, cuius eodem corpore uescimur ad salutem. ignis Spiritus sancti gerit imaginem, quo deuoti consecramur ad fidem. in eadem namque specie demonstratus effulsit, cum beatos apostolos, sicut liber eorum Actuum protestatur, clara

1 facile *Col.* 2 $\overset{h}{t}$omae *H*, athomę *B* fuerit *B* tam beatus *v* 4 VBI DIX̄ PETRO LAXA RETIA AD DEXTERAM *RH* (in dext.), Christus piscanti Petro in dextram iacere retia iubet *v* item *Bv* piscante *H* con *B* 5 maritinū *B* tot$\overset{o}{a}$q; (o *a m. 2*) *R*, totoq; *H* peruigili] perpili *Iv*, *forte* peruigili *uel* perpeti *Iur.*, perpero *coni. Gall.* 6 capturas *ex* -rū *B* 7 pe///-lagos (*ras. 1. l.*) *B* 8 inmersa *v* crep$\overset{it}{a}$ntes (it *a m. 2*) *H*, crepitantes *v* 9 pr$\overset{i}{o}$cere *H* 10 tipica *P*, typyca *H* 11 credamus] a *ex* i *R* 12 dilucida *v* dextra *HBv* sectantes] *fort.* stantes 13 a] *om. H*, et *v* fluctibus ////////////// ruentis *H* (*ras. 7—8 litt.*) Christi *addidi*, *post* clauduntur *ras. 3 litt. in H cf. v. 399* 14 inclinati *H*[1] *corr. in* inclinata VBI EXPONIT DE PANE PISCE ET PRVNIS *R*, *om. H* 15 chatholica *H* religione] ratione *mauult Mign.* 19 quam *H* 21 beatus *H* apostolos (o$_2$ *ex u*) *R*, apostoꞏlos *B*

sui diuinitate perfudit. tunc ad epulas eos sumendas inuitat placida solemnium praeceptione uerborum, qui mensae Domini mox unanimes congregati cibos sanctae benedictionis accipiunt et Christum plena fidei ueritate cognoscunt.

36 Cum uero modicis surrexissent dapibus competenter impleti, Petrum Dominus, an eum diligat, clementer interrogat. cui protinus annuenti cupiens greges utpote bonus pastor augere, tamquam fidelissimo nimis operario uel probato suas oues agnosque commendat. et haec tertio repetit ac reuoluit, ut recentioris culpae trina negatio parili dilectionis purgaretur ex numero. quod autem Petro specialiter alendi gregis tribuit dignitatem, cum probetur omnes aeque diligere, non ad aliorum pertinet detrimentum, sed rationi uidetur esse coniunctum. hoc animal namque mitissimum pro simplicitate naturae iustis est comparatum, quos, cum uenerit in maiestate sua rex omnium, taliter a dexteris adstantes, sicut ipse docuit, alloquetur: u e n i t e, b e n e d i c t i P a t r i s m e i, p o s s i d e t e r e g n u m p a r a t u m u o b i s a c o n s t i t u t i o n e m u n d i, et cetera. ingressuros igitur iustos in regnum consequenter illi commendat, cui claues se daturum eiusdem regni promiserat.

37 Inde monitis eos beatis erudiens et pacificae roborans traditione doctrinae per omnes imperat terras religiosae fidei

17 Matth. 25, 34

1 perfundit *H* 2 placida] *s. l. B*[2] pceptione *B* 3 mox *ras. in H*, uoce *v* unianimes *H* 4 ////plena. (m *eras.*) *H* 5 VBI TER INTERROGATVR PETRVS A DOMINO SI EVM DILIGAT *RH* (ter *om.*), Oues et agnos Petro alendos Dominus mandat *v* insurrexissent *v* 6 ////cui *H* 7 utpute *B*, ut *v* pater (*ex* pote) *B* pastor bonus *v* 9 reppetit *H* 10 recentiori *HB Par. Arev.* cupae *B* parili] li *eras. H*, pari *Bv* 11 Petrus *I* greges *v* 13 pertinet ad detrimentum *v* esse] *om. R* 15 est] *eras. H, om. v* comperatum *B* 16 ad *B* dextris *HBv* alloquitur *HBv* 17 possedete *H* 18 contitutione *H* 18 paratum uobis regnum *HBv* etc. *v* 19 ingressurus *H* 21 VBI DIXIT DNS ITE DOCETE GENTES *RH*, Pacem seruandam discipulis mandat *v* beatus *H*[1] (*corr. in* os *m. 2*) pacifice *H* traditionē *H* 22 imperans *Bv* religione *H*

praecepta dispergere sacrique baptismatis unicam trinitatem cunctis gentibus praerogare, sic inquiens ac decernens: data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quaecumque mandaui uobis, et cetera.

38 Cumque diuinitatis omnia mandasset impleri, mox in Bethaniam iisdem pariter eductis egressus coram beatis protinus uiris, qui tanti uisionem triumphi meruere sortiri, per oras euectus aetherias, arcem sidereae dominationis ascendit et ad dexteram patriae residet maiestatis, totumque proprio regit et gubernat arbitrio, qui cuncta iugiter excelsa possidens ac profunda post caelum descendit ad tartarum, post tartarum remeauit ad caelum. ob hoc igitur uoluit hisdem praesentibus ad astra migrare (quantum paruitatis meae dignatur sensibus aperire), ut iter eis qua sequerentur ostenderet, quibus ante passionem sibi dicentibus: Domine, nescimus quo uadis, quomodo possumus uiam nosse? respondit euidenter et dixit: ego sum uia et ueritas et uita. uia, quoniam per eum Patris peruenitur ad gratiam. ueritas, quia credentibus tribuit quae promittit. uita, quoniam morti non

2 cf. Matth. 28, 18 seq. 18 Ioh. 14, 5

2 prorogare H^1Bv 4 eas *R*, eos *HBv* 6 obseruare *Bv*, conseruare *Ludw.* omnia *om.* *B* 7 & cær *B*, etc. *v* 8 DE ASCENSIONE DNI *RH*, Ascendit Christus in caelum coram omnibus *v* diuinitas *v*, dominus *suspicatus est Gall.* 9 hisdem *RB*, isdem *H* 10 uiris] uersis *H* uisione *B* horas *R*, horas *I*, **ra* *H*, auras *Ludw. cf. Lachm. ad Lucr. III 405* 11 aethereas H^1v 12 dextram *v* reside[t] *H* sidereae residet maiestatis *R* 13 arbitro (?) *H* pfunda *B* 14 ascendit *R* *post* profunda *spatium* ½ *uers.* *H* 15 in caelum *Bv* ob *ex* ab *B* isdem *H*, hi[r]dem *B* 17 apperire *HB* eisdem *v* 20 uia ueritas *B* uita Qm̄ *B* 21 peruenit̃ H^1 (˜ *add. m. 2*) ueritatēque *B* 22 tribuet *v* quem *H* **morti *H*, et morti *v*

subiacent quos adoptat. laetissimi intuentes ergo discipuli Dominum supra nubes excelsum coruscos siderum tractus propriis deuicto mundo calcare uestigiis uenerantur supplices et adorant, redituque gratissimo famulatas eius gressibus aerei tramitis plagas, quas oculis uiderant, reuoluunt cordibus et reportant cunctas udituri gentes, ut credant. testes namque fideles et maximi diuinae probantur esse uirtutis, qui facta Domini Iesu Christi uidentes innumera nobilium scripserunt pauca gestorum. nam si religiosis omnia potuissent chartis innecti nostri miracula Saluatoris, nec ipse forsitan mundus, sicut Iohannes euangelista testatur, qui scriberentur, uolumina caperet uniuersa librorum.

11 cf. 21, 25

1 Laeti////////////// *H*, laetis////////// *B*, laetis uultibus *v* 2 corusco[r] siderum trac**tus (ta *eras.*) *B*, c*os siderum corus tr. *H* 3 deuoc*to (o, *in* i *corr.*, c *ex alia littera*) *B* uenerant *RH*[1], uenerantur *H*[2] *v* 4 familiae *v* 5 [the] aerii *B* *ante* tramitis *ras. 1—2 litt.* *B* quas *B* uiderent *H*, uiderunt *v* reuolunuunt *B* 6 cunctę *B*, cuncti *v* monitu rigentes *B*[1] (*corr. m. 2*), morituris gentes *B*, generis uiris ut gentes *v* 7 & magni**dinæ (tu *eras.*) *B* 8 innumerabilium *v* 10 cartis *libri* annecti *v* forsitan* (t *eras.*) *H* 11 qu** *H* 12 caperent *H* EXPLICIT LIBER QVINTVS SEDVLII DE CARMINE PASCHALI *B*, INCIPIT EPISTOLA SEDVLII *H*, EXPLICIT PROSA SEDVLII *B Iur.*

APPENDIX.

I. CARMINA AD SEDVLIVM SPECTANTIA.

II. EXCERPTA EX REMIGII EXPOSITIONE IN PASCHALE CARMEN.

I.

CARMINA AD SEDVLIVM SPECTANTIA.

I. TVRCII RVFI ASTERII CARMEN.

Sume, sacer meritis, ueracis dicta poetae,
  Quae sine figmenti condita sunt uitio,
Quo caret alma fides, quo sancti gratia Christi,
  Per quam iustus ait talia Sedulius.
Asteriique tui semper meminisse iubeto,
  Cuius ope et cura edita sunt populis.
Quem quamuis summi celebrent per saecula fastus,
  Plus tamen ad meritum est, si uiget ore tuo.

II[a]. VERSVS BELLESARII SCOLASTICI.

S edulius Christi miracula uersibus eden **S**
E micat, inuitans paruae ad solemnia mensa **E**

2 cf. Sedul. p. C. I 17   2 cf. Sedul. p. C. I 2 sq.

I. *Cf. de carminis auctore meam de Sedulii poetae uita et scriptis commentationem p. 31 sq., de notarum siglis indices supra descriptos.* INCIPIVNT VERSVS EIVSDEM (*scil. Asterii*) *G*, sequentes eiusdem indicant asterii uersus *in summo folio 45 incipiens Q* (*Paris. 8319 s. XI cf. Riesii Anth. lat. 491*), VERSVS ASTERII *b in mg.*   1 Summe *Od*   pater *d Cellarius ex cod. Cantabr.*   ueracia *Sirmond* (*ad Ennodium epp. I 24*) *al.*   3 sancti quo *cod. Arntz.*   4 agit *b*, tot *Reg. 2*   per] o *c*   5 Astriique (e *a m. 2*) *F*   iuuet te *Withofius*   6 cura haec edita *cod. Arntz.*   tedita *b*, didita *coni. Barthius, fort.* tradita   7 quae *cod. Arntz.*   celebrant *F*[1] *corr. m. 2*, caelebrent *b*   factos *Reg. 2*, fasti *Cellarius cum nonnullis*   8 est *om. Pbd*   II[a]. VERSVS BELLESARII SCOLASTICI *Γ* (*m. s. IX*) *F HP'* (= *Paris. 8094 s. XI ex collatione Riesii*) *Reg. 6* (= *Vat. Reg. 2078 s. IX cf. Peiper, Alcim. Avit. p. CXVII*), V S B S R (superscr. I S I L I) SCOLS DISCIPVLI Sedulii *E*, INCIPIT VERSVS BELLESARII SCOLASTICI *K*, ITEM *R'* = *Reg. 15 B XIX* (*cf. infra p. 309*), *inscript. eras. in GΓ, om. C DO Reg. 1 cf. Prol.*   2 parua *duo mss. Barthii* (*cf. Adv. LIII 5*) *Poelm.*   sollempnia *DR'*

D ignum conuiuam, non hunc, qui carperet illu D,
V ix quod nobilium triplici fert aula parat V,
L aetum quod ponit sub aurea tecta tribuna L,
I n quo gemmiferi totque aurea uasa canistr I
V iuida pro modico portant sibi prandia uict V,
S ed quod holus uile producit pauperis hortu S.
A t post delicias properant qui sumere magn A,
N ituntur paruum miserorum spernere germe N:
T utum quod nihil est (tutum nil uentre tumesci T),
I nsidias membrisque mouent animaeque ludent I.
S i tamen his dapibus uesci dignantur egeni S,
T emnat diuitias animus paucisque quiesca T
E xemplo adsumptus Domini, qui milia quinqu E
S emotis cunctis modicis saturauit ab esci S.

3 conuiuium *DFPR'*, coniuiū *C*, conuiui•um *K*, conuiui•• (a *a m. 2*) *H* quia *P'* carperet *ΓC^{2}EFG^{2}HR'T*, caperet *Reg. 2*, carpis et *C^{1}DG^1*, carpere s& *K*, carpescat *P'*, cappit et *cod. Barth.*, carpserit *Arev.* 4 uix ad *CDFGKP' Reg. 6*, uix quam *Reg. 2* tripli *D* profert triplici *ΓET Poelm.*, praefert triplici *Reg. 2*, profert aulaea *Reg. 1* 5 ponet *CFGHKO Reg. 2*, poneret *P'*, spondit *Reg. 1* subque *cod. Barthii* 6 tot *Γ fort. recte* area *F* 7 uuida *EOT Reg. 1. 3. 6*, uita *F^{1}H^{1}K^1*, uiui *Mabillon* sibi *om. F* gaudia *nonn. editt.* uita *duo mss. Barthii* 8 sedq. *C* ^{h}olus *E*, uilis *unus Barthii* paupere^{i}s *F* (*corr. m. 2*) ortus *ΓDFG^{1}PR'* 9 et *E 2*, ad *K*, aut *unus Barthii* apud *Ott. 2*, *fort.* per dilitias *ΓDG^{1}KP'R* 10 nititur *H^1 corr. m. 2* 11 tantum *Reg. 1*, totum *coni. Arev.* quo *E 1. 2 Reg. 6* nihil] nil *FH^{1}P'*, nubem (est *om.*) *C* tutum *scripsi*, dum cum nil *CDG* (nihil *a m. 1*) *HP' Reg. 1*, dum nil cum *ΓE 1. 2 KOT Reg. 6*, nihilum dum *coni. Arev.* in uentre *Reg. 2*, conuescendo *R' Ott. 2* tumesat *E 2* 12 insidiis *Reg. 2* menbris *C*, membras *E 2*, uentrisque *unus Barthii*, que *om. rell.* monent *scripsi*, remouens *E 1*, moueat *R'*, mouens *rell.* animaequi *Reg. 6*, que *om. ΓE 2 O* laudenti *ΓC*, luenti *GKT*, ruenti *Fabr.* 13 dignatus *CDFK*, dignatur *EGHP'*, dignanter *T*, dignantur *ΓR' Arev. cum Romanis* (?) aegenis *ΓR'* 14 temptat *P'*, teminat *E 2*, tempnat *plerique* diui••as *C* pacisq; *R'* 15 assumptus *GT*, assumpsit *O* quo *CD E 1 GK Reg. 3* quinquae *plerique* 16 satiauit *Poelm. Fabr.*

II^b.

S edulius Domini per culta noualia pergen S
E n loca prospexit multo radiantia flor E:
D iscurrit per prata libens, quo gramine Daui D
V idit diuino modulantem carmina cant V.
L audabili psallente uiro refluit cythara me L.
I lle ubi grandisoni captus dulcedine plectr I
V ritur et celeri graditur per lilia pass V
S acratosque iterum late conspexit amoeno S,
A eterna Christi fluuios quos abluit und A,
N ec passus torpere diu doctoris acume N,
T unc sua Dauiticus delectus plectra poposci T

1 cf. Verg. Ecl. I 71 3 cf. Sedul. epist. ad Maced. p. 2, 13 11 ib. p. 3, 12 11 cf. Sedul. p. C. I 23 sq.

II^b. *Sequitur nullo spatio intermisso in CHK, post spatium 1 uel plur. uers. in DFG, praecedit priori in E 2 R', inscr. om. P' Reg. 1, 6; carmen om. ΓE 1 OΥ*: INCIPIVNT VERSVS LIBERATI SCOLASTICI DE SEDVLIO *R'* (*Cod. Reg. Mus. brit. 15 B XIX s. IX cf. Zangemeister, Bericht über die Durchforschung der Bibliotheken Englands p. 31*), INCIPIVNT VERSVS LIBERATI SCOLASTICI EX VTRAQVE PARTE ANACROSTICI *f* Liberti *unus Barthii*, Liberii *v* 1 cuncta *unus Barthii Mabill.* gaudens *Reg. 6* 2 perspexit *E 2 R' Reg. 1 c*, conspexit *Fabr.* multa *EFm* radientia *DEGHP'R' Reg. 2. 6 m* 3 discurrunt *C* pata *F*, petra *R'* quod *CFGHP'* 5 modolantem *CP'*, moderantem *E 2 fm duo Barthii*, moderantur *R'* carmini *K*, carmine *Poelm.* 5 laudabili *CDFGHKP' Reg. 2. 3. 6 unus Barth. Poelm.*, laudis *E*, laudis et *R'*, laudis hic *fm*, laudis hoc *unus Barth.*, laudis ceu *Reg. 1*, laudato *Fabr.*, laudes hoc *Arev.* uiri *Reg. 1 fm* refluit *E 2 H Reg. 1 fm*, refluunt *CDFGK* cribereme *C* cythere *DF*, cytharę *GHK Reg. 1*, cythara *E 2 fm* 6 grandissoni *DFP'*, gradisoni *H* ducedine *K* plecthri *DP'*, pulchri *Reg. 2* 7 exceleri *E 2 R'* 8 sacroque *C* lacte *libri Barthii, Poelm.*, luces *coni. Arev.* prospexit *Reg. 1*, conspexerit *R'*, cōplexit *C* amenus *C*, amonos (e *a m. 2*) *D*, amenos *m*, amomos *E 2 cf*, hamos *R'* 9 aeterno *Reg. 3*, aeternam *Reg. 6* fluuios *CE 2 FK*, fluuio *GH Mab.* adluit *CDK Reg. 6*, habuit *G* 10 Nam *CDFG^2HKP' Reg. 2. 3* nec *E 2 f* torpore *CF cfm libri Barthii* ductoris *Poelm.* 11 Non sua *libri Barthii* suo *C* dauitico delectu *ER'* (dilecto) *mf* (dilectu), diletus *K* plecta *C*

I rrita polluti contemnens numina mund I.
S igna crucis fronti ponit breuiterque triumpho S
T angit, Christe, tuos numerosaque praemia liba T.
E rgo dum uario decorat sua rura color E,
S tabunt hi garrula dicti testudine uersu S.

III. [CARMEN DE INCARNATIONE].

Omnipotens genitor| tandem miseratus ab alto
Postquam cuncta dedit caelo constare sereno,
Omnibus in terris| diuinum aspirat amorem,
Semper honore pio nomen| Natique Patrisque
Ornare et canere| paribusque in regna uocari
Auspiciis, hinc progeniem uirtute futuram
Egregiam, et totum quae legibus occupet orbem.
Ne tamen in terris| mortalia pectora turbet
Ignotum numen|, Deus aethere missus ab alto
Mortalis uisus| potuit| quantusque uideri.

12 cf. epist. ad Mac. 2, 7 s. 13 cf. Sedul. I 343 1 Aen. V 727 (alto est) 2 Aen. III 518 (uidet) 3 Aen. VIII 373 4 Aen. VI 116 (Nati R γ 2 b) 5 Aen. VII 256 6 Aen. VII 257 (huic progeniem uirtute) 7 Aen. VII 258 (uiribus) 8 Aen. III 56 *et* IV 412 (m. pectora cogis) 9 Aen. IV 574 10 Aen. IV 277, II 591 (qualisque uideri)

C = codex Paris. lat. 13047 s. VIIII (olim S. German. 841)

12 polliti *E* contem^p^sit *E*, contempsit *DR'cfm* nomina *K* 13 tange *K* triumphus *G*[1] *vv. 14—16 desunt in C* 14 tang& *D*, tange *K* numeroq: *R'*, numeros sacri *Reg. 6* premia *plerique* 15 ergo is *E 2 cfm Ott. 2*, ergo his *R' Poelm.* uaro (o *in ras.*) *m* uera suo *D*, uera sua *FK Reg. 2. 3*, sua sura *Reg. 1*, uera *GP'c*, uerarua *Reg. 6*, sua membra *nonn. editt.* decorantur uera *Mab.* 16 Stabant *DGP'* in *D Reg. 1 c* hi *E 2 GHm*, bi (?) *K*, *om. F* garrula *DGHKP'R' Reg. 1*, garula *E 2 Reg. 3. 6 fm*, gracili *Fabr.*, parua *coni. Riesius*, *fort.* querula ducti *E 2 cf Rom.*, dicta *Reg. 2* testitudine *P'* III. 1 *Inscriptionis auctor est Martenius, qui centonem hunc Vergilianum primus edidit in Ampliss. Collectionis t. IX. p. 1—14* 6 hinc *om. C* progeniemque piã *C*[1], prolemque *suprascr. m. 2* futura *C* 8 nec amen *C* 9 aetherae *C*

Virgo matura fuit, iam plenis nubilis annis,
Cui genus a proauis ingens| nomenque decusque,
Intemerata toris|. talem se laeta ferebat,
Casta pudicitiam| miro seruabat amore.
Huic se forma Dei|, caelo dimissus ab alto
Spiritus, intus alit et casto corpore miscet.
Ante tamen dubiam| dictis solatur amicis:
Alma parens|, mundi Dominum paritura potentem
(Nam te digna manent generis cunabula sancti),
Vade, ait, o felix nati pietate|, quocumque uocaris,
Auspiciis manifesta nouis| ! hic uertitur ordo,
Huius in aduentu fides| et fama perennis.
Dixerat: illa| pauens oculos suffusa nitentis,
Suspirans imoque trahens a pectore uocem
Virgo refert: |haut equidem tali me dignor honore
Non opis est nostrae| nec fas|, nec coniugis umquam
Praetendi taedas aut haec in foedera ueni.
Sed post iussa Deum| nihil est, quod dicta recusem.
Accipio agnoscoque libens|: sequor omina tanta
Promissisque Patris exsequar caelestia dona,
Admiranda Dei tantarum munera laudum.
Panditur interea domus omnipotentis Olympi

11 Aen. VII 53 (matura uiro) 12 Aen. XII 225 (cui *MRγbc*), II 92 13 Aen. III 178 (intemerata focis), I 503 14 Ge. II 524, Aen. VII 57 (miro properabat amore) 15 Aen. IV 556, Ecl. IV 7 (c. demittitur alto [dimittitur *R*]) 16 Aen. VI 726, 727 (et magno corpore m.) 17 Aen. V 770 18 Aen. II 591, cf. Aen. VI 621 19 cf. Aen. VI 71, III 105 20 Aen. III 480, Ecl. III 49 21 Aen. III 375 (manifesta fides), 376 (is) 22 Aen. IX 79 (set *M*, sed *P γbc*) 23 cf. Aen. II 705 *al.*, I 228 24 Aen. I 371 25 Aen. I 335 (haut *M*) 26 Aen. I 601, IV 338 27 Aen. IV 339 28 Aen. VI 461 (sed me) 29 Aen. VIII 155, IX 21 30 Aen. V 863, Ge. IV 1 caelestia dona| Exsequar 31 cf. Ge. IV 3 *et* Aen. VIII 273 32 Aen. X 1

11 natura *C* 13 *fort.* tori 16 et *om. vulgo* casto se *C* 25 haud tali equidem *coni. Arev.* 27 praetendit aetas *C* 28 et post *coni. Arev.* 30 patriis *C* sequar haec *coni. Arev.* 31 ammiranda *C*

Sideream in sedem, terras unde arduus omnis
Aspicit|, et natum| uerbis conpellat amicis:
Nate, meae uires, mea magna potentia solus,
Nate|, mihi quem nulla dies ab origine rerum
Dissimilem arguerit|, comitem complector in omnis.
Te sine nil altum mens inchoat|: omnia mecum
Aeternis regis imperiis|; et quidquid ubique est,
Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus:
Omnia sub pedibus, qua sol utrumque recurrens
Aspicit oceanum, uertique regique uidebunt.
Quae tibi polliceor|, neque est te fallere quicquam,
Haec tibi semper erunt| uatum praedicta priorum:
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Nascere praeque diem ueniens age, lucifer, almum;
Nascere|, quo toto surgat gens aurea mundo.
Vnde etiam magnus caelorum nascitur ordo.
Nascere|, ut incipiant magni procedere menses,
Ne maneant terris| priscae uestigia fraudis,
Prospera| uenturo laetentur ut omnia saeclo.
Adgredere o magnos (aderit iam tempus) honores:
Aspera tum positis mitescent saecula bellis
Pacatumque reges patriis uirtutibus orbem.
  Haut mora: continuo Patris praecepta facessit,
Aethere se mittit| figitque in uirgine uultus,

33 Aen. X 3 (4 aspectat) 34 Aen. II 372 35 Aen. I 664. 665 36 cf. Aen. IX 281 37 Aen. IX 282, 277 (comitem casus) 38 Ge. III 42 39 Aen. I 230, I 601 (nec) 40 Aen. IX 278 41 Aen. VII 100 42 Aen. VII 101 43 Aen. IX 201, Ge. IV 447 (quicquam *MR*) 44 Ecl. V 74, Aen. IV 464 (priorum *FPγabc*) 45 Aen. IX 220 46 Ecl. VIII 17 47 Ecl. IV 9 (ac toto) 48 cf. Ecl. IV 5 49 Ecl. IV 12 (et incipient) 50 Ecl. IV 31 51 Ecl. IV 52 52 Ecl. IV 48 53 Aen. I 291 54 Ecl. IV 17 (reget) 55 Ge. IV 548 (matris) 56 Aen. IX 645, XII 70

33 sideriam *C* 37 dissimile *C* 40 quaeritur *C* 45 caedit *C* 50 prisce *C* 51 seclo *C* 53 mitescunt *C* 54 pagatumque *C*

Nec mortale tuens, afflata est lumine quando
Iam propiore Dei|. nam tempore eodem
Matri longa decem tulerunt fastidia mensis,
Et noua progenies| mox clara in luce refulsit.
Mox etiam magni| processit numinis astrum,
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

. . . .

Ille dies primus leti primusque salutis
Monstrat iter| uobis ad eum|, quem semper acerbum,
Semper honoratum| cuncti| celebrate fauentes.
Annua uota tamen| noctem non amplius unam
Haut segnes| uigilate, uiri|, dapibusque futuris
Luce palam| cumulate piis altaria donis.
Hac uestri maneant in religione nepotes.
Iamque egomet patris| sedes arcemque reuiso.
Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta,
Ore fauete omnes| et huc aduertite mentem.
E diuerso sedem quotiens uenietis in unam,
Vndique collecti|, pacem laudate frequentes.
Cogite consilium|, coeant in foedera dextrae,
Qua datur| pacis solum inuiolabile pignus.
Discite iustitiam|, aeterna in pace futurae

57 s. Aen. VI 50 (sonans—numine) s. 58 Ge. I 483 59 Ecl. IV 61 (menses) 60 Ecl. IV 7, Aen. I 588 (claraque) 61 Ecl. IX 47 62 Aen. II 694 63 Aen. IV 169 (primusque malorum) 64 Aen. II 388, V 49 . 65 Aen. V 50, VIII 173 66 Aen. V 53, Aen. I 687 67 Aen. XI 64, IV 573, I 214 68 Aen. IX 153, XI 50 (cumulatque) 69 Aen. III 409 (hac casti) 70 Aen. II 760 71 Aen. III 250 72 Aen. V 71, VIII 440 73 cf. Aen. II 716 74 Aen. II 414, XI 460 75 Aen. XI 292 76 Aen. XI 293, 363 77 Aen. VI 620, XII 504 (aeterna gentes in pace futuras)

58 propiora *C* *post v. 6 lacunam statuit Riesius* 64 ad eo *C* acerunm *C* 65 caelebrate *C* 67 Aut *C* signes *C* 73 uenientis *C* 76 Condatur *coni. Buecheler*, qua detur *Riesius*, *fort.* dabitur

Concordes animae|, si non inrita dicta putatis.
Nulla dies usquam memori uos eximet aeuo:
Mortalem eripiam formam| et praemia reddam
Fortunatorum nemorum sedesque beatas.
Non eritis regno indecores, nec uestra feretur
Fama leuis|, mecum pariter considere regnis.
Vrbem quam statuo, uestra est|: intrare licebit.
Nusquam abero, et tutos patrio uos limite sistam:
Idem uenturos tollemus in astra nepotes.
Quae uero nunc quoque uobis|, dum uita manebit,
Praemia digna feram|? non uobis numine nostro
Diuitis uber agri rerumque opulentia derit.
Fundit humo facilem uictum iustissima tellus
Prouentuque onerat sulcos atque horrea uincit,
Floret ager, spumat plenis uindemia labris,
Exuberant fetus| ramos frondentis oliuae:
Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbor
Induerit, totidem autumno matura tenebit.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina derunt,
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponit.
Haec sunt, quae nostra deceat uos uoce moneri.
Viuite felices| et condita mente tenete.
Haec ubi dicta dedit|, mox sese attollit in auras

78 Aen. VI 827, X 244 (putaris) 79 Aen. IX 446 (umquam) 80 Aen. IX 101 81 Aen. VI 639 82 s. Aen. VII 231 (erimus) s. 83 Aen. I 572 84 Aen. I 573, III 254 85 Aen. II 620 (tutum patrio te limine) 86 Aen. III 158 87 Aen. V 724 (manebat) 88 cf. Ge. III 22, Aen. VII 261 (n. u. rege Latino) 89 Aen. VII 262 (Troiaeque) 90 Ge. II 460 91 Ge. II 518 (oneret—uincat) 92 Ge. II 6 93 cf. Aen. VI 808 *uel* VII 428 94 Ge. IV 142 95 Aen. IV 143 (induerat—tenebat) 96 Ge. II 200 97 Ge. II 201 98 Ge. II 203 (reponit *Mb1c1*) 99 Aen. III 461 (liceat) 100 Aen. III 493, 388 (tu) 101 Aen. VI 628 *al.*, IV 176

79 extimet *C* 85 auero *C* tuto patri suo *C* 87 uobis quoque nunc *Riesius coni.* 90 homo *C* 91 honerat *C* 93 exuberant *C*, *fort.* exsuperant 94 quodquae *C* 96 deerunt *C* 97 dibus *C*

Suspiciens caelum, caput inter nubila condit.
Atque ita discedens terris animisque suorum
Concretam exemit labem purumque relinquit
Aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.
Ex illo celebratus honos, laetique minores
Seruauere diem| atque haec pia sacra quotannis
Matres atque uiri|, pueri innuptaeque puellae
Carminibus celebrant| paterisque altaria libant.
Ast ego| qui cecini magnum et mirabile numen,
Haec eadem gentique meae generique manebunt.

102 Aen. XII 196, IV 177 103 cf. Aen. IX 40 104 Aen. VI 746 105 Aen. VI 747 106 Aen. VIII 268 107 Aen. VIII 269, V 59 (mea) 108 Aen. VI 306, 307 109 Aen. VIII 303, XII 174 110 Aen. I 46 *al.*, cf. Ge. IV 566 111 Aen. IX 302 (matrique tuae)

103 discidens *C* 106 celebratos *C* 107 sagra quodannis *C*

II.

EXCERPTA EX REMIGII EXPOSITIONE IN PASCHALE CARMEN.

In catalogo uirorum illustrium id est in libro, quem beatus Hieronymus inchoauit, sed Paterius discipulus eius perfecit, ibi legitur quis fuerit iste Sedulius. Fuit enim primo laicus saeculari sapientiae deditus; postea ad Deum conuersus scripsit hunc librum quasi per dirocheum id est duplicem refectionem, de ueteri et nouo testamento. Et sciendum, quia prius prosaice fecit, postea metrice composuit et praetitulauit eum paschali carmine, consecrans Macedonio presbytero. Mos enim erat apud antiquos, ut sua scripta sapientibus et nobilibus conferrent, ut eorum auctoritate roborarentur et ab aemulis saluarentur. Docuit autem in Asia, Epist. p. 1, 8 partim in Italia. Modo facit epistolam ad Macedonium. Decurso ·i· finito, participium est sine uerbi origine. Censeas ·i· iudices. Seueritatis ·i· grauiditatis. Obiurges ·i· reprehendas. Suffultus ·i· adiutus, fulcio est adiuuo inde fultor dicitur ab adiuuando. Paschalis ·i· euangelicae. Maiestatis ·i· Christi, sicut apostolus ait: Pascha nostrum immolatus est Chri-

16 I Corinth. 5, 7

A = *cod. Monacensis* (*ol. Tegerns.*). *19456 s. X.*
B = *cod. Monacensis* (*ol. Windberg.*) *22307 s. XI.*

INCIPIT EXPOSITIO REMIGII IN OPVS CARMINIS PASCHALIS *A*, INCIPIT GLOSA SVPER SEDVLIVM *B*; *cf. Prol.* 5 dyrocheum *A cf. Prud. Ditt. I* (*ed. Dressel*) id est *A*, ·i· *B* (*passim*) 6 quod A^1 *corr. m. 2* 7 cū *B* 12 ·i· *add.* A^2, *om. B* 13 grauitatis (di *superscr.*) *A* 14 aduiuo (u *a m. 2*) *A*

stus. Pelagus, pelagus dicitur profunditas maris, sed hic pro profunditate diuinitatis ponitur. Tyro, nouellus miles p. 2, 1 et rudis, qui nouiter ad militiam Christi uenit. Lintre, nauicula; translatiuis uerbis utitur ·i· metaphorice. Superius dixit 'inmensum pelagus' profunditatem mysterii paschalis, modo dicit 'parua lintre' pro 'paruo ingenio'. Expurgem, excusabo. Modo se excusat apud Macedonium, qualiter ausus fuit prosaice hunc librum componere, post metrice. Audacem, praesumptuosum. Deuotum, humilem. Portum ideo pectus nuncupat, quia sicut in portum multae conueniunt naues, ita et in pectore multae geruntur cogitationes. Naufragium ·i· nullam heresim incidisse. Occupatus, detentus... Non utilitati ·i· non doctrinae spiritali. Sed inani ·i· saeculari sapientiae. Deprehenderem ·i· tribuerem. Lusibus, ludos uocat saecularia carmina. Fabricam ·i· me fabricatum ab eo. Condiuit, saliuit, repleuit. Oculos cordis uisum animi dicit. Dicitur autem oculus quasi ocior lux, quod cito intenta respiciat, siue quod palpebris occulentibus probatur occultus. Sentes: sentes sunt spinae, dum similiter dicuntur truncatiue spinae et pluraliter declinantur, inde dumosi agri ·i· spinosi. Per sentes dumosi agri ·i· per saecularem doctrinam. Nisu ·i· conamine. Cultum ·i· obsequium. Procella, sollicitudine; procella dicitur unda a percellendo ·i· p. 3, 7 percutiendo, eo quod mentes hominum percellat. Aegros anhelitus ·i· suspiria similiter sicut et uos. Quamuis ipsi: honorat Macedonium dicens 'ipsi' pro 'ipse'. Igniculum in me: uos, inquit, cogitatis me habere aliquem igniculum prudentiae. Silicis: silex est petra durissima, ex qua ignis egreditur. Ne p. 4, 3 non carerem ·i· ut non carerem. Creditam ·i· datam mihi a Deo. Ingenium suum uocat quantitatem unius talenti; euangelicam parabolam tangit, ubi dicitur: homo quidam peregre proficiscens uocauit seruos suos e. d. d. t. a. d. a. u. Per ·V· talenta ·V· sensus corporis intelleguntur, per duo intellectus et operatio, per ·I· intellectus tantum, quia quidam sunt quibus datur intellectus sine gratia operandi. Hi sunt qui quasi fodiunt illud

8 *an* postea? psumptuosum *A* 12 detentus] *Excerpta incipiunt*

in terram, quando aliis non manifestant, hoc est quod dicit 'lue non carerem', culpa illorum scilicet, qui talentum infodiunt. Procliuioris lubrici ·i· inclinationis. Vnum accipitur pro fixo, quasi diceret 'procliuioris lubricitatis', non est in usu. Lubrum dicitur rasile lignum ·i· non planum, unde lubrica res non plana, unde labimur, sed hic pro peccato ponitur. Clipeus dicitur maius scutum; clepte graece furari, inde clipeus ἀπὸ τοῦ
p. 5, 9 κλέπτειν τὰ σώματα ·i· furando corpora. Mellitum, dulcoratum. Viam libertatis appellat catholicam fidem, ubi est uera libertas. Qua occasione ·i· siue per metrum siue per prosam; prosa
p. 6, 2 uero est soluta oratio. Egregius dicitur quasi e grege electus, qui pro suo merito et sanctitate segregatur a grege, et sicut eximius ab eximendo ·i· separando. Remissioribus alis ·i· inmissioribus pennis. Aquila quando alte uolat, extensas tenet alas, quando uero ad terram, retrahit sibi alas, ita et tu non debes semper altas legere scripturas. Hoc dicit propter suum carmen.
p. 7, 4 Antistare dicimus praecellere, inde antistes dicitur eo quod anteit praecellens omnes. Tyrocinio id est primo tempore; tyrocinium dicimus primum tempus militiae; tyrones dicuntur rudes milites ·i· pueri, qui exercebant se ad palum in campo Martio et faciebant ictus aliquando caesim, aliquando punctim, et qui eos instituebat campidoctor uocabatur. Pacatus .i· pacificus, quia eo tempore, quando Sedulius fecit hunc librum, Alani et Wandali uastabant Italiam. Astutiam ·i· prudentiam, astutia dicitur
p. 8, 2 ab 'astu' nomine indeclinabili. Gallicanum aeque ·i· similiter presbyterum sicut alii. Mitissimum ·i· ualde mansuetum, mitis dicitur quasi mutus. Eruditus .i· rudis dicitur nouus, inde eruditus quasi de rure sublatus ·i· ab ignorantia ductus et in doctrinae sinibus collocatus. Simplicitatem columbae s. habet Laurentius, quia ad hoc uigilat, ut non alium decipiat, ab alio non decipiatur sicut columba. Vere felicem: alludit de nomine poeta.

3 inclinationis *A corr. m. 2* 6 clyppeus *B* 7 clepte] *fort.* clepere *cf. Anecd. Helv. p. 238, 12* clepsin to somata *A*, clypsyn to s. *B* 11 e] a *AB* 12 segregatus *A* 21 caesi—puncti *AB* 22 campidoctor (u *a m. 2*) *A* 23 qn̄ *A*, qnm̄ *B* alani (man *a m. 2*) *A* Wantandali *A* 24 austun *A*, austu *B* 25 indeclinabile *B*

Idoneos ·i· formatos, idos graece, forma latine. Hieronymus ad nobiles et praeclaras feminas ·i· ecclesiasticas transmittebat sua scripta, quales fuerunt Chromatius et Heliodorus, Paula et Eustochium. Domicilium, domicilium dicitur solarium proprie p. 9, 3
eo quod in superiore parte domus sit uelut cilium in eminentiori parte corporis. Syncletices, praenomen. Ministrae, diaconissae. Syncletos graece consul uel senator, inde Syncletia senatrix. Allecta ·i· associata. Alludit ad nomen, cum dicit senatu, quia sena uocabatur in praesenti, in futuro angelico senatu perfrui mereatur. Castum ·i· restrictum; castum dicimus strictum, econtra incestum dissolutum. Refertum ·i· repletum. Posset et docere etiam, et apostolus prohibet mulieres docere in ecclesia dicens: Mulieres in ecclesia taceant. Nomine meritoque: p. 10, 6
alludit de nomine. Perpetua enim erat nomine et perpetua merito. Teneram, iuuenculam. Nuptae ·i· sponsatae, quia nupta mulier ornatos debet habere habitus. Huc usque ex persona Mace- p. 11, 2
donii loquitur, hinc ex sua persona. Deterreas ·i· timere facias; deterrere enim est aliquem minando expellere. Implesti per syncopam pro impleuisti. Omnia omnibus factus es, sicut apostolus: Factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus, gentilibus tamquam gentilis. Omnia omnibus factus sum ut omnes saluos facerem. Non dicebat hoc, ut eos inuitaret, sed quia uolebat, ut omnes salui fierent. Iactura ·i· damnum; iactura proprie dicitur, quam p. 12, 1
faciunt nautae in mari. Tempestate enim orta ⟨onera⟩ proiciuntur in mare, ut leuigetur nauis. Ne pigeat ·i· ne pigrum te faciat. Anchoram ·i· firmitatem. Metaphoram seruat, quia superius dixit gurgitis profunditatem paschalis carminis, modo dicit 'anchora' pro fortitudine. CKYPA graece manus, inde anchora manus ferrea, quae mordens terram facit stare nauim inmobilem. Pascha nostrum. Pascha Iudaeorum erat, quod ad uesperam immolabatur. Pascha nostrum est Christus, qui immolabatur pro peccatis nostris,

13 I Cor. 14, 34 20 cf. I Cor. 9, 20. 22

1 latine] ·l· *AB* 3 scriptura *AB* eliodorus *AB* Pa^{u}la *B* 6 sincletic^{i}es *B* pnom̄ (i *a m. 2*) *A*, pnom̃ *B* 24 onera *addidi* 25 leu&ur A^1 26 infirmitatem A^1B

sicut dicit 'Pascha nostrum' ·i· Christianorum, non Iudaeorum 'immolatus est Christus'. Illi habebant pascha pecuinum, nos uero p. 12, 1 diuinum. Cum dicit **cum patre et spiritu sancto** demonstrat eos in diuinitate esse aequales, quia Arriani dicebant 'gratia patri in filio', filium minorem patre asserentes.

IN LIBRVM I.

v. 1—9 **Paschales** ·i· sollemnes. Metaphorice alloquitur lectorem sub specie conuiuae inuitans ad paschale carmen ueluti ad cenam. Paschales uocat dapes caelestia mysteria. **Dignatus**, participium pro uerbo ·i· dignare. **Accubitare** dicit, quia antiqui cubando prandebant. **Supercilium**: cilium dicitur pars corporis ·i· pellis, qua teguntur oculi; 'cillere' dicunt Graeci mouere, inde cilia dicuntur a mouendo, sicut palpebrae a palpitando. Hinc supercilia dicuntur pili, qui superminent oculis. Ponitur hic supercilium pro superbia, quae maxime oculis deprehenditur. **Pone** pro depone, et est aphaeresis. Hoc carmen ideo paschale uocat, quia illius agni facta narrat, qui 'pascha nostrum immolatus est Christus'. **Cognoscas** ·i· intellegas; inter cognoscere et agnoscere hoc distat: cognoscimus quos nunquam uidimus, agnoscimus quos iam uidimus. **Amicum**, amicus quasi animi custos uel animi aequus. **Artificis** ·i· artificalis. Est autem artificalis codex pompatice compositus secularem retinens eloquentiam, diuini autem libri nudis et simplicibus constant uerbis. **Saciare** ·i· replere, ac si diceret: magis debes repleri cibo spiritali quam corporali. Cibus est uictus coctus esui hominum tantum aptus, nam reliquorum animalium crudis est uictus. Hinc et apud Graecos et homo et cibus brosis uocatur, eo quod solus in animalibus cocto cibo utatur. **Cenis** ·i· car-

1 cf. I Cor. 5, 7

5 Explicit EPLA *A* (INCIP LIBER *s. l. m. 2*), explicit Epistola *B* 12 gillere *A*, Illere *B* dnt (t *ex* r) *A*, dnr *B* 14 oculi *B* 15 oculos *AB* 16 afferesis *A*, afferesisis *B* 17 narrat facta *B* 20 equus *AB* 26 prosis *AB*

minibus. Sensus est: si tu deliciosus ·i· insolens haberis, ut nostrum carmen flocci pendatur a te eo quod sit modicum, pasce animum saecularium poetarum carminibus. Caenon graece, commune latine, inde caena dicitur a communicando, quia ibi multis apud antiquos prandebant, sicut et conuiuium dicitur a conuiuendo, quod Graeci sympusion uocant. Sed Cicero dicit melius latine conuiuium, ducit a conuiuendo, quod Graeci sympusium uocant a compotando. Quicquid uolat ·i· omnia genera auium. Allegorice loquitur. Tres sunt species philosophiae, quas hic tangit: Ethica, Physica, Logica. Per mare intellegitur Ethica ·i· inmortalis, quae de moribus hominum disputat; per terram Physica, quae de rerum omnium natura tractat; per astra Logica ·i· rationabilis, quae de diuinis rebus narrat. Carpsimus ·i· sumpsimus. Metaphoram seruat: per hortum paruum ingenium, per holus modicum carmen, per testam corpus caducum, fragile uel fictile uult intellegi; unde apostolus: Nos habemus thesaurum absconditum in uasis fictilibus ·i· corporibus nostris. Grandisonis, grandiloquis carminibus. Tres sunt caracteres: humilis, medius, grandiloquus, hos omnes Virgilius tangit. Tragico ·i· uili. 'Tragos' enim graece, hircus latine; hinc 'tragemata' graece, uilia munuscula, colobidia hebraice, latine bellaria. Getae, persona comica est apud Terentium. Getae ipsi sunt Mysii populi, ioculatores lusibus nimium studentes. Contagia ·i· uitia, scelera. Contagium est morbus porcinus dictus, quod unius contactu in plures diffunditur, idem est et porrigo a porrigendo eo quod ab uno in alios porrigat. Monimenta ·i· recordationes, monimentum ·i· memoria eo quod mentem moneat. Niliacis biblis. Nilus est Aegypti fluuius et ibi biblus nascitur. Biblus enim est maior iuncus, qui et papirus dicitur, unde fiebant libri apud antiquos. Bibli enim graece, latine libri. Dicitur autem 'Nilus' quasi Neonilus ·i· nouum trahens limum. Odas ·i· laudes. Resonare ·i· concrepare, sicut in psalmo legitur: In psalterio decachordo psallam tibi. Sed hoc non recipitur de psalterio, v. 9–25

6 cf. de sen. 13, 45 16 cf. II Cor. 4, 7 31 Psalm. 143, 9

1 ın̄solens *AB* 4 latine *om. A* 5 conuiuium] *sc.* conbibium *et* conbibendo multos *A*¹*B* 12 logicā *A*, astrologica *B* rationał *A* 22 misu *A*¹, musii *B*

sed de X praeceptis legis. ·X· chordas uocat uetus testamentum, in quo X praecepta legis continentur. Psalterium est instrumentum musicum habens X chordas et percutitur ab inferioribus et resultat ab inferioribus. Per 'odas' X chordarum psalterium uult intellegi, v. 31—43 '·X· chordas' ·X· legis praecepta. Arcibus ·i· in mansionibus. Arx dicitur altius aedificium in ciuitate, dictum ab 'arcendo' ·i· repellendo, eo quod longe repellat a se hostem, quia etymologia etiam dicitur. Sceptrum ·i· imperium. Est autem gestamen regis et pro regno ponitur. Principium deus dicitur uel quia sine initio uel quia omnia quae sunt ab eo initium essendi sumpserunt. Medullis ·i· mentibus. Medulla est interior pars ossium, dicta eo quod sit media. Curis, cura dicta eo quod cor urat. Serpit ·i· penetrat. Cecropei: Cecrops fuit rex Graecorum ueneniferis imbutus doctrinis, hinc Cecropeum uenenum dicitur doctrina illius mala. Spirantis odorem: Hypallage est, debuisset enim dicere: sectantes odorem spirantis uitae. Pedorem ·i· faetorem. Pedor proprie dicitur faetor pedum. Pagi. Page graece dicitur fons, inde dicitur uilla, eo quod sit iuxta fontem sita; inde pagani dicuntur uillani, eo quod longe sint a ciuitate dei uel quasi ex uno fonte potantes. Laborintus fuit ypogea ·i· subterranea fossa, quam fecit Daedalus. Fabula talis est. Pasiphe fuit uxor Minois, regis Cretae, quae amauit taurum et per consilium Daedali, qui erat artificiosissimus, concubuit cum eo, inde natus est Minotaurus semihomo ·i· semitaurus, qui comedebat homines. Videns autem hoc Daedalus fecit ypogeam ·i· subterraneam fossam cum ·C· ostiis, in qua inclusus est Minotaurus, quam domum Laborintum uocauit et dicitur Laborintus quasi labor intus, quia qui semel ingrediebatur, nunquam reuertebatur. Hinc poeta metaphorice Laborintum uocat errores Atheniensium, qui uilibus delectantur carminibus magis quam ueris dictis euangelicae lectionis. Reuera taurus Minois regis notarius fuit, qui cum Pasipha concubuit, nomine Minotaurus. Daedalus artificiosissimus fuit, cuius

1 chordarū *B* 2 quo X] quorum *AB* 6 altus *B* 7 repellat *om. B* et himologia *AB* 15 yppalage *AB* 17 fa&orē *A* fetor *A* page] pue *AB* 20 uno] *fort.* uiuo *uel* suo 27 laborarintus *AB*

nomine artificiosi uocantur. Hinc logodaedalos dicimus subdole loquentes. Labruscam, labrusca uocatur agrestis uitis, dicta v. 45–64 quod in labris uiarum nascitur. Vua dicitur quasi uuida, placidis uuis .s. euangelicae lectionis. Saliunca flos est rosae similis ·s· fetida, dicta a saliendo eo quod cito crescat, quae graece orcitunica uocatur; saliuncam mittit pro gentilitate. Fana, fone graece uox; hinc fanum dicitur templum eo quod ibi responsa dabantur, et profanus quasi porro a fano ·i· longe a templo dei. Metallis ·i· simulacris. Iuger est quantum par boum potest arare in die. Plagas ·i· climata, ·V· zonae sunt mundi, ·III· inhabitabiles et duae habitabiles. Toxica autem uocat saecularia carmina uilium rerum, quae ducunt hominem in tartara. Vireta ·i· uirentia, amoenum dicitur quasi amunium ·i· sine officio ·i· locus tantum uoluptati aptus. Per latices ·i· per baptismum. Animantur ·i· uiuificantur, hoc est quod in euangelio legitur: Qui sitit ueniat ad me et bibat, et de uentre eius fluent aquae uiuae; hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Vt messis ·i· collectio dei. Per horrea ·i· caelestes mansiones. Merx mercis ·i· lucrum, merces mercedis ·i· retributio. Omnipotens: oratio poetae. Omnipotens compositum est ab eo nomine, quod est omnia et potens, participium quod proprie ad deum pertinet. Est autem ex nominibus, quae comparatione carent, quae fit in augendo aut in minuendo. Omnipotens enim est, cuius potentia nec augeri nec minui potest, ideoque nec comparari. Potens autem simplex dicitur quasi patens eo quod illi omnia patent. Aeterne, aeternum a graeco deriuatur quod est eon, quod pro perpetuo accipitur. Deus graece timor interpretatur, uenit autem a graeco 'theoro' ·i· uideo. Sedulius hic morem antiquorum seruauit poetarum et maxime Virgilii, proposuit enim, inuocauit, narrauit. Procella dicitur eo quod percellat homines timore uel naues unda. Sol dicitur eo quod solus apparet in die; luna dicitur quasi lucina, ea est et Iuno. Apud gentiles dicitur lucina eo quod in lucem nascentibus praeest secundum deliramenta gentilium. Luna autem

15 cf. Ioh. 7, 38

1 logodelos *A*[1]*B* subdolo *A*[1]*B* 4 est *om. A* 17 autem *om. A* 30 nauis *A*

v. 66—106 corniculata est in crescendo et decrescendo. Qui stellas. Hyginus et Aratus astrologi fuerunt fingentes se scire numerum stellarum, sed mentiti sunt. Nullus enim hoc scit nisi deus. Potestates, quia quaedam sunt quae dominantur calori, aliae frigori, aliae tempestatibus. Diuersa in corpora. Corpus a corruptione dicitur, quia cito resolui possit et hoc loco corpus intellegi uult omne quod V sensibus percipitur uel quicquid dextra procreatur. Mysticum Graeci dicunt secretum, unde mystica dicuntur secreta et mysterium atque symmistes ·i· secretarius. Arca, arca dicta, quia quae continet nobis arcana sunt ·i· occulta. Modo allegorizat, quod significet arca. Diluuium. Sicut, inquit, ille qui in arca salui fuerunt morientibus aliis, ita nunc per baptismum, in quo fides sanctae trinitatis continetur, saluantur fideles et damnantur infideles. Nam diluuium significat peccatum, aqua diluuii baptismum. Callis, callis dicitur a callo ·i· a callo pecorum, qua pecora pergunt. Semita dicitur quasi semis uia. Via dicitur a uehendo quasi uehea uel, sicut Augustinus dicit, uia dicitur a ui pedum, eo quod pedibus teratur. Sunt autem IIII genera uiarum ·i· callis, semita, uia et actus. Actus dicitur uia publica duo carpenta recipiens ·i· duo plaustra, unum euntem, alterum redeuntem. Hiemps: hiemps dicitur ab hemisperio, quod est dimidia pars sperae caelestis. Vernare est florere, hinc uernale tempus eo quod tunc floret totus mundus. Patentem ·i· apertam, patentem siluam uocat multitudinem miraculorum. Sidera a considerando dicta uelut a sidero uerbo ·i· mico, quod significat moueo, quia simul cum caelo mouentur. Pectus ·i· pulmonem, de pulmone enim uox egreditur. Bibulus, bibulus dicitur multum bibens. Post inuocationem suam facit narrationem. Chaos, chaos dicitur primordialis confusio. Viuacibus ·i· diu uiuentibus. Viuax dicitur multum qui uiuit, hinc Virgilius 'uiuacis cornua cerui'. Abusque et adusque pro ab et ad ponitur. Naturae, quia humanae naturae est ut moriatur homo uel post ·C· annos. Mors est priuatio uitae, dicitur autem mors secundum Augustinum a morsu uetiti pomi.

30 Ecl. VII 30

1 Yginus *AB* 10 archana *A* 11 inquid *AB* 20 *fort.* euntum—redeuntum

Grandaeuo situ ·i· nimia senectute, situs pro senectute ponitur, v. 108—142 proprie situs dicitur lanugo terrae in locis neglectis ·i· soli inaccessis. Ponitur hic situs pro uetustate. Frigidus dicitur, quia in iuuenibus sanguis calet, in senibus uero friget; frigidus ergo ·i. uetulus. Cum seniore uiro, quia Abraham iam senex erat, siquidem Abraham centenarius, Sara uero nonagenaria habebatur. Senes dicuntur secundum Varronem quasi se nescientes, quia prae nimia senectute delirant. Plus pietatis habens s. in deum. In hoc crudelis fuit Abraham, quoniam filium decollare uoluit, sed pius, quia deum plus quam filium dilexit. Occumberet ·i· rueret. Modo allegorizat: Abraham significat deum patrem, Isaac filium, aries humilitatem. Duas naturas in Christo credimus, unam personam, et sicut aries immolatus est et Isaac incolumis mansit, ita humanitas Christi passioni succubuit, sed diuinitas inpassibilis fuit. Loth interpretatur declinans, Sodoma pecus mutum, quia contra naturam irrationabiliter peccabant. Chaos ·i· confusio elementorum, perditionem significat mundi. Nota est historia. Pluit deus ignem et sulphur super Sodomam, quoniam angelus praecepit Loth et uxori eius, ut fugerent et post se uultum non deflecterent. Aspiciens uxor eius retro uersa est in statuam salis, et bene in statuam salis, ut hoc exemplo mentes audientium condirentur, ne similia perpetrando similia paterentur. In sua terga, qui si fecerit, faciet sulcum obliquum ·i· tortuosum aut uulnerabit crura iugalium. Per arantem designat praedicatorem, per arationem praedicationem ·i· ipsam orationem. Sicut enim arator non debet referre uultum in sua terga, ita praedicator non debet ea facere, quae praedicat uitanda. Frondea pro frondosa, frondosum dicitur habens frondes; frondeum uero aliquid de frondibus ramis factum sicut scena ·i· umbraculum. Plexos ·i· curuos. Trisulcis ·i· trifidis. Serpens tanta agilitate linguam mouet, ut uideatur hominibus trisulca. Chelidrus ·i· serpens, qui uiuit in terra et in aqua. Cherson graece terra, ydor aqua, inde chelidrus quasi chersidrus eo quod in terra et in aqua possit uiuere. Incedens ·i· ingrediens. Baptisma, baptisma hebra-

7 cf. meam de Remigio comment. p. 21

13 incolimus *A*[1] 26 ea fatere ferre *B* 27 fatere [c] (c *a m. 2*) *A* 33 chelidus *A*[1] chersidus *A*[1]

v. 142—180 ice, balneum graece, lauacrum latine. Rude ·i· nouum, hic et haec rudis et hoc rude, trium generum est et significat nouum, quando uero uirgam decorticatam, feminini est rudis. Rudus etiam ruderis neutri generis est, trita tegula uel ruinae maceriarum. Moyses typum Christi gerebat sicut in apostolo legitur: Omnes in Moyse baptizati sunt ·i· in Christo. Sicut enim saluatus est populus Israel in mari rubro sub Moyse et exercitus Aegyptiorum deletus, ita et nos sub Christo in baptismo saluamur et diabolus cum suis aduersitatibus uincitur. Clamat uox domini super aquas. Quattuor sunt elementa, quorum duo sibi sociantur in leuitate ·i· ignis et aer, sursum enim semper feruntur; duo sociantur sibi in grauitate ·i· terra et aqua, semper enim a superioribus ad ima cadunt. Abyssum, abyssum uocat nimiam profunditatem scripturarum, nam abyssus nimia profunditas dicitur. Nimbis ·i· pluuiis. Nimbus dicitur densa et repentina pluuia et dicitur nimbus quasi nubus a nubibus, sicut imber quasi umber ab umbra. Nectaris ·i· dulcedinis. Nectar generale nomen est omnium dulcedinum. Siccus dicitur quasi sine suco. Metallum uocat omne durum. Christus erat panis, quoniam dedit eis panem sicut ipse dixit 'Ego sum panis uitae'. Christus petra, quoniam dedit eis aquam, sicut apostolus ait: Petra autem erat Christus. Christus in undis, quoniam duxit eos per mare. Rudenti ·i· uociferanti. Ruditus proprie est uox asinorum sicut balatus ouium. Sol stetit ad Gabaon ·i· contra Gabaon, ciuitas est metropolis. Arma dicuntur eo quod armos tegunt. Famulata ·i· obtemperantia. Iesusnaue et Iosue idem est et interpretatur saluator. Sine more ·i· consuetudine, quia corui prius solent rapere quam ministrare. Auido ·i· cupido, guloso. Ales dicitur ab alis, coruus a raucitate suae uocis. Heredem ·i· Eliseum, heres dicitur ab herendo uel ab ero ·i· domino. Astra, astra dicuntur ab astreo, astrologo. Sulcos ·i· rigas. Tria elementa sulcum faciunt. Aer diuiditur sagitta, aqua naue, sed cito in se recurrunt, in terra uero sulcus manet, ignis non recipit sulcum, sed quicquid

21 cf. I Cor. 10, 4

3 rudus] rudis *AB* 10 elementa mundi *B* 16 *fort.* numbus 31 astrolo^{ro} (go *a m. 2*) *A*

inuenit in se conuertit. Helias, si mutetur a in o et accentus in ultima sit, helios ·i· sol. Helias interpretatur deus mens dominus, hel deus, i mens, as dominus. Coetus apud latinos masculini generis, apud graecos neutri est τοῦ κήτους et pluraliter τὰ κήτη, inde coete grandia legimus, hebraice leuiathan dicitur. Depositum ·i· commendatum. Spirante ·i· auxiliante. Babilonia ·i· quam Nabuchodonosor erexerat. Achemeniam. Achemenius, rex Parthorum, fuit tanti furoris, ut si semel irasceretur, nullo modo placari posset, quousque XII homines immolarentur. Cuius iram iste habebat. Nil urente rogo ·i· nil incendente igne. Rogus est coadunatio lignorum. Vecors ·i· sine corde, ue pro non ponitur, sicut uesanus ·i· non sanus. Pecudes de minoribus, pecora de maribus dicimus. Septena tempora ·i· VII annos. A parte totum, unus quisque enim annus IIII tempora habet. Hirsutus ·i· pilosus, quia in modum aquilarum pili et ungues eius excreuerant. Nec minus s. similiter, figura est quae litotes dicitur, cum duo abnegatiua faciunt unum adfirmatiuum. Tyranni, tyrannus apud Graecos pro rege ponitur, apud Latinos uero pro inuasore alienae possessionis. Belua trissyllabum est; resolutio in metro, et posuit singularem numerum pro plurali. ·VII· enim fuerunt leones. In faucibus. Fauces sunt maxillae, et dicuntur fauces a fage ·i· comedere. Dic ubi. Per recapitulationem alloquitur naturam sub interrogatione, quam poeta facit sibi quodammodo respondere. Qui tartara. Modo introducit illam quasi sibi respondentem. Anum ·i· uetulam. Sara duo patiebatur, nam anus erat et sterilis. In anguem ·i· draconem. Nimbis ·i· pluuiis. Filiis Israel Deus pluebat manna; illi uidentes dixerunt manhu, quod interpretatur 'quid est hoc?' ideoque cibus ille manna dicitur. Volucres, uolucres dicuntur a crebro uolatu. Tria lustra ·i· tria quinquennia. Viro ·s· Ezechiae. Graeci per Olimpiadas ·i· per quadriennium numerabant sua tempora, Romani uero per lustrum ·i· per quinquennium, quia quinto anno redintegrat sol suum ortum. Nam primus annus habet dies CCCLXV et unum quadrantem, secundus et tertius annus v. 185–233

4 plurał *B*, plr *A* τKHKCTH *AB* 8 partor (ū *a m. 2*) *A* 17 adfirmatiuā *B* 21 leones fuer̄ *B* 22 fage] *sc.* fagein *cf. p. 318, 7*

similiter, quartus uero habet CCCLXVI dies, quia quattuor quadrantes faciunt unum diem; ipse est bissextus qui quarto anno inseritur. Quinto uero anno inchoat sol eosdem cursus. Verbi gratia sol in primo anno est in fronte arietis, secundo in spatulis, tertio in latere, quarto in renibus, quinto uero in frontem iterum reuertitur. Lustrum etiam dicitur a lustrando eo quod Romani totam ciuitatem quinto anno lustrabant cum cereis et lampadibus in honorem suorum deorum, quomodo nos facimus per singulos annos mense Februario in honorem sanctae Mariae. Lustra uero
v. 234—257 pluraliter dicuntur cubilia ferarum. Naufragus, naufragus dicitur qui sustinet damna in mari. Naus graece, nauis latine; inde naufragium dicitur nauis fractio. Caminus et clibanus graeca sunt et fornax latinum. Rictus est nimia apertio oris. Venit autem a uerbo 'ringo' ·i· os aperio. Instimulante ·i· prouocante. Stimulus est proprie uirga habens ferrum in summitate, qua ammonentur boues. Nempe non, inquit, mirum est si ista contra naturam facta sunt. Quocumque ·i· in quamcunque partem. Vana uel fana ·i· idola. Sinistro ·i· peruerso. Dolet poeta de erroribus paganorum. Idolum diminutiuum est ab idea ·i· forma. Dementia ·i· deliramenta. Lira enim sulcus est aratri, inde deliro ·i· exorbito, a uia rationis deuio. Proprie autem delirare est, quando boues de sulco exorbitant, ita et senes delirare dicuntur, quoniam a uera locutione recedunt. Bouem ·i· apin, nam apis uocatus est taurus, qui Isidi reginae offerebatur. Semihominemque ·i· simiam, simia enim semihomo et semicanis est. Tria genera sunt simiarum: una est uillosa, quae spinx dicitur, alia cercopithecus dicitur caudam habens, tertia sine cauda, quae simia nuncupatur faciem et pedes ad similitudinem hominis habens, ceterum uero corpus ad similitudinem canis. Vt uolucrem ·i· ibin. Ciconias dicit Aegyptiacas domesticas, quas Aegyptii colebant propter serpentes, quos deuorabant. Geminum ·i· aequalem. Geminum pro aequali posuit, quia illi tres dies in initio mundi aequales fuerunt, post uero solem quarto die creatum inaequales sunt dies, aut enim crescunt aut decrescunt non tantummodo in aequinoctiis. Fugantur ·i· obtenebrantur, et hoc poeti-

26 ſpinix *A* 27 circopecur' *A* 30 aegiptia//////secas *A*

cum est, quia stellae a stellando dicuntur. Lignee. Ligneus v. 268—300 dicitur homo, qui lignum adorat, sicut lapideus, qui lapidem adorat. Surdis ·i· ad surdos. Surdus dicitur eo quod sordes capitis retineat, mutus dicitur a mugitu eo quod uocis sonum naribus retinet. Culmina a culmo dicuntur. Carduus, carduus est herba spinosa, quae uulgo calcatripa uocatur. Monstra ·i· idola, idea forma. 'dulia' seruitus est, inde idolatria seruitus idolorum et idolatra homo dicitur seruiens idolis. Montem. Montem appellat difficile carmen euangelii. Tolis. Tolus est summa pars tecti, unde contignatio procedit. Vbi dantur digna petenti. Illud tangit quod in euangelio dicitur: Petite et accipietis. Reprobus ·i· reprobatus. Angulus ·i· populus Iudeorum. Ille lapis est Christus, qui reprobatus fuit a Iudeis, quando dixerunt: Nolumus hunc regnare super nos, et in psalmo: Lapidem quem reprobauerunt et cet. Lapis angularis dicitur Christus, quia coniungit sibi gentilem populum et Iudaicum, ueluti lapis coniungit parietes. Simplet ·i· simplum faciat. HISTORIA DE ARRIO. Arrius fuit doctor Alexandriae ciuitatis, quae est metropolis Aegypti, quam aedificauit magnus Alexander. In qua erat Petrus episcopus, sub quo iste erat doctor scholae. Qui latenter docebat esse Filium minorem Patre et Spiritum sanctum minorem utroque. Tunc Petrus missus est a Licinio, socio Constantini, in carcerem propter fidem catholicam, quam praedicabat. Cui Christus apparuit in specie pueri pulcherrimi inductus colobio candidissimo adeo ut uix conspici posset, sed dilacerato ueluti a canibus. Deinde Petrus grauatus pondere catenarum, quibus erat ligatus et non ualens surgere, clamauit dicens: Domine quis ita te affecit ·i· dilacerauit? Cui dixit Dominus: Arrius me scidit, diuisit enim me a patre meo, sed uide ne ei communices. Postea interfecto Licinio a Constantino, quia eius imperium uolebat praeripere, congregauit Constantinus maximam synodum trecentorum uidelicet et X et VIII episcoporum exceptis diaconibus et abbatibus, ubi

11 Ioh. 16, 24 15 Psalm. 117, 22

14 ·palmo (s *eras.*) *A* 30 constantio (n *a m. 1*) *A* 32 abatib; *A*

iussus est uenire Arrius, ut ibi eius patesceret fides. Qui cum adpropinquasset ad synodum, sancto Alexandro episcopo in oratione perseuerante nimio terrore arreptus est, adeo ut omnia uiscera eius dolore deficerent. Tunc iussit sibi parari latrinas. Ad quas cum uenisset, diffusa sunt omnia uiscera eius, quia iusto iudicio v. 300—332 dei sicut uacuus erat mente, sic remansit uacuus uentre. Curua per auia ·i· per falsitatem praui dogmatis. Auium est locus sine uia, a pro sine ponitur. Nepos, nepos dicitur filius filii et nepos quasi natus post. Quando filium aut filiam significat, facit hic nepos et haec neptis, quando uero luxuriosum, hic et haec nepos. Aui, auus dicitur quasi auitus ·i· antiquus. Totum commune. Communio uel communitas in sancta Trinitate est exceptis relatiuis nominibus. Quod potest cathegorizari de patre, hoc de filio, hoc de spiritu sancto: ut bonus, magnus, pius, omnipotens et cet. exceptis sicut supra dictum est relatiuis nominibus. Quo crescat ·i· ubique perfectus est non creatus. Arrius dicebat 'esse creaturam', sed mentitus est, non enim fuit creatus, sed genitus. Nam quia qui summus ·i· excelsus. Intellege uim uerborum: Non hic est filius qui et pater, sed hoc est filius quod et pater ·i· una substantia. Distat inter hic et hoc, hic ad personas, hoc ad substantiam pertinet. Vnum sumus. Non dixit 'unus' sed 'unum' ·i· una substantia. Arrius unum ·i· unam substantiam scire debet. Ille enim dicebat tres esse personas bene, et tres substantias male. Dicebat enim Filium minorem Patre, Spiritum sanctum minorem utroque et contra Sabellius unam substantiam bene, sed unam personam male. Dicebat enim: Pater quando uult, pater est, quando uult, filius est, quando uult, spiritus sanctus est. Iste ·i· Sabellius fidem ternam debet scire. Ast hic ·i· Arrius. Cachinnus est dissolutus risus ·i· crispus. Potest etiam hoc ad philosophos referri, nam philosophus aliquis multum loquitur sicut Epicurus, qui de creatione mundi multa dixit. Dicebat enim mundum ex atomis constare. Tacet nimis alter sicut Pythagorici, qui quinquennio discebant, per quinquennium

5 dif͛usa *A* 7 parui *A*[1] *corr. m. 2* 24 pat^re (re *a m. 2*) *A* 25 sapellius *A* 32 athomis *A* 33 pitagorici *A*

silentes meditabantur; ambulat Peripateticus, stat Stoicus, amat fletus Socrates, qui semper flebat eo quod uideret homines huius saeculi uitia sectari, crispat cachinnum Democritus, qui semper risisse dicitur, quia uidebat homines auaritiam et turpia lucra huius saeculi sectari. Hinc Iuuenalis 'perpetuo risu agitare solebat pulmonem Democritus'. Vexilla dicuntur a uehendo. Vexil- v. 337—368
lum est signum militare. Ianua uos. Apostrophum facit ad illos, qui Christo militant. Ianua dicitur Christus, quia per ipsum uenitur ad ipsum. Ianua est initium domus et dicitur a Iano deo, cui consecratum erat initium uniuscuiusque rei. Inde Ianuarius mensis dicitur eo quod anni sit principium. In albo ·i· in caelesti libro. Album est tabula, ubi scribebantur eorum nomina, qui ad militiam recipiebantur, et si aliquis eorum interemptus esset, ad caput nominis ipsius Θ littera scribebatur, quae mortem significat. Tremit ·i· sonat atque dicit: Parate uiam domino. Leo magnam uocem habet et ipse est rex bestiarum, propter quod uero Marcus in similitudinem leonis pingitur, quia ea uoce suum inchoauit euangelium ut uox clamantis in deserto, et regalem Christi describit dignitatem. Iuuenci, uituli. Iuuencus dicitur a iuuamine eo quod iuuamen praebeat ad sulcandam terram hominibus. Iuuencus enim erat solitus immolari in templo, et Lucas ea describit, quae dominus in templo et circa templum gessit. Iohannes per aquilam designatur, quia sicut aquila in reuerberatis oculis solem aspicit, ita Iohannes supra omnes caelos uolitans diuinitatem Christi, quam ceteri euangelistae describebant. Proceres ·i· principes. Proceres proprie dicuntur mutuli ·i· capita trabium, quae eminent in aedificiis. Hinc principes proceres dicuntur eo quod emineant inter ceteros. Mensis uocatur a mene ·i· a luna, quia secundum cursum lunae mutantur menses. Maniplos primitiuum est, inde manipulus diminutiuum, proprie autem quingenti milites, idem est et cohors. Manipulos uocat bona opera. Meto est colligo, inde dicitur messis, quod singulis annis colligatur. Metior metiris est mensuro, metor metaris est

5 Sat. X 33

10 c[u]ni' (u *a m. 2*) *A* 18 [de]ſerto (de *a m. 2*) *A* describebat *A* 31 choors *A*

eligo. Ab hoc loco incipit poeta exequi quod promisit. Promisit enim se scripturum ab Adam usque ad natiuitatem Christi.

IN LIBRVM II.

v. 1–52 Primogenitum ·i· protoplastum. Protos graece primus, plastus formatus, inde protoplastus ·i· primus formatus. De sede ·i· de paradyso. Paradysus interpretatur hortus deliciarum, Adam terrenus homo uel terra rubra. Illecebris ·i· uoluptatibus. Illecebrae dicuntur ab illiciendo ·i· decipiendo. Heu. Dolet poeta de culpa mulieris. Noxia culpabilis. Interrogationem facit ad mulierem. O coniunx, fuistine magis noxia an perfidus ille draco? Modo ipse sibi respondet: Perfidus ille draco ·i· fraudulentus, sed tu quoque non cares culpa, quia consensisti. Est autem hoc loco syllogismus integer, constans ex propositione, assumptione, conclusione. Perfidus dicitur quasi prodens fidem, perdit enim diabolus fidem, quando dixit: eritis sicut dii. Non enim quod promisit inpleuit, quia non solum dii facti non sunt, sed etiam mortales fuerunt. Demon dictus quasi daimon ·i· ualde. Eua mater interpretatur. Nongentos. Adam uixit nongentis XXX annis, Matusalam DCCCLXXX. Nepos ·i· primi terrigenae ·i· posteri Adae. Fauces dicuntur a graeco fage ·i· comedere. Difficilis ·i· tardus, quia non semper uindicat. Veniale ·i· dignum uenia. Duas naturas rationabiles condidit deus: angelum et hominem, quorum unus nullo suadente nec fragilitate corporis circumdatus peccauit, ideo inrecurabiliter periit; homo uero, quia fragilis erat corpore et diabolo suadente peccauit, ideo ueniam meruit. Tensos ·i· grauidos et oneratos. De limine ·i· de principio, de ingressu. Caro factum, est autem synecdoche ·i· a parte totum. Homo enim carne et anima constat. Clausa ·i· uirginem relinquens. Prae natis ·i· prae filiis, hoc de psalmo sumpsit, ubi legitur: Speciosus forma prae

30 Psalm. 44, 3

7 terram rubram *A* 13 sillogism' *A* 18 valte *A* (a *superscr.*) 20 fage] *cf. p. 327, 22* 21 cōmedere *A* 22 rationabilis (e *a m. 2*) *A* 24 inrecubabiliter *A*

filiis, cuius in labiis pulchris diffusa est gratia, quia etiam secundum humanitatem pulchrior fuit ceteris. Obsitus ·i· cir- v. 58—106 cumdatus. Salue. Salutat poeta matrem Christi. Tenet ·i· regit. Giro ·i· circulo, sicut circulus uel corona nec initium neque finem habere uidetur, ita imperium Christi. Femina. Femina et mulier non sunt nomina corruptionis, sed sexus et naturae, nam uirgo et femina et mulier potest appellari. Pastoribus. Pastores erant in deserto ultra Bethleem iuxta turrim gregum, qui uocatur Adernam. Si aliquem timorem haberent, illam ascendebant. Ibi erat planities apta atque utilis pecoribus. Eous. Mobile est eous, eoa, eoum. Eous fixum ·i· pars caeli. Tyrannus. Tyrannus graece, latine rex. Tyrannus apud nos dicitur inuasor alienae possessionis, unde et Herodem appellat tyrannum. Alienigena enim fuit, patre Idumeo matre Arabica, nutritus ab Hyrcano pontifice Iudeorum, quo mortuo inuasit regnum. Nubila ·i· tristitiam mentis. Alens ·i· nutriens; facie laetus erat, sed mente tristis. Tractat ·i· meditatur. Neglegis ·i· non intellegis, quia ille legerat in lege Iudeorum, quod Christus de Iuda deberet nasci. Numina ·i· potestas uel uoluntas, quia uoluntas pro effectu operis accipitur. Patrandum ·i· perficiendum. Alacres ·i· laeti, festini. Thesauris. Thesauros uocat thecas uel pixides, ubi munera erant. Solutis ·i· aptis. Per aurum futurum regem, per thus deum, per myrrham mortalem crediderunt, quia myrrha conduntur corpora mortuorum. Tres magi significant genus humanum a tribus filiis Noe disseminatum per tres mundi partes ·i· Asiam, Africam et Europam, quia uenit ad Christum cum tribus naturalibus disciplinis: Physica, Ethica, Logica. Cur tria et non ampliora? Propter numerum sanctae Trinitatis uel propter III tempora, quae deus semper cernit. Postquam uenimus ad Christum non repetamus iniquum ·i· non reuertamur ad diabolum, sicut magi non sunt reuersi ad Herodem. Herodes interpretatur pelliceus uel pellis gloria et significat diabolum, qui primos parentes exutos stola inmortalitatis induit pelliceis uestibus. Postquam enim per baptismum uenimus ad Christum, non debemus reuerti ad diabolum, cui

13 aligenigena *A* 14 yrcano *A* 23 mirra *A* 26 c,trib; *A*

v. 108—156 abrenuntiauimus in baptismo. Aperit ·i· manifestat, illam scilicet iram, quam latebat. Sicut superius dixit 'nubila mentis habens'. Facinus ·i· scelus, quod uoluit facere, non potuit perficere. Christus enim ad Aegyptum fugerat. Facinus ton meson est, in bono enim et in malo ponitur. Inmerito ·i· iniuste. Vixdum sicut agedum; adiectio syllabica est dum. Vagitus ·i. primas uoces infantium, inde uagiticanus deus dicitur, qui praeest infantibus. Innumerum nefas ·i· multiplex peccatum. Orbata ·i· priuata filio. Lanio ·i· crudelis. Increpatio ad Herodem. Lanio dicitur lupus a lana, quia interfecit oues, nam laniare est interficere. Alieno in corpore ·i· in corporibus sanctorum, sicut Paulo ipse dicit: Saule, quid me persequeris? Non dixit meos sanctos, in hoc manifestum est, quod deus in sanctis martyribus patitur. Emeritus ·i· perfectus; merere per e breuem dicimus; milites dicuntur qui expleto quinquagesimo anno cessabant a militia et dabatur eis aliqua dignitas, inde emeritus dicitur totus perfectus. Nec mora ·i· sine mora. Postquam Christus duodenis erat, inuentus est in templo docens. Si aliquis dicat interrogando quare dixerit 'nec mora', cum magnum spatium sit inter XII et XXX annos, quantum ad hominem pertinet, respondet per parenthesin ·i· interpositam dictionem cum interrogatione. Fluens ·i· nascens. Alludit poeta. Non est mirum, inquit, super se prophetat sine sermone, quia patrem habet mutum. Spiramina. Spiras dicimus reuolutiones funium in nauibus, hinc spiramina quaedam dicit uocari reuolutiones ·VIII. mensium. Verum quia hoc exemplo caret, melius dicimus taciturna spiramina noui mensis emissiones et reciprocationes spiritus prophetae sine uoce usque ad natiuitatem Iohannis. Tollere cum dicit exponit, quod dicit ueniens peccatum tollere mundi. Mihi ·i· omnibus, se enim pro omnibus posuit. Decutit ·i· expellit. Non obfuscata ·i· non denigrata, non obscurata. Sicut enim lux, cum in tenebras uenit, nihil obscuritatis accipit, sed potius ipsas tenebras ⟨decutit⟩, ita Christus quamquam carnem suscepit, nullam tamen maculam carnis ·i· peccati in se ipsum accipit. Attactu ·i·

7 cf. Aug. de c. dei I 155 12 cf. Act. 9, 14

2 *fort.* quae 8 piuata (r *a m. 2*) *A* 10 aluna *A* 24 spirasmina (mina *in ras.*) *A* 32 decutit] *addidi cf. Carm. v. 154*
33 Atactu (c *a m. 2*) *A*

suo baptismate. Caro aliquando pro peccato accipitur, et Christus peccatum gessisse dicitur, cum similitudinem carnis ·i· peccati suscepit. Torrentum ·i· currentum et est adiectiuum nomen et fixum. v. 157—195
Limphas Graeci dicunt nimphas, nos limphas, nam eiusdem nominis nota est apud Graecos ·N·, cuius est ·L· apud nos ·i· quinquaginta. Reflues ·i· retro fluentes; poeticum est. Factum est autem, quando filii Israel transierunt Iordanem pergentes ad terram repromissionis. Tunc primi transierunt sacerdotes et statim, ut aqua tegit pedes eorum, pars Iordanis, quae deorsum erat, fugit ·i· cecidit in mare mortuum; illa uero, quae sursum erat, stetit in una mole. Hoc detulit poeta ad baptismum domini. Harenas: harenae dicuntur ab ariditate, quando sine aspiratione scribuntur, quando uero cum aspiratione dicuntur eo quod hereant fabricis. Honore ·i· honorabitur. Illa columba . . . . . . Mansuetum ·i· misericordem. Mansuetus dicitur quasi manu suetus ·i· pius. Mitem: mitis dicitur quasi mutus, qui prae nimia humilitate sermone carere putatur. Deus in mansuetis habitat, sicut ipse dicit: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea. Per uolucrem. Volucres dicuntur a crebro uolatu; ideo in columba Spiritus apparuit, ut ostenderet Christum simplicem, et eorum corda replere per simplicitatem et innocentiam diligunt. Probatur Pater in uoce, Spiritus sanctus in specie columbae, Filius in persona hominis, qui baptizabatur. Pater est ibi, Natus est ibi, Spiritus sanctus est ibi, ibi Trinitatem hic demonstrat. De caute ·i· de duro lapide. Cautes et cotes idem sunt. Vipereis ·i· serpentinis, ueneniferis; uipera dicitur eo quod ui pariat, caret enim uulua, sed ore concipere fertur. Potestas s. angelica et archangelica. Nec mirum si diabolus, qui spiritus est, potuit omnia regna mundi Christo ostendere, cum beatus Benedictus in corpore adhuc positus potuit aspicere totum mundum, non quia mundus breuiatus sit, sed mens eius per contemplationis est gratiam dilatata. Ideo diabolus post baptismum dominum temptauit, ut ostenderet nos tunc acrius temptari, cum se deserere et seruitio dei uiderit diligentius insi-

14 *sequitur ras. 5 versuum in A* 34 & ^ser^uitio (ser *a m. 2*) *A*

v. 204–249 stere. Delapsus ·i· dimissus uel descendens. Labere ·i· mitte te deorsum. Imperatiuus est a uerbo labor. Fastigia ·i· summitatem, pinnae sunt cacumina ·i· sublimiores partes domus. Hic autem pro tabulatis posuit templi. Templum domini tricameratum erat ·i· trium tabulatorum: a terra usque ad primum XXX cubiti erant, a primo usque ad secundum alii XXX, a secundo usque ad tertium LX, ecce CXX. Curuauit ·i· formauit, curuauit quia in modum camerae sunt caeli. Vectus ·i· deportatus sua ipsius uirtute, sicut de Spiritu sancto passiue legimus 'Spiritus domini ferebatur super aquas'. A quo enim ferretur nisi sua potentia? Cuspide ·i· lancea, iaculatione. Gladium dixit uerbum dei, unde apostolus et gladium spiritus, quod est uerbum dei, quo tunc deus aliquem percutit, cum de peccatore efficit iustum. Praecipites ·i· cadentes. Confringens sapientia. Sapientia neutraliter dixit. Confringit deus fortes, cum eos a timore superbiae deicit et ad ueram humilitatem ducit. Perdit sapientes, cum uanam sapientiam illorum destruit et ad ueram, quae Christus est, perducit. Non elegit deus rhetores et sapientes et imperatores, sed pauperes et humiles et piscatores. Tractare ·i· sectari. Germanum, quia fratres sumus; germanus proprie dicitur, quasi de uno germine patris manans. Vetusti doli ·i· antiquae fraudis. Vetus dolum ·i· originale peccatum. Dolum ideo, quia fraude diaboli inmissum est; ergo debemus delere inuidiam de cordibus nostris, quae uere diaboli nota est. Degener dicitur qui non respondet nobilitati parentum ·i· qui suis factis se ignobilem exhibet, ·s· tunc a deo degeneramus, cum nos inuicem odimus. Sicut benedicier idem, magna subauditio est, ·s· sic iubet se sanctificari a nobis, a quo sanctificamur omnes, sicut iubet idem benedici a nobis, a quo benedicimur omnes. Iam iamque aduerbium est optantis ·i· cito, dominus semper et ubique regnat, ·s· petimus, ut nos ad se ipsum colligens regnet in nobis. Non succedunt ·i· non adueniunt. Per aeuum. Aeuum pro perpetuitate ponitur, et uenit a graeco quod est eon tempus, nihil aliud est nisi cursus et uicissitudo rerum ·i· cum diei nox et nocti succedunt dies. Corona

1 demisus *A* 2 ᵈᵉorsum (de *a m. 2*) *A* 11 gladius *A* 14 rēthores *A*

propter aeternam retributionem ponitur, quia sicut corona non habet initium neque finem, ita illud praemium initio et fine carebit. Nusquam, in nullo loco, usquam econtrario in aliquo loco, sicut v. 257—278 nunquam in nullo tempore, unquam in aliquo. Vtque polo. Per polum animam intellege, per humum corpus humanum. Ydrus, ydrus est serpens aquaticus. Vendicet ·i· usurpet et propriefaciat. Artus ·i· membra, artus dicitur ab artando ·i· stringendo, eo quod stringit corpus. Panem nostrum. Non iste panis, sed spiritalis intellegitur, qui est Filius dei, qui substantialis dicitur, quia omnem substantiam uel essentiam supergraditur, et licet dialectici in deum categoriam quae est usia cadere dicant, deus tamen ultra usiam est, et ideo secundum humanam intellegentiam nihil est, quia omnem exuperat intellectum, ut ait apostolus 'pax dei, quae exuperat omnem sensum'. Annonam ·i· salarium, idem est et praebenda. Annona dicitur eo quod singulis renouetur. Diurno, a die diurnus ·i· unius diei, a diu diuturnus ·i· longi temporis. Corpore ·i· illo spiritali mysterio. Verbumque cibusque: uerbum, quia deus est ante saecula, a deo patre genitum, cibus, quia cum esset deus homo factus est, ut esset cibus hominum, qui erat cibus angelorum. Cautio ·i· confirmatio; cauo, cauis ·i· firmo, facit praeteritum caui, inde cautio dicitur firmatio, unde in euangelio 'accipe cautionem' ·i· firmationem uel scripturam. Tortoribus ·i· demonibus. Per decies millena talenta intelleguntur maiora peccata sicut est fornicatio, adulterium, homicidium, per ·C· denarios minora uelut ira, odium et cetera. Si ergo nos dimiserimus fratribus nostris minora, dimittet nobis deus maiora, si non, nectemur grauius iam soluti a peccatis. Hic tangit euangelium, ubi legitur 'homo quidam posuit rationem cum seruis suis'. Donec finitum pro infinito posuit, quia illi qui in inferno damnandi sunt, nunquam ueniam merebuntur, non sicut Origenes dicit, post mille annos soluetur satanas cum suis, sed magis sententia domini cauta erit, qua dicit 'ibunt impii in supplicium aeternum'. Ergo donec pro semper posuit, sicut in psalmo

13 Paul. ad Phil. 4, 7 — 22 Luc. 16, 6 — 28 cf. Matth. 25, 19 — 32 cf. Matth. 25, 46 — 33 Psal. 122, 2

2 ut (a *eras.*) *A* — 7 artus — corpus *add.* *A*² — 15 brebenda *A*

legitur 'ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misere-
v. 278—300 atur nostri' ·i· semper. Breuem ·i· minimum. Amen. Haec particula signum et quoddam sigillum est dominicae orationis, quo confirmantur omnia, quae supra dicta sunt. Malum ·i· diabolum. Bonum ·i· Christum, deum adimus non gressu corporis sed intentione mentis, deo enim non loco sed mente approximamus aut elongamus. Ducit ·i· dirigit. Versus et hemistichium Virgilii est ·i· unus et dimidius uersus. Et bona libertas, quia possunt euadere ·i· effugere. Per pascua ·i· per mansiones caelestis Hierusalem, pascua est dulcedo diuinae uisionis.

IN LIBRVM III.

v. 1—34 Thalamis pro nuptiis: thalame graece uoluptas, inde thalamus dicitur, ubi uoluptas perficitur. In ydriis. Lacus appellat hydrias et dicuntur a latendo, quia ibi latebant aquae; ydor graece aqua, inde ydriae dicuntur uasa receptui aquarum parata. Gaudia .i· fantasia, imaginatio quaedam poetae est, quoniam insensibili rei dat sensum ·i· ut desinerent esse quod [non] erant, et inciperent esse quod non erant. Inocciduas uuas ·i· indeficientes fideles, nunquam perituros. Pampinus est folium uitis, quod a calore solis et iniuria imbrium protegit racemos. Ita diuina protectio fideles sanctae ecclesiae, ne deficiant, ⟨ab⟩ aduersantibus huius seculi protegit et munit. Post ·i· postea, postquam in uinum conuertit aquam. Febris. Febris dicitur a feruendo, et licet a calore dicatur nonnunquam frigida est, et in diuina scriptura omnes infirmitates febris dicuntur nomine. Quantum imperii, uirtutis. Admiratio est; quantum illius rei dicimus, ut quantum uini, quantum aquae. Rura ·i· uillas. Casas ·i· domos pastorales. Castellum, diminutiuum a castris. Candore miser ·s· alii gaudebant propter suum candorem, iste contristabatur, quia lepra gaudet in corpore. Lepra graece uarietas, inde leprosus dicitur qui uariis coloribus maculosum corpus habet. Quaeritur, cur leprosus in uia occurrit domino; quia lex praecipiebat, ut omnis leprosus a consortio communis habitationis separetur. Febris ·i· febris, licet a feruore dicatur, aliquando tamen frigore corpus cruciat. In

funere ·i· in dubia morte. A funibus funus mors dicitur. ⟨Funes⟩ ·i· candelae, candelae sunt funes cera obliti. Coquebat, quia primum frigida est febris, postea calida. Fontem dicit fidem mulieris, quae in corde latebat. Iras ·i· uexationes nigrorun dicit, non quod spiritus nigri sunt, non enim accidit color nisi corporibus, sed nigros dicimus damnatos uel mortuos a graeco, quod est nicros, et maligni spiritus propter malignitatem dicuntur nigri, quia licet perpetualiter uiuunt, tamen mortui sunt felicitati aeternae. Honorem dicit hominem, quia homo honor est omnium naturarum, per illum enim omnia honorantur. Norat ·s· Christus; diabolus secundum substantiam dei est, quia ipse eum creauit, secundum autem id quod malus est, non est dei, quia deus eum bonum creauit et cuncta ualde bona fecit. Arentes algas ·i· siccas herbas. Algae dicuntur purgamenta matris uel alicuius rei, ideo marina loca petiit, ut ibi quisquis deum uerum esse monstraret. Cymbae ·i· nauiculae. Cymba graece, cumba latine. Librabant ·i· tendebant, modificabant. Librare proprie est aliquid in altum extendere. Ratis proprie est incastratura trabium uel strues lignorum. Flabris ·i· uentis, inde flabellum diminutiue paruus uentus. Hyems est quarta pars anni, sed abusiue pro tempestate ponitur. Procellis ·i· magnis undis; procella est uentus cum aqua mixtus. Vada salsa ·i· saliuae aquae maris. Poeticum est quod dicit salsum, quia mare Galileae dulcem habet aquam, habilem ad potandum ·s· ideo dicit hoc, quia generaliter dicitur ab amaritudine, et sciendum quia nauigationes domini in mari fuisse Galileae dicuntur. Naufragia ·i· periculosa putabant se naufragia passuros. Dormire est quiescere, dormitare ante quietem pigritare et somniculari. Citus ·i· cito; uerba turbatorum, in turbatis enim non est continuus sermo sed separatus. Exiliens ·i· gaudens propter Christum. Auidas ·i· cupidas. Pennas dicuntur habere uenti propter suam uelocitatem. Prosiluere ·i· cum impetu exilierunt; gemino dixit, quia duo erant. Mala ·s· supplicia. Legio. Legio est $\overline{\text{VI}}$·DC·LX VI demones; legio keras dicitur graece, macedonice phalanx. Duplex, quia interius erant demones peruasi, exterius uinculis inretiti. Pro

v. 34—83

1 candelęm *A* 7 nikros *A* = νεκρός *cf. p. 346, 3* 26 fuer *in mg. A* 33 sexingenti *in mg. A* 34 kera *A*

v. 83–142 meritis, quia dignum erat, ut inmundus mundum peteret. Oletum et olidum idem est et sunt ton meson, unde semper egent epitheton ·i· adiectiuo nomine. Phalanges ·i· multitudines et est lingua Medorum, quod dicimus legiones. Horrens ·i· toruus, horribilis; tria sunt epitheta sine coniunctione, quae figura uocatur asyndetos. Sine usu, ·i· sine officio. Cum dicit resoluta ostendit, quid sit paralisis. Lisis, solutio; paralisis, resolutio, inde paraliticus per sua membra resolutus. Vincula ·i· compaginationes. Nerui sunt uincula corporis, cum uero resoluuntur laxum et fluuidum reddunt corpus. Malis ·s· infirmitatibus. Quinque modis datur infirmitas: primo propter gloriam dei, ut laudetur deus sicut in Lazaro et in caeco nato; secundo ad custodiam uirtutum sicut Paulo, ne insolesceret tanta magnitudine; tertio ad augmenta uirtutum sicut Tobiae et Iob, qui patienter ferentes infirmitatem sanctiores fuerunt; quarto propter peccata sicut huic paralitico; quintus modus est reproborum, qui hic ideo incipiunt torqueri, ut per haec tormenta ueniant ad aeterna sicut contigit Herodi et Antiocho. Grata mercede ·i· uicaria, quia illum, a quo portatus fuerat, portabat. Haec dicta sunt per periphrasin. Clauso ·i· ultimo. Functa pro defuncta. Adultae ·i· excretae, quia duodenis erat, digna iam coniugio. Spem dicit, quia in illa erat spes posteritatis. Funera ·i· cadauer. Inundantem ·i· profluum, nomine emorreusa ·i· sanguinem fluentem. Ema graece sanguis, reuo ·i· refluo. Filum uocat fimbriam uestimenti Christi. Mos erat apud Iudeos ut in ·IIII· angulis pallii fila ponerent iacintiri, ut per haec discernerentur a ceteris gentibus. Lugentia. Metonymice sunt lugentia. Culmina moesti tecti ·i· deflentem domum, in qua erant deflentes, per id quod continet et id quod continetur. Moriens pro mortua. Trepidus ·i· dubius. Vlulans ton meson est. Vlulatus dicitur exercitus insequens et exercitus fugiens. Funereos ·i· funeri aptos ·i· tibia sonantes. Vis est musicae artis, ut gaudentes plus gaudere faciat et dolentes plus dolere. Plangor ·i· luctus. Frequens ·i· magnus. Versis, subest cantilenis ·i· qui prius plorauerunt per

2 epteton *A*   4 *fort.* nos dicimus   6 asintheos *A*
7 paralisin *corr. in* -sis *A*   13 tantam magnitudinem *A*
14 thobie *A*   23 emat *A*   27 metonomie *A*

dolorem, nunc plangunt propter insperatum gaudium. Contrarium esse uidetur, quod dicit euangelista 'mortua' ·i· puella, et hoc quod dominus 'non est mortua'. Vtrumque tamen uerum est, nam hominibus mortua erat, illi qui suscitare eam poterat, non erat mortua, sed dormiebat. Biothanatus ·i· bis mortuus, nam thanatos ·i· mortalis, athanatos, immortalis. Inclite ·i· generose, cleos enim v. 144—217 gloria. Filius Dauid dicitur, non aliorum patrum, quia ad eum repromissiones de filio dei specialiter factae sunt. Cognosce pro cognoscere. Torpens ·i· pigrescens, deficiens. Sed domus Israel ·s· tantum praecepit eis in Israel ire, ne Iudei occasionem haberent dicendi ad alios: Pergunt et nos dimittunt. Hoc nomine ·s· ut Israel uocarentur. Verba sunt poetae per parenthesin. Gratis aduerbium est a gratia. Est autem gratia spontaneum donum, quod sine merito alicui impenditur, acsi diceret dominus: Et uos mei estis et oues meae sunt et pascua mea sunt. Nolite ergo uendere meis ouibus pascua ·i· doctrinam uel spiritum sanctum, qui datur per inpositionem manus. Hoc dixit, ut sacerdotes exemplum haberent, quatenus ne uenderent sacerdotale ministerium. In paradyso quidam fons est, ex quo procedunt quattuor flumina: Geon ipse est Nilus; Phison ipse est Ganges; Tigris et Euphrates propriis nominibus uocantur. Synagoga dicitur congregatio, sicut ecclesia conuocatio. Dimenso ·i· diminuto. Reduci ·i· reuertenti. Nil tollit ·s· sicut solent medici quiddam praecidere de membris, ut totum corpus sanetur. Instaurans ·i· reparans. Chelydrus ·i· diabolus. Cherson, terra; ydor aqua, inde chelidrus serpens, quia in terra et in aqua potest esse. Despectans ·i· deorsum aspiciens. Iuges ·i· continuos, ideo dicit iuges, ne per aliquot annos putares currere infirmitatem. Ima petunt ·i· terrenis opibus inhiant; inhiare est intendere. Modo allegorizat. Illa mulier significat illos, qui pondere peccatorum pressi terrenis opibus delectantur. Maioribus ·i· maiora miracula quam sicut fecit Moyses, plus enim fuit de duobus piscibus et quinque panibus magnam multitudinem satiare quam de inmensa largitione coturnica. Coturnix idem est et ortigometra. Cophinus et corbis et canthara idem sunt. Aucta ·i· amplificata; tanta copia frag-

6 anathos *A* 20 eufrates *A* 34 ozzigometra *A* . corbes *A*

v. 230—270 mentorum suscepta est, quanta non fuerat apposita. Diem ·i· solem. Pallor ·i· nigredo. Poeticum est quod dicit rapiente, poetae enim dicunt solem sero mergi in oceano, mane surgere in oriente. Hesperus stella est, quae surgit post occasum solis et uocatur Venus media nocte, mane uero Lucifer. Arua ·i· planities maris. Arua sunt quicquid sustinent aliquid, arua auium sunt ager, arua nauium mare, arua hominum terra. Glaucis ·i· uiridis coloris; glaucus dicitur uiridis, est autem color inter album et nigrum. Sub calle pedestri ·i· sub itinere pedum. Genesar regio est trans mare Galileae et dicitur Genesar, generans auram sibi, sicut mare tempestatem. Quot ·i· quanti. Tyrus et Sidon ciuitates sunt maritimae, interpretatur autem Tyrus angustia, Sidon uenatio, quae etiam ante Sarra uocabatur . . . Pro uitio ·i· infirmitate. Cham fuit filius Noe, unde omnes Chananei dicuntur. Odoratae, quia cibis odorem accipit; odorum est quod ex se ipso odorem dat, odoratum quod aliunde accipit sicut uestimentum, odorisecum quod insequitur odorem sicut canis. In sentibus ·i· in errore gentilitatis. De gramine ·i· de doctrina euangelii ·i· de scientia diuinarum scripturarum, quae Hebreis datae sunt. Hebrei enim tunc in deum credebant, aliae uero gentes nondum credebant, unde psalmista: Notus in Iudea deus. Attemperat ·i· coaptat; organum uocat officia membrorum, nostrum enim corpus quasi ex officio musicae artis constat, quia sicut musica ars foris fidibus temperatur, ita corpus aequalitate elementorum. Nam infirmitas corporis nil aliud est nisi inaequalitas elementorum, sanitas uero aequalitas illorum est. Organa concordia membrorum; nerui sunt uincula corporis. Geminanda ·i· multiplicanda ·s· si ieiuni reuerterentur, ipse labor itineris famem augeret. Qua ·s· turba. Enorme ·i· inmensurabile; norma est regula uel mensura, inde enormis, cuius per sui magnitudinem mensura non potest inueniri. Secundi ·i· feminei, primus sexus uirilis, secundus muliebris. Et aetatis ·s· secundae ·i· pueri uel prima aetas est infantia, secunda pueritia. Reliquias suas et culmina eadem sunt, est autem

21 Psalm. 75, 2

9 genaser (a *ex* e) *A* 11 tirus *A* 16 uestis ètum *A*, *in mg.* odorisecum *m. 2* 18 in ˙rore *A*¹

epexegesis quae fit, quando una res aliis uerbis bis repetitur. Sportarum. Sporta est uas ex foliis palmarum contextum. Poetice dixit expauisse ipsam famem, messem uocat ipsas reliquias. Lichnus. Lichnus graece, latine lucerna. Clarum communis figura est, quae graece dicitur *κοινοῦ*. Ignotos, quia antea ees non uiderunt. Alfa prima littera est Graecorum, *ω* ultima. Enachos licet postea sit, non est littera sed character numeri, et per haec significatur 'deus initium et finis', sicut ipse dicit in apocalypsi: Ego sum alfa et ω, primus et nouissimus. Principium intelligitur Christus per Moysen, qui in tertia mundi aetate fuit, finis per Heliam, qui in quinta aetate fuit prope iam sextam, et adhuc uiuit uel inter Heliam et Moysen stetit, quia ipse initium et finis prophetiae. Limine uitae ·i· in ingressu quasi in ostio resurrectionis stans, quia iam ultima aduenerat aetas, in qua electi resurgentes ad uitam aeternam erant transituri. Deiectus lumina. Figurata locutio ·i· deiecta lumina habens, in deiectione oculorum eius humilitas ostenditur. Tributum ·i· uectigal et dicitur a uehendo. Totus mundus reddebat censum Caesari ·i· V. anno unum nummum aureum. Per alios ·V· unum argenteum et per alios aereum; ter quini ·XV· et hoc est indictum uel indictio. Gerulum ·i· portitorem, piscem uidelicet qui habebat in ore staterem ·i· duo dragmata. Dragma est genus nummi, quod appendit ·X· denarios, hinc dicitur quasi decima pars dragmatis sit, dragma uero aliter est duo denarii et dimidium. Idem est et stater, praeterea statera dicitur ubi aliquid ponderatur. Aliter dragma dicitur graece, latine fabula; inde dragmaticum carmen dicitur fabulosum. Aulae ·i· in aula ·i· in palatio. Aula dicta est ab aulaeis ·i· cortinis. Est autem aula domus regalis. Non annis, quia non possumus, sicut apostolus 'Estote paruuli malitia, sensu autem perfecti'. Nec resupina ·i· superba, resupinos dicimus superbos, qui resupini et erecti solent incedere.

v. 270—380

8 Apoc. 1, 8 29 I Cor. 14, 20

1 repetit̃ *A* 5 KOENY *A* 9 apocalipsis *A* 11 ᴴeliā *A* 12 fecit *A*[1], *corr.* stetit *m. 2*

IN LIBRVM IIII.

v. 1—52 Placidas ·i· tranquillas. Iudea generaliter regnum omne Iudeorum dicitur, specialiter uero illa pars meridiana, in qua erat Hierusalem et tribus Iudea et Beniamin cum tribu sacerdotali, quae etiam Iudea appellatur. Camelus a graeco uenit, quod est camir ·i· curuum, est enim curuum animal, curuum et gibberosum aptum ferendis oneribus. Fertilitate ·i· habundantia. Velle est ·i· uoluntas illius opus est. Mitescere ·i· uilescere. Sensum ·i· substantiam ·s· auferendo ab eis sollicitudinem diuitiarum. Hoc impossibile est, ut diues amator diuitiarum ingrediatur in regnum caelorum. At alto deo possibile est omneuis, quia ipse potest facere, ut diues diuitias suas pauperibus tribuat et pauper factus deum sequatur. Aerugo et rubigo uitium est metallorum; aerugo uero segetum dicta ab auro, eo quod aureum colorem in se habeat. Tinea est uermis quicquid conterit adurens, et pertinet ad uestes, aerugo uero ad aurum. Nec famulatur ·i· oboedit, quia hic famulatur aurum furibus, cum se permittit auferri. Considere a uerbo sido sidis, considere ·i· residere. Vagas auras ·i· uacuum aerem. Bethania uiculus est in latere montis oliueti mille passibus ab Hierusalem distans. Ficus dicitur a fecunditate, aliquando enim pomum maturum habet, aliquando acerbum. Frondea pro frondosa dixit. Frondeum est quod constat ex frondibus ·i· ex uirgis, unde fit scena ·i· umbraculum, frondosum uero quod habet frondes sicut arbor. Repperit esuriens ·s· non ideo quaesiuit dominus fructum in ficu uel quod ignorat, quia non erat tempus, et secundum euangelistam non erat tempus, ut haberet fructum. Quid ergo peccauit arbor? Nihil, sed illa arbor significat synagogam Iudeorum, ubi Dominus nullum fructum inuenit et ideo maledixit illi. Stipite. Stipes est proprie truncus, de quo rami procedunt ·s· hic pro tota arbore posuit. Sucis ·i· uirore, uiduare est derelinquere, inde uidua derelicta. Nil fertile nutrit ·i· nihil boni. Modo allegorizat. Allegoria est inuersio, quando

6 giberosum *A* 9 aferendo *A* 19 uictulus *A* 20 ad *A*

de littera transit ad spiritalem intellectum. Amoeno ·i· pulchro. v. 54—92 Amoenus locus dicitur aptus uoluptati. Palma. Palma dicitur quasi pacis alma, eo quod uictoribus datur uel eo quod ad similitudinem manus sit insita. Et bene iustus comparatur palmae, quia non habet palma fortitudinem et fundamentum in radice, sicut aliae arbores, sed exilis est et in summitate crassa ibique habet fundamentum, ita et sancti non respiciunt in terram nec curant de terrenis ·s· in caelestibus habent omnem fortitudinem. Libanus mons est in Iudea, ubi nascuntur cedri, altissimae arbores et interpretatur Libanus dealbatio. Tacendo: quia tacendo demonstrauit se mutum esse, cum solitum sit hominibus suas infirmitates loquendo declarare. Pharisei interpretantur diuisi, qui merito speciali sanctitatis se a cetero populo diuidebant. Dicti a Phares filio Iudae. Incumbens ·i· retro stans. Flagrante ·i· nardo pretioso redolente. Fouens ·i· ungens; pedes domini significant eius humilia membra, ille pedes domini lauat lacrimis et tergit capillis, qui pauperibus compatitur et necessitatem illorum suam putat. Vnguento fouet eos cum bonae opinionis odorem de se emittit. Nulla enim manus uacua a munere, cuius arca cordis plena fuerit bona uoluntate. Capharnaum ciuitas est in monte Tabor posita. Synagoga dicitur congregatio sicut ecclesia conuocatio uel conuentus. Erat domus apud Iudeos, quae synagoga uocabatur, in quam conueniebant die sabbati ad audiendam et docendam legem, sicut nunc in ecclesia fit. Proteruo ·i· horribili, proteruus dicitur quasi porro toruus ·i. ualde horribilis. Quid nobis et tibi ·s· commune est uel quod nobis pertinet. Cur nos uenisti perdere ·i· damnare. Et sanctum .s. te esse filium dei. Minora enim dicebant demonibus, quibus utcumque promissum est nosse filium sanctum Dei, minora uero nescierunt, usque dum gloria et fortitudo eius fregit infernum. Demones enim quamuis dignitatem perdiderunt, naturam tamen non. Sunt enim ut dicit Augustinus corpore aeria animalia, spiritu aeterna, animo maligna et sunt naturae subtilioris ideoque futura aliquando praeuident Tria latuere diabolum: partus uirginis, diuinitas hominis, passio redemptoris. Demonas accentus grae-

21 Thabor *A* 24 ad] & *A* 28 dicebat *A* 30 nescirent *A*

v. 92—148 cus, ideoque corripitur. Prohibet ·i· non uult, ut per talem testem annuntietur, quia non est pretiosa in ore peccatoris. Nigrae mortis. Nigram mortem dicit a graeco, quod est nicros. Nam nigros appellamus mortuos, sicut et candidos uiuentes. Amicum. Amicum illius dicimus, amicum illi possessiuum est, amicus illi adquisitiuum. Legens ·i· nauigans, unde Virgilius: Legunt uela ·i· nauigant. Spiramina. Spiramina uocat sensus, per quos spiramus. Ruptis penetralibus ·i· interioribus reseratis; penetrale est secretum penetrabile, quod penetrari potest. Procumbens ·i· damnate oculis. Speciem simulatae mortis uocat caecitatem, qua mortui non uident. Stagna ·i· mare. Stagnum dicitur a stando, ubi aqua stat. In alno ·i· in nauicula. Alnus est species arboris, de qua sunt naues, ponit autem speciem pro genere. Aquosis gentibus ·i· piscibus. De piscibus gentes dicit, sicut Virgilius de apibus 'gentis adultos educunt foetus' et idem ipse de piscibus 'ibat eum uasti circum gens humida ponti', cum de Proteo loqueretur. Exequiis. Exequiae sunt officia, quae mortuis inpenduntur, dicta ab exequendo. Funere ·i· morte, funus dicitur mors a funibus ·i· candelis. Candelae sunt funes cera obliti. Vrna ·i· sepultura uel mariti uel filii. Vrna uas erat apud antiquos, ubi cineres mortuorum solebant recondi, unde pro sepultura ponitur, idem est et memoria. Feretro. Feretrum graece, latine capulus a capiendo. Feretrum et faretra ab uno graeco, quod est foron ueniunt ·i· ferre. Vnum enim fert mortuum, alterum mortem. Residens et loquens duo signa sunt uitae, et est hysterologia, primum enim reuixit, deinde resedit. Candida pompa ·i· laeta gloria. Mos antiquus erat, ut in aduersitatibus et doloribus pullis uestibus ·i· nigris induerentur, in prosperitate uero et in laetitia candidis, hoc est quod dicit candida pompa. Squameus pro squamosus. Anguis dicitur squamosus ·i· squamas habens, sicut piscis ad modum loricae, unde inuulnerabiles sunt. Gehenna compositum est ex ge et enna et interpretatur uallis gratuita; ge enim hebraice uallis dicitur, Hennon quidam homo

6 cf. Aen. III 532 15 Ge. IV 162 16 Ge. IV 430

15 eidem *A* 16 enim *A* 22 &ordia *A*

fuit, a quo dicta est ista uallis, ad quam confugerunt filii Israel recedentes a templo dei propter amoenitatem illius loci, ubi adorauerunt idola, quia fons Siloa irrigabat eam. Tunc dupliciter ibi perierunt: anima, quia idola coluerunt, corpore, quia ab hostibus interfecti; inde gehenna ponitur pro inferno, quia ibi est duplex poena: calor et frigus. Septem gyros. ·VII· reuolutiones; idem v. 149—192
est septena uolumina, septenarius numerus pro plenitudine ponitur, quia omne tempus huius saeculi per ·VII· dies uoluitur; unde ·VII· pro plenitudine demoniorum, quae in ipsa erant, posuit. Vipereas ·i· uenena diaboli. Vipera dicitur eo quod ui pariat, nam interfecta matre nati exeunt. Cessante ·i· quiescente. Simulastis ·i· finxistis ·s· praue uiuendo, per miracula bonos uos uoluistis ostendere et cum iniquas res ageretis, diuina fingebatis uos opera facere. Quidam sunt, qui cum uiderint homines facientes miracula, non uitam sed miracula attendunt; deus uero potius bonam uitam quam miracula respicit. Carminibus ·i· incantationibus. Figuras ·i· non ueras sed falsas. Nota est historia: uirga uersa in ueracem draconem. Deus enim potestatem habet creaturam suam mutare inquamcumque uoluerit. Magi uero non habent potestatem creaturae, sed oculos intuentium fascinant ·i· decipiunt. Fascinum dicitur laus inuidiosa, inde fascino, fascinas. Post ·i· posthac. Facili ·i· leui, quia mos est diuitum ut difficile inuitentur, sed dominus facili precatu uenerat ad domum Pharisei. Phares fuit filius Iudae, a quo Pharisei dicuntur et interpretantur diuisi. In spatium uteri ·i· quasi totum effectum fuerat uenter. Ydrops: ydor graece aqua, inde ydropicus aquaticus, ydrops est intercutaneus morbus et dicitur latine ueternus, ydropicus morbus est ex uitio uesicae natus cum turgido uentre et anhelitu foetido. Fluuidus, quia quo plus bibit, eo amplius sitit. Lacum ·i· corpus ydropici; lacum appellat uentrem, aqua ueluti in lacu. Adibat dominus domos principum, non quo indigeret eorum epulis, sed ob eorum famulos, quia seruitio detenti eum adire non poterant et eius praedicationem audire, nam aeque de omnibus curabat. Portenta. Portentum est quod subito apparet et aliquid praetendit. Idem est

1 cfuger *A* 10 pareat *A* 31 domos *ex* domus *A* principiū *A* 34 *fort.* portendit

et prodigium, signum quod subito tantum est et nihil significat. v. 192—266 Lepra. Lepra est porrigo uel prurigo siue ebullitio, quia humor putridus a corpore defluit; ipsa lepra portentum. Obscenis ·i· cum turpibus. Obscenas aues dicimus, quae malum omen ·i· augurium ferunt et tunc componitur a cano uerbo. Obscenus uero ·i· turpis a ceno componitur ·i· ab luto. Reduci ·i· conuerso. Redux dicitur qui de aliquo periculo uenit. Christus namque est uerus sacerdos, qui se ipsum et non aliam hostiam pro mundi salute in ara crucis obtulit. Melchisedech interpretatur rex iustitiae. Melchus rex, side iustitiae, qui nomine et actu Christum ostendit; actu quia Christus panem et uinum in mysterium corporis et sanguinis sui instituit, sicut enim Melchisedech legitur primum panem et uinum deo in sacrificium obtulisse. Importuna ·i· infesta perseuerans. Portus est statio et requies nauium, hinc inportunus dicitur quasi sine portu et sine requie. Vnanimum ·i· carum, fidum. Petebat panem ·i· rogabat. Peto te illam rem, et peto a te illam rem. Foribus clausis. Fores proprie sunt portae, quae foris aperiuntur, ualuae quae intus. Obnixe ·i· et confidenter; tot aduerbia ponit, ut ostendat instantiam negantis. Accola ·i· alienigena. Accola dicitur qui aliunde ueniens alienam terram incolit. Testudine. Testudo dicitur instar huius animalis facta testudo. Testudo est camera curua domus, quae in templis fiebat ad similitudinem scenae. Testudo etiam densitas scutorum, qua militum capita protegebantur ad similitudinem animalis testudinis, quod durissima testa munitur. Ad peruia ·i· ad rectitudinem boni operis. Peruius est locus, ubi est uia. Reatus omnis culpa, quae reum facit. Moechae ·i· adulterae. Moechus dicitur adulter, inde mechanica ars uocatur, quae tanta subtilitate fit, ut oculos intuentis fallat. Per claustra ·i· per orbes oculorum. Consanguinei limi. Affectate dixit consanquinei, quia homo et limus consanguinei sibi sunt ·i· uicini. Nam homo ex limo formatus in limum reuertitur. Mystica: mysticen dicunt Graeci secretum, inde mystica miracula dicuntur Christi, quia licet corporaliter fierent, spiritaliter tamen aliquid insinuant. Natas, quia in tenebris eramus. Iste caecus genus humanum significat. Per sputum sapientia dei designatur. Spiritus enim a capite in os defluit, similiter

sapientia defluit sicut ipsa dicit per Salamonem: Ego ex ore altissimi prodii. Ex sputo ergo et terra dominus lutum fecit, quia diuinitas humanae naturae sociata est. Allegorizat. Per sputum intellegitur diuinitas, per terram humanitas, quae simul in Christo coniunctae causa nostrae salutis extiterunt. Abluta causa v. 269—303 metri corripuit. Bethania ciuitatula in radice montis olíueti non longe ab Hierusalem distans, stadiis ·XV·, et interpretatur domus oboedientiae. Lazarus interpretatur adiutus. Populatio ·i· multitudo populi et est uerbum affectatum et noue inuentum. Secundum hominem flebat deus, quia diuinitas inpassibilis non subiacet passioni. Post funera ·i· post mortem. Funus est proprie cadauer mortui hominis dictum a funibus ·i· candelis. Lethale chaos ·i· mortalis confusio. Lex perit. Lex mortis est, ut semel acceptum retineat et nunquam reddat. Caduca culmina ·i· transitorios honores. Phaleris ·i· bullis. Phalerae dicuntur generaliter omnia ornamenta equorum, graece ephippia dicuntur. Ostro ·i· purpura. Ostrum dicitur purpura ab ostreis ·i· pisciculis, quorum sanguine tinguitur. Aurum ·i· frenum aureum, indicium opimi equi est sanguinolentas ab ore spumas eicere. Honos pro honor. Non fuit impar ·s· aequalis dignitatis fuit iste asinus, cuius et ille, qui agnouit Christum in praesepi. In solido ·i· duro. Alloquitur gentiles.

IN LIBRVM V.

Coeperat ·i· aduenerat dies, in qua Iudei pascha celebrare v. 1—19 debebant. Pascha dicitur a transitu, non a passione ut quidam dicunt. Ista enim die transierunt filii Israel ex Aegypto. Pascha autem erat apud Iudeos agnus, qui immolabatur ad uesperum. Gloria ·i· maiestas Christi. Pulchra locutio est, quando pro persona per circumlocutionem declaratur qualitas, ut Virgilius 'robur Troianorum' ·i· Hector, ita dicitur gloria domini ·i· Christus. Clarificem ·s· in resurrectione. Consonam ·i· consors; quia

1 Eccl. 24, 5 29 cf. Aen. II 281

6 cauicula *A* 23 lib ·III· (*in marg. m. 2*) *A*

patrem uocauerat, respondit ei pater. Ita uox non fuit dei patris substantialiter, sicut columba non fuit Spiritus sanctus nec ex aliis columbis generata, sed ex aere, ita ista uox non fuit patris substantialiter, sed signum ut demonstraretur Christus filius dei.

v. 20—97 Annua, quae singulis annis celebrabat; annua ·i· uniuersalis, quia uno quoque anno in mense primo ·i· Aprili, qui hebraice nisan uocatur, apud Iudeos pascha celebratur. Et sciendum, quia Iudei non habebant computum, sed per XXX dies numerabant mensem et lunam. Prima die mensis faciebant primam lunam, decima die decimam, quarta decima die quartam decimam et tunc immolabatur agnus et fiebat pascha. Ex more ·i· in comedendo agnum cum suis discipulis secundum consuetudinem Iudeorum. Humilem. Humilis dicitur quasi adclinis. Sepulchrum albae formae est deforis, intus uero corruptione plenum mortuorum, dicitur autem sepulchrum quasi sine pulsu ·i· sine flatu. Liuor proprie est tumor plagarum, aliquando autem pro inuidia ponitur ut in hoc loco. Pactus ·i· promittens, pollicens. Paciscor duo praeterita habet, pepigi et pactus sum et est polissemus sermo ·i· multa significans. Paciscor pacem facio et promitto sicut in hoc loco. Paciscor ·i· adipiscor, ut Virgilius mortem pro laude pascisci ·i· adipisci. Nomisma a nomine dicitur, quia denarius nomine regis insignitur. Sterili matre ·i· utinam fuisset mater eius sterilis, ut non potuisset nasci. Sors melior ·i· fortuna. Primum optat poeta, ut non fuisset ille natus, et si natus, ut cito mortuus esset. Fusus ·i· natus. Signifer ·i· signa ferens. Ipse enim signum osculo ferebat. Premis ·i· est imprimis. Pax in enses ·i· in praelia. Enses pro bello posuit. Per id quod efficit, id quod efficitur, intellegitur. Aut. Lupus numquam osculatur agnum. Puero ·i· Malcho. Parce ·i· cessa. Parco multa significat ·i· indulgeo uel seruo, inde parcas apes dicimus seruatrices mellis. Et parco est cesso, sicut in hoc loco. Aliger ·i· alas gerens. Concilium ·i· ipsa multitudo, consilium res de qua agitur, conciliabulum ipse locus. Mille, finitus numerus est pro infinito. Vanis fauillis ·i· sententiis uel mala intentione. Fauilla est cibi ignis et dicitur a graeco, quod est fage ·i· comedere. Pul-

20 cf. Aen. XII 49

sare ·i· percutere, colapte graece cudere, inde colaphus ·s· colli incussio, uel caedere ·i· alapas dare. Plausit ·i· fauit, v. 103—156 arrisit, quia ante sub seruitute diaboli eramus. Alapa est incussio faciei dicta a lata palma. Infectum ·i· inperfectum ·s· sed factum. Sanctio ·i· promissio. Damnauit ·i· puniuit ·s· illud opus, quod fecit quando erat inmemor, damnauit quando fuit memor. Cedunt ·i· recedunt. Delicta. Delictum est, quando id quod agere debemus dimittimus, et dicitur quasi derelictum. Rigeo facit praeteritum rigui, inde dirigeo ·i· durum facio. Commercia ·i· pretia. Commercium ·i· commutatio mercium et proiecit in corbanan. Corbanan enim est gazophilatium, ubi dona populi recondebantur. Corban donum, inde corbanan donarium, ubi reges et principes dona condebant in sabbato. Incassum. Casses dicuntur retia aranearum, inde aduerbium incassum ·i· inutiliter. Vertat ·i· subuertat. Sanior ·i· iustior. Angens ·i· constringens, suffocans. Recte per guttur suspensus fuit, quia de illo male locutus est, de Christo. Iudas inter caelum et terram periit, et ut quidam dicunt in ficu, quia non erat dignus, ut ab his elementis reciperetur. Refuga, retrorsum uadens. Apostata graece, retro conuersus latine uel retro cedens. Hinc uerbum apostato, apostatas et nomen apostasia ipsa res ·i· retrocessio. Et iste Iudas apostata fuit, quia apostolorum dimisit consortium et Iudeorum caecitati se sociauit. Ad iugulum ·i· ad decollationem. Iugulum prope est collum, inde est quod iugulare dicimus decollare. Lucus. Lucus est locus amoenus et arborosus. Iudei in siluis et in excelsis locis adorabant idola. Idolum dicitur quasi idos dulos ·i· seruitus formae et deriuatur idolum ab idea sicut formula a forma. Tunc ·i· antiquo tempore. Barrabbas interpretatur filius patris eorum ·i· diaboli, bar graece filius, abbas pater uel barrabas per duo ·r· filius magistri eorum. Rabbi enim hebraice, latine magister. Iussus ·s· fuit, pro omnibus Christus passus fuit, etiam pro latrone. Omnis enim non semper generaliter ponitur sed particulariter, quia dominus passus est non pro malis. Torua falx. Falx est ferrum unde inciditur foenum, per falcem intellegitur maledictio Iudeorum,

24 locus (u a m. 2) A 25 silius (i eras.) A 26 fort. idodulos 27 diriuat A

quando dixerunt: Sanguis eius super nos et super filios nostros. Sicut enim falce inciditur foenum, ita Iudei ista maledictione incisi v. 158—208 sunt. Vigili ·i· sagaci. Lauisse pro lauare. Sacrum, quod praestat ueniam. Implet arundo manum: cum dicit implet, demonstrat, quod magna fuit. Arundo idem est et ferula. Sceptrum inualidum ·i· infirmum, quia exilis et flexibilis herba est. Vacuum ·i· quia non habet medullam. Moxque ·i· postquam illusus fuit, Christus in alienis uestibus illusus fuit. Allegorizat. Hoc accepto alieno dimisit proprium uestimentum et iterum accepit, significat quod depositurus erat mortalem carnem et iterum sumpturus resurgendo inmortalem. Vt mutabile ·i· mortale. Vinum felle. Mirra et fel amarissimum reddunt uinum. Discriminis ·i· supplicii. Supplicium ·i· tormentum. Ideo crucem elegit, ut leuius nos saluaremus a diabolo et eius fraudibus inposito signo crucis, quia si lapidatus fuisset, ut Iudei uoluerunt, portaremus lapidem in signum eius. Cruce sua dominus continet totum mundum sicut ipse dicit: Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Positus ergo in cruce dominus uertice tenuit orientem, pedibus occidentem, dextra septentrionem, laeua meridiem. Hae sunt quattuor partes mundi, quae graece ita uocantur: Oriens anathole, occidens disis, septentrio arctos, meridies mesimbria. Colligit ·i· coniungit. Tribus linguis scriptus est iste titulus: hebraice propter diuinam scripturam, ut uidelicet omnis lingua secundum uocem apostoli confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Ergo Iudei uelint nolint confitentur, quia Christus rex Iudeorum est; graece propter humanam sapientiam, quia Graeci multas artes inuenerunt; latine propter romanam potentiam, omnibus gentibus paene imperabant. Exuuiis ·i· spoliis, exuuiae sunt proprie pelles ferarum exutae a membris earum, sed abusiue pro omni spolio ponuntur. Scisma graece scissio, hinc et scismatici haeretici, qui se scindunt a fide catholica. Licet unum fuerit iudicium ·i· supplicium crucis Christo uidelicet et latronibus, non fuit tamen unum meritum, quia Christus propter nostram salutem pendebat. Sententia ·i· iudicium. Reus

1 Matth. 37, 25   17 cf. Ioh. 12, 32

6 fexibilis *A*   7 ·i· quia] Iq(*A*   31 scismata *A*

ton meson .i. in bono et in malo, in malo sicut in hoc uersu, ubi hi mundo damnabiles .i. rei; in bono sicut in sequenti uersu, ubi reus est mundus .i. obnoxius et debitor, quia debet illi aeternam fidelitatem. Conuicia a uicinis dicuntur, quia uicini inter se v. 214—265
probra iactant. Colligit .i. coadunat, facit apostropham ad paradisum. Edem hebraice, paradisus graece, hortus latine. Violentum .i. pro grandi uiolentia. Facinus ton meson est, sicut et facio, a quo deriuatur. Aliquando enim bonum facinus dicitur. Polum .i. caelum, non partem sed totum nuncupauit, quia eclipsis partem poli tenet, quando fit secundum naturam. Sed tunc non fuit naturalis, sed signum. Et sciendum quia eclipsis solis nunquam fit nisi in tricesima luna uel in prima, tunc quarta decima erat. Exequiis .i. seruitiis: exequiae dicuntur, quae secuntur cadauera mortuorum. Delituit .i. abscondit. A lateo componitur deliteo. Non mansura diu .s. ipsa lux solis, nisi per tres horas. Mystica .i. figurata. Per spatium trium horarum significabatur, quod tribus diebus iaceret dominus in sepulchro, a sexta hora usque ad nonam. Tres horae sunt, quibus occultatus est sol. Verbum de uerbo transtulit, cum dixit mystica, secreta. Mysticon enim Graeci dicunt secretum. Nec tellus sine clade fuit .i. sine damno. Modo dicit, quomodo condoluit terra, quia iam dictum habet de caelo. Supremum .i. ultimum. Suppremo per duo .pp. significat ultimum et uenit a uerbo supprimo, sed hic non potuit propter metrum, supremus uero per unum .p. summum deum significat. Apex .i. sublimitas Christi. Succumbere .i. deorsum cadere, putans .s. cum auctore suo ad infernum descendere. Vagas .i. mutabiles. Perdita .i. genus humanum. Consistentia .i. manentia .s. mundus. Penniculo .i. spongiae, quam circumdederunt hysopo cum arundine. Manzeribus .i. de scorto natis. Ideo Iudeos de scorto natos dicit, quia uirum animae suae .i. Christum deserentes Barraban latronem quasi adulterum eligendo secuti sunt. Acetum ex optimo uino fit et dicitur quasi acidum .i. acerbum. Ita et Iudei de patribus .i. de patriarchis nati sunt. Odiosa propago .i. inimica generatio. Bonus Christus dicitur a graeco, quod est boo .i.

13 equs (ii *a m. 2*) *A* seruit' (iis *a m. 2*) *A* 19 mistichon *A* 31 x (e *a m. 2*) *A*

v. 266—328 uoco, eo quod omnes naturali bonitate uocat. Dimisit, quia uoluntate mortuus est. Mors non adiit illum sicut homines. Non obeunte deo ·i· non moriente diuinitate, obeo significat circumdo, significat et morior. Fatiscunt ·i· habundanter resoluuntur, hio hias ·i· os aperio. Facit inchoatiuum hisco, hiscis, hinc conponitur fatisco ex graeco, quod est fatos ·i· multum, unde affatim aduerbium et fatisco uerbum, quod significat habundanter. Fragore ·i· sonitu. Fragor dicitur magnus sonitus, tractum a fractis rebus. Maius templum uocat corpus Christi, quia erat plenum diuinitate. Alumni ·i· socii, sicut socius gemit alterum uel discipulus magistrum, ita et illud Christum. Poetice dixit ob dolorem nudasse templum sua pectora uidens Christum mori et hoc secundum Iudeos, apud quos uestis scindebatur, si eis accideret aliquis dolor. Sciendum uero quod duo uela erant in templo: unum interius, alterum exterius, quod exscissum est. Patescit ·i· aperitur, ostendit quod significat scissio ueli, reserationem uidelicet legis. Sicut enim facies Moysi uelamine operiebatur, ita lex ante aduentum Christi carnali et litterali intellectu tecta erat. Non formauit, non creauit te. Vipereo ·i· serpentino. Poetice mortem patrem habuisse illum serpentem, per quem primus homo seductus est, matrem uero eius culpam fuisse, quam idem homo commisit. Ad tempus, ideo dicit ad tempus, quia mox resurrecturus erat ·i· post tertium diem. Per ecbasin ·i· per euagationem, quando redit ad narrationem. Et patenti ·i· aperto. Cruor dicitur a currendo, quamdiu currit, etiam sanguis cruor uocatur. Mansore ·i· habitatore. Nobilis ·s· locus ex eo, qui illic iacuit. Nobilior, qui inde surrexit. Augebat ·i· multiplicabatur. Et referrent ·s· illi discipuli ·i· dicerent. Signate ·s· anulo praesidis. Sigillauerunt sepulchrum sigillo et bulla ·i· anulo ipsius Pilati. Excubiis ·i· uigiliis. Excubiae dicuntur uigiliae diurnae, sicut uigiliae nocturnae. Sabbata. Sabbata et sabbatum singulariter unum diem demonstrant. Per hoc quod dicit septimum diem, commemorat ultimum ostenditque diem dominicum, qui sequitur, primum esse, quia omne tempus per ·VII· dies uoluitur huius saeculi. Cum munere ·i· cum unguento aromatibus perfecto. Aromatum genus est unguenti

6 *an* ἄδος? 17 ita—erat *in marg. m. al. scr. A* 27 referunt *A*

et colligitur sicut messis. Dispensans ·i· perficiens ·s· quae v. 390—409 circa sepulturam domini erant. Angelica fide ·i· fideli narratione angeli; ideo in specie ignis apparuit angelus, ut terreret custodes. Sopitos ·i· dormientes. Exuuiae sunt uestimenta mortuorum. Soluere ·i· disligare. Contectum ·i· uestitum, coopertum. Deuectare ·i· portare. Fur nunquam diligit moram. Perituros ἀπὸ κοινοῦ est figura ·i· a communi. Non tuba ·i· festiuitas, in qua tuba canitis. Non unctus ·i· tuus rex. Nec tua uictima, quia in kalendis et in neomeniis ·i· in noua luna faciebant Iudei uictimas et elemosynas et magna conuiuia. Fuscata ·i· denigrata. Synagoga primum sponsa Christi fuit et postea adoratis idolis adulterina facta est et in loco illius Christus sibi sociauit ecclesiam sicut apostolus dicit: Desponsauit sibi ecclesiam non habentem maculam neque rugam. Beata uirgo Maria praesignat ecclesiam, quia illa casta et uirgo fuit ante partum et post partum, ita ecclesia cottidie spiritaliter filios deo gignit in baptismo et tamen casta permanet fidei integritate. Diuulgans ·i· annuntians. Hoc poeticum est. Index ·i· indicatrix ·s· redeuntis Christi. Duobus discipulis euntibus in castellum Emaus apparuit et in fractione panis se demonstrauit. Obusti ·i· assati. Apostatice ·i· incredule. Thomas. Thomas interpretatur abyssus. Didymus. Didymus interpretatur dubius uel simillimus, quia ex parte similis erat Christo. Limine ·i· ianua. Quisquis ·s· magus. Ars magica semper uult latere et nunquam demonstrare se nec magus diligit eos, qui requirunt artem eius. Pendula ·i· pendentia. Fluctiuagam ·i· pisces, qui in fluctibus uagantur. Viam ·i· rationem, non uacat a mysterio. Rete plenum fuit. CLIIII. Iste numerus significat numerum electorum. Rete praedicationem uocat, quia sicut reti pisces, ita animae piorum praedicationibus discipulorum coniunguntur. Dignis ·s· fidelibus. Concluditur ·i· capitur. Sicut illi rete miserunt in dextra, ita Christus suos in dextera parte beatitudinis. Vlnis ·i· brachiis. Ad uestigia ·i· imitationem. Olenos graece cubitus, inde ulna dicitur pars brachii. Vnam ·s· fidem. Constare ·i· permanere. Allegorizat. Piscem aqua

13 cf. Paul. ad Eph. 5, 27

2 sepultura dñe *A* 7 *ΑΠΟΚΕΝΤ A* 21 apyssus *A*

·i· baptismum, Christus est panis sicut ipse, Ego sum, inquit, panis uiuus. Spiritus sanctus ignis, quia Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit discipulis in die pentecostes. Hinc aqua v. 405—436 baptismatis. Epulis ·i· ad epulas edendas. Modico paratu ·i· parua praeparatione; parua, non luxuriosa, sicut solent facere reges et principes. Ritu ·i· ex more, quia antiqui prandentes toris discumbebant. Toris ·i· herbis, ubi discubuerunt cum magistro. Operario ·i· Petro, oues dicit praedicatores. Bethania ciuitatula est in monte olineti posita et interpretatur domus oboediens. Dextra aequalem gloriam significat. Dominus non habet dextram ·s· dextra pro aequalitate et potestate ponitur. Plurima innumerabilium bonorum discipuli non scripserunt omnia, quae fecit Dominus, sed tantum scripserunt, quantum pertinet ad saluandum genus humanum, quia si facerent, non potuisset mundus capere. Carta dicta a Cartano oppido, ubi primum repertus est usus cartarum, sicut pergamentum a Pergamo oppido. Cartae sunt membranae, membranae autem sunt pelles ouium et dicuntur eo quod a membris ouium exuantur. Descriptis miraculis hortatur poeta secum omnes canere Christo et gratias referre.

IN HYMNVM I.

v. 1—14 Honorem ·i· gloriam. Ore ·s· nostro. Pio ·i· glorioso. Paraotera graece repercussio, inde paractericum carmen, dicitur repercussum eo quod repercutitur unus uersus ab altero, hoc est initium primi fit ultimum secundi. Vnius ·s· Adae. Ob meritum ·i· ob causam. Minores ·i· posteri. Vnius ·i· Christi. Quae patuit ·i· fuit ianua, quia per illam mors intrauit. Iudam uocat iniquum fratrem, quia Christus omnes discipulos suos fratres appellat. Transitus ·i· translatio Enoch. Quid amisit ·i· qualem locum perdidit. Parent ·i· praeparent. De transitu Christi, quia et nos ita transiemus. Aequor ·i· diluuium. Archa Noe ex lignis leuigatis fuit ·i· dolatis et non habuit magnum pondus.

1 Ioh. 41, 51

20 caNTem' *m. 2 in mg. A* 24 ūciū (*in marg.* initiū *m. 2*) *A*

Similiter iusti non habent pondera criminum. Hostia summa v. 17—41 est ·s· Isaac. Tacitis ·i· tectis, quia immolationem Christi futuram tegebat. Reserat ·i· aperit. Heres ·i· Iacob, ad quem uenit hereditas Isaac. De Iacob loquitur, quomodo proeliatus est cum angelo. Iacob claudus fuit, quia angelus eum tetigit in neruis, et propter mysterium et ideo Iudei non manducant neruos. Gens ·s· Iudeorum. Claudicat ·s· in credendo. Venitus ·i· uenditus. Venundatus a ueneo, is, quasi uenum eo, sed uenum non est in usu. Fratrem ·s· suorum. De Ioseph loquitur. Venditus ·s· a Iuda. Reppulit ·s· a nobis. Omnia ·i· totam terram Aegypti. De Pharaone loquitur. Dum cessant ·s· tu similiter semper peris. Sanguine ·s· suo. De agno loquitur, quem immolauerunt filii Israel in pascha, de cuius sanguine fecerunt signa in ostiis, quia angelus illa nocte transiebat per totam Aegyptum interficiens omnia primogenita Aegypti, et ubi sanguis erat, nullum malum faciebat. Obruit ·i· dimergit. Vnda ·s· baptismatis. Refecta ·i· saturata. De filiis Israel loquitur, quando pluit illis deus manna. Adoptat ·i· eligit. De filiis Israel loquitur, quando adorauerunt idola. Sibi ·s· a se. Indicium ·i· signum, quia homines ante legem nesciebant habere peccatum, non concupiscentiam, nec ipsam sentiebant esse peccatum, donec insinuant, ut lex dicens 'nec concupisces rem proximi tui'. En lapis ·i· ecce de lapide dicit, unde fluxerunt aquae. Iste lapis significat Christum, sicut ait apostolus 'petra autem erat Christus'. Munus ·i· holocausta. Seditiosa: Dathan et Abiron. De filiis Israel loquitur, quando insurgentes contra Moysen uoluerunt eum lapidare, et tunc descendit ignis de caelo super holocaustum et consumpsit illud et maximam partem castrorum in tantum, ut, si Aaron tenens turibulum cum incenso non stetit inter mortuos et uiuos, paene omnes morerentur. Heres ·i· populus, qui egressus est de Aegypto et in deserto fuit mortuus excepto Iosue et Caleb. Et Iosue diuisit terram populo suo; ita Christus disponit beata regna patris suis fidelibus. Muros de Ierícho dicit, quando filii Israel ueniebant de Aegypto

22 cf. Exod. 20, 17 24 I Cor. 10, 4

13 pasca *A* 20 nesciebat *A* 25 abyran *A* 29 incensio *A* 31 Calep *A*

sacerdotes portauerunt archam per sex dies, in septima ceperunt v. 41—110 ciuitatem. Archa dei ·i· caro Christi uel ecclesia. Vellere ·s. sub; de Gedeon loquitur, qui cum uellet proeliari contra Madianitas, petiit signum, ut esset ros super uellus siccata terra et alia nocte esset ros super terram siccato uellere. Vincis ·s· o Iephte. Gentes ·i· Madianitas; de Iephte loquitur, qui cum pergeret in bellum promisit deo dare in munere quicquid primum inuenisset. Qui et inuenit suam filiam dicens: Non claudam os meum super te, sed deo implebo, quod dixi. Tamen dedit ei spatium ·IIII· mensium, ut lugeret uirginitatem suam. Quare hoc? Quia lex maledicebat omnes feminas, quae non haberent semen. Affectum ·i· dilectionem, quia plus dilexit deum quam filiam. Tulit ·i· abstulit ·s· a nobis. Mandati ·i· euangelii de noua lege, ubi legitur: Si aliquis percusserit te in maxillam, praebe ei alteram. Temerante ·i· maculante. Mouent ·s· ad credulitatem duros Iudeos, licet omnes crederent et signa mouerent, sed omnes duri Iudei credere noluerunt.* Tulit ·i· attulit. Seruuis ·i· generi humano cum debuisset afferre poenas, attulit pro poenis munera. Tulit ·i· sustinuit. Vita ·i· Christus. Tartarus ·i· infernus, tartarus dicitur profunditas inferni apo tartarizin ·i· a tremore, quia profunditas alicuius rei tremet. Profanus ·i· Adam, quasi sacrilegus peccando. Dura ·i· rebelli, quia ex illis discipuli eius fuerunt. Gustato .i· potato, quia pro nostra gente sanguis eius fuit effusus et cotidie potamus ex eo. Euinxerat ·i· ualde ligauerat. Vincla ·s· caritatis .·s· apostolis et martyribus, quos non poterant supplicio terrere. Hostes ·i· inimici Iudei. Properare aduentum iudicum priorum ·i· prophetarum. Munera nostra ·i· corpus et sanguinem nostrorum. Priorum ·s. prophetarum. Piis ·i. sanctis. Sectae ·i· hereses plenae sunt in ecclesia. Corui ·i· impii. Columba ·i· ecclesia. Prauis, dicitur toruosus, non rectus. Visio Christi remuneratio erit electis et damnatio reprobis. Spiritus longum habet spi, sed maluit poeta corrumpere regulam quam minuere Trinitatem.

9 cf. Iudic. 11, 36 14 Luc. 6, 29

3 dege·deom *A* 6 Iepte *A* (*bis*) 15 moun& *A* 20 a portarrizin *A* = ἀπὸ ταρταρίζειν

IN HYMNVM II.

Baiolat .i. portat. Secreta .i. caelestia. Collisa pignora .i. interfectos filios. Flexus genu .i. per genu. Centurio dicitur ·C· homines habens, graece hecatontarchos sicut chiliarchos mille homines habens. Chile mille. Fletu rogitantis ·i· supplicantis. Quaedam ·s· mulieres. Cheromirram: sicca unguenta, quasi manibus confecta. Xero graece siccum, miron unguentum, inde xerofagi ·i· sicca comedentes. Et inde miropole taberna dicitur, ubi uenduntur unguenta. Idem est et farmacopole, farma est unguentum, cuius uenditores atque cultores mirocopi uocantur. Chira graece manus, copos labor, inde chirocopi; hinc et copia dicitur, quia omnis substantia ex labore constat. Sic bibliopole dicitur locus, ubi libri uenduntur, quorum uenditores Sosii uocantur. Sanna est obscenus sonitus narium, unde et pro irrisione ponitur. Venditus ·s· a Iuda. Leonis pessimi. Leo dicitur deus propter fortitudinem, et leo diabolus propter saeuitiam. v. 1—88

4 &catontarchos *A* 7 miro nunguentū *A* 16 saeuitiam] finit *A*

I. INDEX SCRIPTORVM

QVI VEL CITAVERVNT VEL IMITATI SVNT SEDVLIVM.

EPISTOLA AD MACEDONIVM.

1, 3 s. Ermoldus Nigellus p. 5 v. 23 (ed. E. Duemmler, Poetae lat. aeui Carolini II) Ast ego lintre rudi rimoso nauita remo| inmensi pelagi aequor adire uolo.

9, 7 Walahfridus Strabo p. 377 v. 249 (Duemmler l. c.) Et fieri in magno allectos per saecla senatu.

12, 1 Walahfridus l. c. p. 289 v. 31 Iam plurima cesset| uerborum iactura uelim.

CARMINIS LIBER PRIMVS.

1 Aldhelmus, de re gramm. et metr. p. 525 (ed. Mai, class. auct. V), Cruindmelus, ars metr. p. 77, 25; 26, 19; 34, 11 s. (ed. I. Huemer).

2 Beda, de art. metr. p. 244, 19 (ed. H. Keil, Gramm. lat. VII); Cruindmelus l. c. p. 27, 10; 33, 31.

3 Petri et Pauli carm. dubia p. 65 XXX 5 (Duemmler l. c. I) Pone supercilium, hospis, qui haec quoque limina scandis; Iulianus Toletanus p. CCXXXIII 20 (Hagen, Anecd. Helvet.).

4 Cod. Paris. lat. 9380 s. IX f. 348 Codicis huius opus struxit Theodulfus amore; Appendix ad Alcimi Auiti opp. (ed. R. Peiper) p. 195 XXIIII 4 Ponentur nitidae codicis arte dapes.

10 Alcuinus p. 331 VI 4 (Duemmler l. c. I) Multiplices auri nec numerantur opes; Ermoldus l. c. p. 49 v. 304 Quorum nec numerus, nec numerantur opes.

11 cf. Alcuinus l. c. p. 208 v. 1535 seq., Hrabanus Maurus p. 187 v. 15 (Duemmler l. c. II).

12 Ennodius carm. I 9, 20 (ed. Hartel) Quicquid terra creat, gignit mare, parturit aether; Alcimus Auitus carm. II 157 sq. (ed. Peiper) Quod caelum, quod terra creat, quod gurgite magno| producit pelagus; *cf. etiam* Venant. Fortunatum carm. XI 16, 18 (ed. Leo); Versus s. IX (Duemmler l. c. I p. 98 v. 11) Quicquid ad astra uolat.

13—14 Aldhelmus de uirg. pros. c. 2.

15—16 Ennodius carm. I 8, 29 s. At mihi uix illud transmittunt pauperes horti| Rubra quod acceptum testa refutat holus.

16 Isidorus Hispal. Orig. lib. XX c. 4; Beda, de art. metr. l. c. p. 244, 21.

17 Beda, de art. metr. l. c. p. 246, 6; Cruindmel. l. c. p. 35, 15. 16.

17 seq.] Godescalcus uita S. Landeberti (Mabill. Act. S. III p. 61) Si pagani figmenta saeua et nefanda prolixa studeant pomposa plurima mendacia codicibus suis commendare, ut eorum uana gloria

discurrat: cur nos Christiani salutiferi taceamus miracula Christi, cum possimus... Walahfridus Str. l. c. p. 297 II 1 Si tantam meruere suo pro carmine famam| qui scelerosorum mores et facta tulerunt| laudibus in caelum, perfusi daemonis arte| friuola nectentes hominum monimenta malorum: cur non liberius sanctorum facta canamus|, quos placuisse deo nobis miracula produnt.. Paschasius Radbertus in Matth. (bibl. patr. max. XIV p. 411) Vnde miror satis quod non uelint mystica Dei sacramenta ea diligentia perscrutari, qua tragoediarum naenias et poetarum figmenta sudantes cupiunt inuestigare labore; Yso magister, de mirac. B. Otmari (Pertz, MG II p. 469) Non pomposa uerborum complexione superuacuam laudantium gloriam aucupantes, sed dictorum tantummodo simplicitate ueritatem rerum quaerentibus ostendere cupientes... Froumundus Tegerns. carm. XIX *et* XXXII (Zacher, Zs. XV 423) Cum sua gentiles etc. — Vita S. Remacli auct. anonym. (Mab. Act. S. II p. 469) Cum sit studium gentilium sua figmenta et uanos ritus errorum luculenter aptare obscoenis carminibus eaque commendent in perpetuam memoriam sibi subsequentibus: cur ego sileam nec proloquar manifesta opera Christi? Vita S. Mederici auct. an. (Mab. Act. S. III p. 7) Si saecularium scriptores famosa quorundam gesta pomposa studuerunt prosequi stilo famamque ipsorum ad notitiam posterorum prolixam tam prosaico quam metrico deducere certauerunt eloquio, suam utique ostentare sapientiam... cur ueri Dei cultores.. Vetus auctor uitae Adalberonis (Pez, Script. rer. Aust. II p. 6) Philosophi.. cursus, uias, uirtutes siderum rimati sunt, terrarum spatia et cetera hominibus incognita sollerti inuestigatione perdidicerunt. 'Sic sua — boatu' et ritu magistro pulchra mendacia sua parum posteritati futura pulchris aenigmatum adumbrare et includere figuris. Translatio S. Theobaldi auct. an. (Mab. Act. S. IX p. 175) Mortalium laudes et humanas infulas antiqui poetae soliti pompare tyrannorum regumque uictorias in publicis theatris enarrare—illa uero tamquam umbra praeterierunt. Nos uero qui super Pythagoram et Empedoclem perennis uitae cupimus heredes fieri, Syrenarum relinquentes cantum et philomelae spernentes lasciuam melodiam caelestis regni callem—aggredi satagimus. Vita S. Geraldi auct. an. (Mab. Act. S. IX p. 851) Nemo enim sanum sapiens phalerata uerborum figmenta debet attendere, sed utrum catholicum sit quod attendit mentis intuitu subtiliter debet perspicere. Vita S. Galterii (Mab. Act. S. IX p. 802) Cum ueterum dicta et facta gentilium tenaci memoria scriptis suis—et facetissima uerborum suauitate extulisse figmenta sua antiquissimos poetas utique ethnicos uideamus: dignum uidetur militum caelestis Regis etc.

18 cf. Catonis de Musis uers. (Baehrens P. l. m. III 243); Cruindmelus l. c. p. 35, 22; Carm. Cenomanensia p. 627 v. 63 (Duemmler l. c. II) toruo garrire boatu; Carm. Varia l. c. p. 682 v. 27 Non hic grandisoni reboant figmenta coturni.

19 Aldhelmus, de re gramm. et metr. l. c. p. 574; Auctor an. quaest. gramm. cod. Bern. 83 (Hagen, Anecd. Helv. p. 186, 26).

20 Bonifatius, aenigm. p. 23 X 1 (Duemmler l. c. I) Saeua nefandorum non gessi furta..

22 Walther Spirensis, uita et pass. S. Christophori I 53 (ed. W. Harster) Quotquot Niliacis descripsit Graecia biblis.

23 Cruindmelus l. c. 3, 13; Arator, de act. apost. II 115 Meministis ab ore| Dauiticae resonare lyrae. Venantius Fort. c. II 9, 19 Carmine Dauitico diuina poemata

pangens; Aldhelmus apud Gronov. in Eccl. c. XX Odas Dauiticas modulantes carmine sancto.

25 Beda l. c. p. 231, 18; Cruindmel. l. c. 14, 29.

26 Subscriptio cod. Trev. 146 s. VIII (cf. N. Archiv VII 139, VIII 597) Clara salutiferi pandens miracula Christi; De exordio gent. Francorum p. 145 v. 142 (Duemmler l. c. II) Scilicet ut Christi referam miracula uersu; Gesta Apollonii p. 484 v. 6 (Duemmler l. c. II).

30 Gesta Apoll. l. c. p. 485, 23 qui iure perenni.

31 cf. Append. ad Ven. Fort. Carm. l. c. p. 275 carm. II.

34 Beda l. c. p. 246, 15; Cruindmel. l. c. p. 35, 25; 38, 14.

37 cf. Ermold. Nig. l. c. p. 6 v. 29; Append. ad Walahfrid. l. c. p. 426 IV 2 mentes huc uertite cuncti.

38—39 Libri Carolini, capit. de imag. lib. II c. 30 (Mign. t. 98 p. 1100); Iscanius de bello Troiano I 30 Quin te Cecropii mentita licentia pagi, *etiam* III 454.

47 Venant. Fort. VM I 300 diuelli fana profana; Alcuin. l. c. 174 v. 192 fani structura profani; Theodulfus p. 462 v. 52 (Duemmler l. c. I) fana profana fugit.

50 Florus Lugd. p. 524 v. 11 (Duemmler l. c. II) Auida quo posset fructum producere tellus.

53 Ennodius carm. II 38, 1 Respice, qui gressum sinuas per amoena uirecta|, ut discas cultis lucem praeferre diserti.

55 Arator II 665 concurrere gaudent| Et latices intrare pios maculasque uetustas| Fonte lauare nouo.

56 s. Thomas Cisterc., Comm. in Cant. (Mign. t. 206 p. 392).

59 Venant. Fort. carm. III 9, 105 Centeno reditu tecum mansura per aeuum| Messis abundantis horrea fruge reples; Cruindm. l. c. p. 35, 27.

60 Dracontius, de Deo II 1 Omnipotens aeterne Deus; Ennod. c. I 4, 87 generis spes unica summi; Paulus Diaconus p. 45 VII 1 (Duemmler l. c. I) spes unica mundi; Paulinus Aquil. p. 130 v. 142 (Duemmler l. c. I) lati spes unica mundi; Bernowinus p. 417 XIII 4 (Duemmler l. c. I) spes unica uitae; Clemens gramm. (cf. Rhein. Mus. 1866 p. 558); Hrotsvitha I 1 (ed. Barack).

70 Beda l. c. p. 247, 27; Cruindmel. l. c. 44 2; Visio Tnugdali v. 587 (ed. A. Wagner) Sed uiolando sacrum uetiti dulcedine pomi.

72 cf. Cruindm. l. c. 3, 6.

73 Ven. Fort. c. III 9, 55 qui genus humanum cernens; Hrabanus Maurus l. c. p. 199 str. 36, 5 praeter quos arca uexerat.

73—75 Walahfridus Str. p. 353 V 24 Et genus humanum parua de stirpe refecit.

75 Florus Lugd. l. c. p. 525 v. 48 Vna se stirpe resurgat.

79 Ven. Fort. carm. II 4, 33 Pande benigna uiam.

84 Ven. Fort. carm. II 3, 6 In cruce restituit uirginis agnus oues (ouis Codd.).

85 Cruindm. l. c. p. 10, 16; Carm. Varia l. c. p. 669 XIII 1 te duce, Christe, uia facilis.

86 Paschasius Radbertus, de corp. et sanguine d. (Mign. t. 120 p. 1268).

89 Ennodius carm. I 3, 17 Blandior ad falcem messor perducit aristas| Si rastris segetem pectere continuet.

90 Wandelbert. Prum. p. 613 v. 265 (Duemmler l. c. II) Vernali sub sole pari coniuncta recursu.

96 Corippus panegyr. in laudem Anastasii p. 116 (ed. Partsch) Inmensam siluam laudum, uir iuste, tuarum| Aspiciens celsos nitor contingere ramos| Grandiaque a summis decerpere poma racemis.

98 Aldhelmus l. c. p. 546; Auctor an. uitae S. Theobaldi (cf. Areval. ad h. l.) Testem inuoco habitatorem eius Spiritum sanctum multa cognita me praetermisisse et de magna silua uix paucos ramos perstrinxisse.

99 Alcimus Auitus carm. III 335 Non cui uel centum linguae uel ferrea uox est| Enumerare queat; Orientius (bibl. patr. max. t. VIII p. 878) Non mihi si linguae centum oraque centum; Priscianus, de laude imp. Anast. v. 13 (ed. Endlicher) Non mille dentur si mihi linguae; Theodulfus l. c. p. 494 v. 9 Si mihi mille forent centeno in gutture linguae| Aerea uox cunctis ferrea uerba daret; Walahfridus l. c. p. 402 v. 13 Si mihi centenas linguas natura pararet| Oribus et totidem mille soni fierent; Visio Tnugdali v. 60 At mihi si centum linguae simul oraque centum,| Ferrea uox esset, genus omne uel omnia uere| Nomina penarum metro non scribere possem. cf. Zingerle, Ouidius u. sein Verhältnis etc. p. 70.

102 Thiofridi E. uita Willibrordi IV 143 (ed. C. Rossberg) Signa poli stellis, maris exaequantur harenis.

103 Theodulfus l. c. 477 v. 5. Mundus abusque chao; Alcuin. l. c. p. 209 v. 7 meritis uiuacibus almus; 323 II 3 meritis uiuacibus ambo.

105 Cruindm. l. c. p. 17, 31.

106 Theodulfus l. c. p. 477 XXI 11... Enoch sibi mors miretur ademptum.

109 Petri et Pauli carm. l. c. p. 71 XXXVII 11 Tardus in annoso tabescit corpore sanguis.

110 Nasonis (Muaduini) ecloga p. 384 v. 6 (Duemmler l. c. I) Carmine uelato cum seniore uiro.

112 Ven. Fort. carm. III 16, 11.. spes nobilitatis opimae.

113 Ven. Fort. c. VIII 3, 108 suspendit ad ubera natum; Paulinus Aquil. p. 128 v. 57 (Duemmler l. c. I) suspensos ubera matrum; Thiofridi uita Will. I 64 suspendit ad ubera natum; Commenta in Donati artem II. (cf. Hagen, Anecd. Helv. p. CXI.).

115 Isidorus Orig. XII 1, 9.

119 Arator I 192 quod Christi sanguine fuso.

121 Beda l. c. p. 243, 24.

122 Cruindmelus l. c. p. 10, 10.

127 Thiofridi uita Will. I 34 Seque rubi typici flammis insontibus uri.

132 Beda l. c. p. 244, 34.

134 Gesta Apollonii l. c. p. 499 v. 520 squamea colla tumescens| Cum sonitu dulci mulcet linguaque trisulci.

136 Beda l. c. p. 244, 10; Idem, de tropis (cf. Halm, Rhetores lat. min. p. 610, 18); Aldhelmus l. c. p. 581; Quaestiones gramm. (cf. Hagen, Anecd. Helv. p. 184, 20).

140 Beda l. c. p. 244, 15; Aldhelmus l. c. p. 562.

141 Alcimus Auit. V 445 Mutauit natura uices.

146 Alcuinus l. c. p. 201 v. 1447 Maxime scripturae pandens mysteria sacrae| Nam rudis et ueteris legis patefecit abyssum.

153 Corippus Ioh. VI 270 Qua feruens loca sicca dies sub sidere cancri| Sole perusta tenet nimium, semperque laborant| Arua siti Zephyrisque carent.

156 cf. Paul. Diac. l. c. p. 37 v. 33.

157 Aldhelmus l. c. p. 581.

159 Beda l. c. p. 246, 17; Iulianus Toletanus gramm. (cf. Hagen, Anecd. Helv. p. CCXXXI); Walahfridus Str. l. c. p. 298 v. 66 Christus erat, Christus sermo, Christus documentum.

161 Aldhelmus l. c. p. 569.

167 Auctor de gen. nom. (Keil, Gr. l. V 579, 20); Theodulfus l. c. p. 549 v. 10 Impius antiquam gladius consumeret urbem.

170 Aldhelmus l. c. p. 542, Walahfridus l. c. p. 295 v. 43 Heliam corui, Mammem pauere columbae.

179 Aldhelmus de uirg. pros. c. 10.

184—187 Beda in libros reg. quaest. 28, (Mign. t. 91 p. 783). Hrabanus Maurus in libros reg. l. IV c. 23 (Mign. t. 109 p. 268); Claudius Taurin. quaest. XXX super libros reg. (Mign. t. 104 p. 805).

185 Alcuinus l. c. p. 247 XXVIII 6 Meritis et nomine fulgens.

192 Walahfridus l. c. p. 295 v. 44 Vt Ionas coeto uiuus sorbente repertus; Florus Lugd.

l. c. p. 529 v. 217 coeto sorbente uoratus.
193 cf. Ennodius carm. I 11, 20 seq.; Theodulfus l. c. p. 478 v. 53 Ne moriatur habet Ionas uitale sepulchrum.
197 Alcuinus l. c. p. 219 v. 16 Inspirante deo, flamine ueridico.
200 Scholia Statiana ad Theb. VIII 286 (ed. Ven. 1508).
201 Florus Lugd. l. c. p. 529 v. 206 Tres iussu pueri regis truduntur iniqui.
205 Arator II 628 Quibus affuit ardens|, Vt caderet uapor ille, fides, finemque calori| Altera flamma daret; Alcimus Auit. III 63 Sed sic accipiet struentis flamma camini. *cf. etiam* Apoll. Sid. c. XVI 24; Ven. Fort. VM II 27 restincta est flamma camini.
219 Aldhelmus de uirg. (Mign. t. 89 p. 237).
220 Arator I 826 Dic ubi sunt mundana tuae sapientia leges? etc.; Ven. Fort. carm. II 7, 39 Dic ubi mors inimica iaces? ubi uicta recumbis?
222 Angilbertus carm. dub. p. 376 v. 416 (Duemmler l. c. I) uada caerula Rheni.
228 Hibernicus exul l. c. p. 402 V 1 Qui ex duro latices iussit producere saxo|... fundere saepe merum.
238 cf. Alcimum Auit. I 136 seq.
242 Ermoldus l. c. p. 60 v. 71 uana colunt miseri.
245 Arator I 661 Quis furor iste nouus?
250 Angilbert. l. c. p. 372 v. 255 Clara serenatis fulgescunt lumina flammis.
252 Walahfridus l. c. p. 310 v. 185 rapidis discursibus anno.
255 Dracontius, de Deo II 10 Partita cum fratre uices.
259 Aldhelmus l. c. p. 544.
268 Cassiodorius Senator expos. in psalm. 113, 12 (Mign. t. 70 p. 814), Ars anon. Bern. (Hagen, Anecd. Helv. p. 100, 2).
276 Paulus Diac. l. c. p. 44 VI 12 Quosque referre pudet.
277 Gesta Apoll. l. c. p. 493 v. 304 Plura referre potes; Thiofridi uit. Will. II 544 Palluit arescens rosa, fuscant lilia sentes.
279 Waltheri Spir. uita S. Christ. VI 12 Carduus et tribulis compar paliurus acutis| Exsurgent.
280 Ermoldus l. c. p. 60 v. 75 Iam satis errori tempus tribuere profano.
284 Dracontius, de Deo III 415; Ven. Fort. c. VII 7, 8; Carmen de Quintino (cf. cod. Par. 14, 143 s. IX f. 73ᵃ).
285 Ven. Fort. c. I 1, 11 Emicat aula potens; I 4, 1 emicat aula decens; Theod. l. c. p. 447 v. 90 Emicat aetheriis arx ubi sancta tholis.
290 Beda l. c. p. 231, 34; ib. p. 249, 25; Cruindm. l. c. p. 15, 14.
293 Carm. Var. l. c. p. 675 v. 14 cum socia patris uirtute.
296 s. cf. Rustic. Elpid. de Christi benef. v. 15.
297 Paulinus Aqu. l. c. p. 127 v. 14 In deitate quidem simplex essentia constat|, In trinitate manet sed subsistentia triplex.
298 cf. Arator II 900, Dracontius p. 359 ed. Fabr., Aldhelmus l. c. p. 571.
299 Arator II 653; Paulinus Aqu. l. c. p. 128; Hibernicus exul l. c. p. 399 III 1.
300 s. cf. Paulin. Petr. I 273 s.
300 cf. Paulin. Aqu. l. c. p. 128 v. 94 s.; Ven. Fort. c. II 7, 31 curua per auia raptus; Theod. l. c. p. 450 v. 229 sic auia curua| carpentes rectam deseruere uiam, p. 493 v. 2 spernant auia curua pedes; Ermoldus l. c. p. 45 v. 138 auia curua petas, p. 60 v. 48 auia curua petit.
301 Aldhelmus l. c. p. 593; Theod. l. c. p. 453 v. 54 Corruet in foueam lapsus uterque simul.
302 Bonifat. l. c. p. 12 v. 291 lustrantes ima profundi; Paulin. Aqu. l. c. p. 129 v. 97 petit ima profundi; Ermold. l. c. p. 67 v. 331 properabit ad ima profundi.
319—320 Beda l. c. p. 233, 5; Cruindmelus l. c. p. 16, 14. 16; *laudantur in quadam Reuelatione Ildephonsi episc. s. IX;*

LIBER SECVNDVS.

Aldhelmus l. c. p. 546; Cruindmelus l. c. p. 13, 8.
51 Appendix ad Wal. p. 425 IV 1 forma speciosus amoena; Florus l. c. p. 549 v. 3.
63 Thegani versus (Duemmler l. c. II 352 adn. 1) Salue magne parens.
64—70 Beda *in Homiliario Alcuini* (*Colon. 1569*) *in Comm. B. Virginis profert.*
65 Alcimus Auitus II 43 Nomen et aeternam..; Anth. l. 718 (R.) v. 2 conplectens omnia [gyro]; Florus l. c. p. 531 v. 28 Et quaecunque poli gyrus conplectitur ingens.
66 Bonifatius l. c. p. 21 I 12 sine fine manendus; Pauli et Petri uers. p. 74 v. 32. Sed sine fine manens; Hibernicus exul l. c. p. 405 XV 8 Nunc sine fine manet; Epitaphium Riculfi (Duemmler l. c. I p. 432 v. 13) uirtus sine fine manebit; Theodulfus l. c. p. 579 LXXVIII 6 quae sine fine manent; Candidus l. c. p. 99 IV 2 semper sine fine manentem; Florus l. c. p. 530 v. 242 regnum sine fine manens; Carm. Cen. l. c. p. 634 v. 21 requiem sine fine manentem; Carm. Var. p. 653 v. 3 Nil sine fine manet.
67 Ennodius c. I 6, 26 sine semine feta| Ad matrem iungens uirginitatis onus. Ven. Fort. c. VIII 3, 280 cum uirginitatis honore; Hrotsvitha Agn. v. 4 pro uirginitatis honore.
68 Hrotsvitha I 185 Nec primam similem nec habere sequentem.
69 cf. Ekkehard. IV. cod. Sang. 393 p. 117 (Zsch. f. deutsch. Alt. XIIII p. 12).
74 Beda l. c. p. 232, 21; Cruindmelus l. c. p. 40, 9.
76 Ven. Fort. c. I 3, 3 orientis in axe.
77 Beda l. c. p. 247, 20; Cruindm. l. c. p. 43, 34.
78 Theodulfus l. c. p. 489 v. 227 ferus aestuet hostis.
79—85 cf. Rust. Elp. l. c. v. 89
95 cf. Rust. Elp. v. 81 Gens Chaldaea prior uentura dicatis| Per speciem documenta ferens dat munera regi| Diuitias, dat thura Deo myrrhamque sepulchro.
102 Carm. Sang. l. c. p. 480 v. 12 In somnis moniti faciem fugere tyranni; Hrotsvitha I 657 Qui mox in somnis moniti sub tempore noctis| Ad patriam laeti redeunt per deuia ducti.
110 Hrotsvitha Agn. v. 127 Vt leo frendescens rapidam conuersus in iram.
110—116 Hrabanus l. c. p. 246 hymn. III str. 3—5.
111 Ven. Fort. VM I 511 cuius ab ore sacro.
119 Ermoldus l. c. p. 64 v. 228 qui meruere mori; Hrabanus l. c. p. 232 LXXX 8.
127 s. Hrabanus l. c. p. 246 hymn. III str. 5.
138 Candidus l. c. p. 113 XX 3 Hrabanus iure magister.
140 Walahfridus l. c. p. 389 v. 51 fecit habere moras.
141 Arator I 245 languore coaeuo| Octo lustra gerens; Ven. Fort. c. IV 3, 5 sex qui lustra gerens; Florus l. c. p. 540 v. 11 placidi Iordanis ad undam.
143 Arator II 78 Clamauit uirtute potens baptista Iohannes; Ven. Fort. c. IX 2, 38. Vir baptista potens ipse Iohannes obit.
148 Aediluulfus p. 586 v. 27 (Duemmler l. c. I) Qui ueniens sontis peccatum tollere mundi; Florus l. c. p. 517 v. 10 Agnum hunc esse Dei, hunc crimina tollere mundi.
160 Aldhelmus l. c. p. 583.
168 Paulin. Aqu. l. c. p. 127 v. 31 sanctusque columbae| Spiritus in specie.
171 Arator I 661 Nisi sit sine felle columba; Thiofridi vit. Will. IV 208 Ales felle carens.
176 Ermoldus l. c. p. 6 v. 51 sacro spiramine plenus; Candidus l. c. p. 105 v. 16; Walahfridus l. c. p. 291 v. 25 sancto spiramine plena; Flor. l. c. p. 530

v. 15 dum sancto plenus spiramine.
193 Alcimus Auitus I 145 Praecellis factis... factorem pronus adora.
197 Appendix ad Walahfr. p. 460 v. 1270 famularier uni.
209 cf. Commentatorem Bedae de art. metr.
215 Ven. Fort. VM I 102 et ualidi transfixus cuspide uerbi; Florus l. c. p. 532 v. 71 Ter Christi ualida confossus cuspide cessit.
231 Hibernicus exul l. c. p. 396 I^b 5 festina dominae conferre salutem; Walahfr. p. 409 III 6 perpetuam noris conferre salutem; Appendix p. 434 v. 188.
238 Cruindmelus l. c. p. 3, 17.
249 Beda l. c. p. 231, 8; Cruindmelus l. c. 14, 25.
256 Ermoldus p. 78 v. 741 caelo terraque potestas.
260 Angilbertus l. c. p. 366 VI 22 pietate redundans; Theodulfus l. c. p. 485 v. 75 pietate redundant, 528 v. 27 pietate redundans; Florus p. 521 v. 172 larga pietate redundans, 543 v. 15 pietate redundans.
283 Walahfridus l. c. p. 410 LXXI 1 almae uirtutis amator.
294 s. Visio Tnugdali v. 826 sq. Dextra leuat sursum uel celica gaudia pandit| Digna bonis digne, nam leua malorum| Exercet poenas et ad impia tartara mittit.
298 Ven. Fort. VM I 400 in tartara ducit.

LIBER TERTIVS.

2 Walahfridus l. c. p. 288 v. 11 uirtutis documenta tuae.
4 Appendix ad Wal. p. 470 v. 1674 Aequoreos latices uini qui mutat in haustum.
15 Appendix ad Wal. p. 438 v. 355 quem larga potestas.
24 Alcuinus l. c. p. 209 II 3 Vel castella casas uel conpita semper ubique, p. 473 v. 40 Lustrare aut cessat conpita rura casas; Ermoldus l. c. p. 6 v. 61 Culmina terrarum uel quot castella peragrans.
34 Appendix ad Wal. 433 v. 158 languorem febris anhelae.
43 Excerpta inedita (cf. Hagen, Anecd. Helv. p. CCXXXV).
46 Cruindmelus l. c. p. 15, 16.
53 Arator I 989 Lux quia Christus adest, spoliat uada salsa draconis.
56 Alcuinus l. c. p. 350 XXII 1 Qui placido in puppi carpebat pectore somnum.
57 Hrabanus l. c. p. 162 v. 17 qui non dormitat in aeuum; Florus l. c. p. 564 v. 161 cui non dormitat in aeuum.
68 Amalarius p. 428 v. 67 (Duemmler l. c. I) rapidoque uolatu.
81 Auianus fab. VI 2 (ed. Froehn.) Et luteis tantum semper amica uadis.
82 Aldhelmus l. c. p. 548.
83 Aediluulfus l. c. p. 594 v. 9 tristesque phalanges.
84 Beda l. c. p. 230, 32
89 Dracontius, de Deo I 648 Funera uiua gerens, uiuax in morte cadauer.
90 Theodulfus l. c. p. 507 v. 547 Bis bina es ceruice.
108 Ermoldus l. c. p. 78 v. 727 Singultu quatiente.
122 Aldhelmus l. c. p. 546.
123 Arator II 1209 subitam rapuere salutem; Rusticus Elp. hist. test. p. 755 (Fabr.) Haec mulier tactu uestis furata salutem est| Siccauitque fides uenas fluuiumque pudendum| Pulchra fides, cui uis cogendi magna tonantem.
128 Aldhelmus l. c. p. 529.
134 cf. Cod. Par. l. 8175 f. 41.
143 Cruindmelus l. c. p. 10, 20.
190 Ven. Fort. c. II 3, 3 Quodque ferus serpens infecit felle ueneni; Orientius v. 988 nigri de felle ueneni.
210 Walahfridus l. c. p. 397 v. 14 uolitantes alite multo.
211 s. Appendix ad Wal. p. 470

v. 1675 a. Milia qui saturat quino sub pane uirorum| Quinque quidem pariter geminis et piscibus auctis; Florus l. c. p. 521 v. 100 milia quinque uirum quinis de panibus ille| Piscibus et geminis mira uirtute refecit|, Fragmine bis senos cofinos ablata repleruut.
213 Walahfridus p. 286 v. 22 Quinque dedit Dominus quondam per milia quinque.
214 Ermoldus p. 48 v. 268 claudi quae numero nequeunt; p. 49 v. 303 cetera turba latet.
226 Appendix ad Wal. p. 470 v. 1673 salsas superambulat undas.
228 Walahfridus p. 293 XXIII 34 lambebat plantas.
238 Quaest. gramm. (Hagen, Anecd. Helv. p. 186, 18) cf. Zs. f. österr. Gymn. 1877 p. 336.
248 Appendix ad Wal. p. 439 v. 379 sospite nata.
266 Ven. Fort. VM IV 467 Sexus et aetatis numerosa caterua meorum.
276 Walahfridus p. 278 v. 21 Vrbs in monte sedens modio neque tecta lucernae| Flamma perit; Carm. Cen. p. 631 v. 77. Ignis et accensus modio non subditur umquam.
296 cf. Beda l. c. p. 230, 32; Alcuinus p. 347 CXIX 2 Vir humilis maesta caelum conscendit ab humo = Commentum Einsidlense (Hagen, l. c. p. 227, 3).
305 Ven. Fort. VM III 235 Martini genua amplectens pedibusque uolutans.
338 Alcimus Auitus I 318 Non inmensa loquor; Apoll. Sid. V 199 Parua loquor.
339 Dracontius, de Deo II 183 Et speciale iubes, tamquam generale tueri; Alcuinus p. 230, 71 Hoc generale malum releuet speciale per orbem.

LIBER QVARTVS.

8 cf. Alcim. Auit. III 86, 223.
39 Hrotsvitha pass. S. Gong. 515 Atque diu clausae reserantur uocibus aures.
41 Theodulfus p. 452 v. 3 Famina qui mutis, qui dat uestigia claudis.
46 Beda l. c. p. 232, 2.
53—54 cf. Bedam in Collectaneis. (cf. Migu. t. 94 p. 549).
63 Alcuinus l. c. p. 194 v. 1108 Atque diu tacitam iussit proferre loquelam.
70 Ven. Fort. VM II 359 sed lambere plantas; Angilbertus l. c. p. 376 v. 410 gaudentes lambere plantas; Alcuin. l. c. p. 221 v. 31.
89 Alcuinus l. c. p. 179 v. 416 et uacuas fugit uagus hostis in auras.
93 Appendix ad Wal. p. 467 v. 1565 dirae non mortis amator.
117 cf. Arator II 948.
131 Carm. Cen. l. c. p. 627 v. 79 Cumque suprema tuas uiduauerit urna pupillas.
142 Aldhelmus l. c. p. 548.
145 Appendix ad Wal. p. 438 v. 335 Daemonici cunei pellit sociamina Gallus.
156 Dracontius d. D. II 237, 730 Iura potestatis.
186 Ven. Fort. VM I 245 iussit abire procul.
189 cf. Gramm. lat. V p. 571.
202 Hrotsvitha pass. S. Gong. v. 329 Grates pro tanto reddentes munere Christo.
219 Angilbertus l. c. p. 373 v. 276 per opaca silentia siluae; Ermoldus l. c. p. 19 v. 451 per laeta silentia noctis.
221 Ermoldus p. 83 v. 129 precibus deposcor anhelis.
224 Ven. Fort. c. V 2, 28 Influit inriguae fonte perennis aquae.
233 Candidus l. c. p. 113 v. 12 media testudine templi.
243 Alcuinus l. c. p. 300 v. 9 Si nostram, lector, festucam tollere quaeris| Robora de proprio lumine tolle prius.

LIBER QVINTVS.

HYMNVS I.

(Duemmler l. c. p. 178) *ad Sedulii exemplum est expressum.*
1 Cruindmelus l. c. p. 34, 16; Hrabanus p. 248 VII 1 Cantemus domino deoque nostro; Florus L. p. 516 II 1 Cantemus domino ..
2 Cruindm. l. c. p. 34, 18.
2–3 Cruindm. p. 34, 7.
4 Cruindm. p. 27, 16.
5 Cruindm. p. 42, 16; Candidus l. c. p. 116 v. 9–10 Hanc legem iure primi meruere parentes| Vnius ob culpam.
6 Alcimus Auitus c. IV 188 Vnius ob meritum.
47 Ven. Fort. c. XI 5, 1 dulce decus nostrum; Hrotsvitha pass. S. Pelagii v. 167 Tu decus omne meum, tu gloria magna parentum.
49 Paulinus Aqu. p. 129 v. 118 prisci cecinere prophetae.
57–58 Hrabanus p. 235 v. 43 gaudia magna Dei.
59 Hrabanus p. 235 v. 25 Signa mouent populos, cernunt magnalia caeci.
69 Beda l. c. p. 231, 2; Cruindmelus p. 14, 15.
108–109 Beda l. c. p. 252, 18; Cruindmelus p. 39, 27.
109 Appendix ad Ven. Fort. p. 275 II 1 Gloria summa patris natique ac spiritus almi; Pauli et Petri carm. p. 78 LXIX 13 Gloria magna patri.

HYMNVS II.

Alcuinus *hymnum recepit inter orationes* (cf. Mign. t. 101 p. 609).
1 seq.] Beda l. c. p. 256, 28 s. Metrum iambicum tetrametrum recipit iambum locis omnibus, spondeum locis tantum imparibus, quo scriptus est hymnus Sedulii: A solis — principem.
1 Cruindmelus p. 49, 1; Planctus de obitu Caroli (Duemmler l. c. I p. 435) A solis ortu usque ad occidua.
9 Ven. Fort. c. VIII 3, 102 Quae dominum peperit, clausa Maria tenet.
15–17 Hrabanus p. 200 str. 44, 1 s. Virgo deum conceperat| Gabriel quem praedixerat.
16 Ekkehardus IV. (cod. Sang. 393 p. 8) Sedulius: uerbo creauit filium, ubi insulsi 'concepit' canunt.
17 Ven. Fort. c. IV 26, 45 Tempore iam certo est enixa puerpera prolem.
25 Hrabanus p. 248 V 4 Herodes hostis inuidus.
29 Walahfridus p. 381 str. 14, 1 Gaudeat caeli chorus.

II. INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM*).

*) *Numeri paginas lineasque*, C *I—V Carminis paschalis libros*, H *Hymnos significant.*

lacris et aereis figuris inaui cultu confidere, an fana profana, ueneranda metallica proderit animas seruitute damnare? 178, 8. quam bene uocabulo pariter conuenienter ac merito Heliae claritati uel nomine fulgentis semitae maiestas arrisit 186, 4. qui nec Patre minor in aliquo, (*sc.* cui) nec est quo crescat 193, 17. de lumine lumen exortum, de solo solus est natus 193, 16. quia uidelicet nostrum est bonum uelle, Dei perficere 202, 22. cui filius unicus et aliquanti sint famuli 221, 6. quo deiectum caelo diabolum nec terrae patiatur infestum nec terrenam corporis nostri substantiam — saeuus coluber inuadat 223, 12. qui lucis uia, pacis est semita 229, 7. ubi quia creator omnium nasci se uoluit, illius regionis oppidum suam patriam nuncupauit 238. 6. coetus flebilis ac tumultus 241, 7. quam tutum credere, quam sanum est in Deo confidere 242, 8. uoce pariter et auditu repleuisset infuso 242, 18. tunc siquidem repentinam multae uolucris carnem (*fort.* dedit), duorum modo piscium redundare fecit quantitate 246, 13. non in siluis et montibus sed humanis gentibus constitutum 255, 13. ubi non edacis tineae, non aeruginis scabrae quicquam morsus absumit 257, 2. nec sua dare nec aliena poterat uerba suscipere 261, 14. non quod aliquid Deo difficile, sed quod magnitudo causae sit humanitus desperatae 268, 2. nocturno silentio qui panes sibi negante postulans ab amico quia iure caritatis mereri non ualuit auxilio intus inportunitatis extorsit 268, 5. quo gloriosa Christi potentia mortalem uellet exponere, resumptura carnem 273, 2. quoniam ipse uidelicet suam pro cunctis animam ponere, non ueneratalicuius eripere 277, 10. nuper discipulus, modo iam reus; nuper apostolicus nunc apostata nominatus est 283, 4. fides catholicaque confessio 287, 6. cui cuncta reserantur, nihil obstruitur 294, 19. totum proprio regit et gubernat arbitrio 302, 12.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 6, 7 pinnis *pro* pennis.
p. 12, 10 *uerba* quia pascha — Christus *sunt ep. ad Cor. I 5, 7.*
p. 14, v. 3 *adde ad testimonia* Auson. p. 125, 3, 2 (ed. C. Schenkl) *item p. 23 v. 99* Ovid. Trist. I 5, 53.
p. 23, v. 102 *adde comma post* L *et* Reg. 1.
p. 24, v. 119 *not. add.* fort. Christus *cf. Pros.*
p. 35, v. 268 *not. del. comma post* lignea A.
p. 52, v. 113 pignora *pro* pignera *cum libris antiquissimis.*
p. 57, v. 197 *not.* illi S (*in ras.*) Arntz., *pro* (*in ras., Arntz.*).
p. 74, v. 138 *not.* constricto T *pro* A.
p. 87, v. 305 *not.* L *pro* BL^1.
p. 95, v. 72 *et* 73 paenitet *pro* poenitet.
p. 111, v. 290 heres *pro* haeres.
p. 121, v. 103 *not.* plausit *et* sonuit *pro* plaudit *et* tonuit.
p. 124, v. 137 *not.* descendit ad *add. H.*
p. 126, v. 166 *not. post* L^2 *comma del.*
p. 146, *subscr.* QVINQ: *pro* QVIVQ:, SEDVLII (I_2 *a m. 2*) *pro* I_1.
p. 167, v. 81 Xeromyrram *pro* Xeromyrrham.
p. 172, 18 immensa PR.
p. 178, 1 inluuiem *pro* ingluuiem.
p. 183, 22 *not. numerus 22 ad* patris *referendus.*
p. 185, 15 *adde comma post* perfidus.
p. 193, 14 *dele comma post* Dominus, *interpunge post* Patris est.
p. 201, 20 militiae *pro* militae.
p. 205, 9 inmemor *pro* immemor,
p. 221, 6 filius *pro* Filius.
p. 235, 2 *numerus 2 ad* seruiret *referendus.*
p. 242, 11 *not.* supplicum PR *pro* P.
p. 249, 8 *not.* exhausus BI *pro* I.
p. 264, 12 *not.* do PB*v* *pro* P*v*.
p. 265, 2 *not.* euangelista B *pro* B*v*.
p. 266, 15 *not. post* defit *spatium.*
p. 280, 10 *paenitentiae* pro *poenitentiae.*

p. 283, 4 *not.* modo HB*v* *pro* H, 16 *dele* utroque loco, 17 deputatus] est RB.

p. 285, 20 *not.* ex////tendi R *pro* extendi.

p. 296, 10 *not.* *nota B transp.*

p. 299, 1 *not.* contribulatum] humiliatum *Hv*.

p. 307, 3 RVFII *pro* RVFI.

Praeterea B *addendum ad* H*v* *in notis* 213, 12. 217, 3, 7. 228, 11 246, 21. 252, 12. 258, 8. 282, 5. 296, 11.

Washietl, J. A., de similitudinibus imaginibusque Ovidianis. Ad summos in philosophia honores ab amplissimo philosophorum Vindobonensium ordine rite impetrandos. 1883. gr. 8. (VI u. 193 S.) Preis: 3 fl. = 6 Mark.

Wessely, C., Prolegomena ad papyrorum graecorum novam collectionem edendam. Ad summos in philosophia honores ab amplissimo philosophorum Vindobonensium ordine rite impetrandos. Insunt disquisitiones palaeographiae antiquariae diplomaticae, metrologicae, chronologicae interpretationesque nonnullorum papyrorum. 1883. gr. 8. (80 S.) Preis: 1 fl. 50 kr. = 3 Mark.

Bibliotheca patrum latinorum Italica. Herausgegeben von **August Reifferscheid.** I. Band. Die Capitularbibliothek in Verona. Die römischen Bibliotheken. II. Band. 1—3 Heft. Die Ambrosianische Bibliothek in Mailand. Die Bibliotheken Piemonts. Die Bibliotheken von Venedig, Florenz, Neapel, la Cava und Monte Cassino. 1865—1872. gr. 8. geh. (1033 S.) Preis: 8 fl. 15 kr. = 16 Mark 30 Pf.

Verzeichniss der älteren Handschriften lateinischer Kirchenväter in den Bibliotheken der Schweiz. Von Dr. Karl Halm. 1865. gr. 8. (54 S.) Preis: 40 kr. = 80 Pf.

Hartel, Wilh., Studien über attisches Staatsrecht und Urkundenwesen. 1878. gr. 8. (288 S.) Preis: 2 fl. 40 kr. = 4 Mark 80 Pf.

Festschrift zur fünfzigjährigen Gründungsfeier des archäologischen Institutes in Rom. Von O. Benndorf und O. Hirschfeld, ord. Mitglieder des archäolog. Institutes. 1879. 4. Mit 1 Kupfertafel u. 2 in den Text gedruckten Holzschn. (47 S.) eleg. cart. Preis: 5 fl. = 10 Mark.

Monumenta graphica medii aevi ex archivis et bibliothecis imperii austriaci collecta edita iussu atque auspiciis ministerii cultus et publicae institutionis Caes. reg. Die Texte der Schrifttafeln herausgegeben von Dr. Th. Sickel. 1859—1882. Imper.-Folio. Heft 1—9 à 25 fl. = 50 Mark. Heft 10 (Schluss) 15 fl. = 30 Mark.

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XI.

CLAVDIANI MAMERTI OPERA EX RECENSIONE
AVGVSTI ENGELBRECHT.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXV.

CLAVDIANI MAMERTI OPERA

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

AVGVSTVS ENGELBRECHT.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXV.

CELSISSIMO · PRINCIPI

RAINERO

AVSTRIAE · ARCHIDVCI

LIBERALISSIMO · LITTERARVM · FAVTORI

D · D · D

PRAEFATIO.

I. DE CODICIBVS ET EDITIONIBVS.

Ad adornandam hanc Claudiani Mamerti editionem duodecim adhibui libros manuscriptos, quorum descriptionem paucis absoluere licet uerbis:

Codex Parisinus latinus nr. 16340 bibliothecae publicae A (olim Sorbonicus) membranaceus formae minoris foliorum 81 litteris satis nitidis saec. VIIII exaratus incipit a capitulorum indice librorum Claudiani (cf. fol. 1^{r}: *incipiunt capitula libri primi*, fol. 2^{r}: *expliciunt capitula libri primi. incipiunt capitula libri secundi* — fol. 3^{r}: *expliciunt capitula libri tertii*). subsequitur (fol. 3^{r}): *huius operis auctor ignoratur quia tacito nomine ista conscripsit contra quae Claudianus tres hos libros disseruit* (cf. edit. pag. 8 adn. 15), quae uerba Fausti epistulae praescripta sunt, quam excipit Claudiani opus ipsum. in ipso contextu capitulorum praescriptiones non exstant, sed in margine litteris minutis adscriptae sunt, ut uidetur, ab eo, qui codicem exarauit. eodem fere modo etiam in reliquis codicibus Claudiani scripta tradita sunt, quare in describendis codicibus ubi nihil quidquam adnotamus ea, quae in unoquoque continentur, cum codice A conspirare tenendum est.

Codex Parisinus latinus nr. 2779 (Colb. 5449, Reg. 4029, 5) B membranaceus formae minoris foliorum 88 saec. X satis eleganter scriptus et cum A arta necessitudine coniunctus est. recentiore aetate codex correcturas mendorum maximam partem leuidensium partim atramento partim plumbo factas expertus est, quas hic illic tantum enotaui.

C Codex Parisinus lat. nr. 2164 (Colb. 2285, Reg. 4028, 3 A; fuit liber olim '*Iac. Aug. Thuani*' [fol. 1^{r}]) membran. formae maioris 71 foliorum saec. XI binis columnis minutissimis litteris scriptus continet praeter Claudianum Mamertum (fol. 1—22^{v2}) Chalcidium. deest capitulorum index. per totum librum librarius saepissime singulas syllabas omisit, quas addidit manus altera.

D Codex Montepessulanus H nr. 145 formae minoris membran. 149 foliorum saec. XII scriptus continet inde a fol. 102^{v} Claudiani epistulam ad Sidonium et Sidonii epistulam ad Claudianum (cf. edit. p. 198 et 200), fol. 103^{v} epistulam Sidonii ad Petreium (lib. IIII ep. XI), in eodem folio medio haec litteris rubris exarata sunt: *nota quod Claudianus composuit hymnum Pange lingua gloriosi praelium certaminis.* sequitur in fol. 104^{v} Sidonii epistula ad Nymphidium (lib. V epist. II), fol. 105^{r} litteris rubris: *Gennadius in libro de illustribus uiris hec ait inter cetera*: (litteris atris) *Claudianus Viennensis ecclesiae presbyter uir ad querendum satis artifex et ad disputandum subtilis composuit tres quasi de statu uel de substantia anime libros in quibus ostendit aliquid esse incorporeum preter deum.* haec excipit epistula Fausti, quam subsequuntur capitulorum index et Claudiani de statu animae libri. conspiciuntur numeri tantum capitulorum in margine adscripti, cum praescriptiones capitulorum nusquam compareant.

E Codex Parisinus lat. nr. 2165 (Reg. 3796, Baluz. 112) formae maioris membran. 120 foliorum saec. XIII binis columnis scriptus Claudiani de statu animae libros ita exhibet, ut suus unicuique libro capitulorum index praecedat et Fausti epistula post primi libri indicem legatur. fol. 34^{v1} — fol. 35^{v2} exstat epistula Mamerti ad Sapaudum rhetorem. fol. 36^{v1} incipit *prologus in explanatione tabernaculi federis* etc. capitulorum praescriptiones in ipso contextu exaratae sunt. codex locis innumeris manu altera correctus est ita, ut prioris scripturae ablutae saepius ne minimum quidem supersit uestigium. has correcturas ad optimae notae libri fidem factas esse infra demonstrabimus.

Codex Parisinus lat. nr. 18080 (olim '*s. Martini a campis ordinis Cluniacensis*') in 8° membran. foll. 81 saec. XII continet a fol. 10^r usque ad fol. 40^r Claudiani Mamerti de statu animae libros eodem utique ordine quo E digestos, cum capitulorum praescriptionibus aeque ac D careat. F

Codex Vindobonensis nr. 1030 (Theol. 417, olim 187; fuit olim monasterii s. Floriani) miscellan. saec. XI—XIII membr. formae quadratae foliorum 175 continet inde a fol. 31^r—99^u Claudianum Mamertum (saec. XI incip.). desunt capitulorum index et epistula Fausti. Claudiani opus in capitula diuisum non est, quippe quorum nec praescriptiones nec numeri appareant. G

Codex Einsidlensis nr. 318 membran. in 4° paginarum 173 numeratarum saec. X elegantissime scriptus eadem, quae codex B, et eodem ordine digesta continet. H

Codex Sangallensis nr. 846 membran. in 4° paginarum 142 saec. X nitide scriptus incipit a uerbis Claudiani de statu animae libri I cap. I extr.: *inspi]cere plane non abnui*, quae antecedunt interciderunt itemque folium, quod erat inter paginam 40 et 41 (cf. edit. pag. 67, 18—72, 1). inde a pag. 107 foliorum inferiores partes sinistrae abscissae sunt, quam ad rem illud '*L deest*' in adnotatione critica nostra referendum est. L

Codex bibliothecae uniuersitatis Lipsiensis nr. 286 membran. in 8° foliorum 77 saec. XI exeunte exaratus hanc habet in fol. 2^u notam: *liber cenobii ueteris cellae reposita* (sic!) *ad bibliothecam publicam anno nr͠e salutis 1·7·0·0.* continet liber praeter ea, quae in ABH exstant, solus epistulam Claudiani Mamerti ad Sidonium, quae epilogi uice libris de statu animae adiecta est (cf. edit. pag. 191 sqq.). per totum codicem glossae inter lineas scriptae, quibus singulae uoces explicantur, reperiuntur. ab eadem manu satis antiqua, cui glossae debentur, in margine adiectae sunt uariae lectiones lineolis rubris circumductis insignitae. capitulorum praescriptiones in ipso contextu leguntur. M

R Codex bibliothecae Vaticanae Reginensis nr. 201 membran. in 8° foliorum 80 saec. X scriptus eadem quae A continet, nisi quod uerbis: *illud ampliuscule sermocinati sumus* (cf. edit. pag. 188, 9) desinit.

S Codex bibliothecae Vaticanae Palatinus nr. 240 membran. in 4° foliorum 64 saec. XI exaratus Claudiani de statu animae libros continet capitulorum indice omisso. huius et Reginensis codicis accuratam collationem confecit Nicolaus Mueller Lipsiensis, quam meum in usum comparauit c. r. academia litterarum Vindobonensis. reliquos codices omnes ipse excussi partim Parisiis uere anni 1883, partim Vindobonae, quo transmissi sunt intercedente eadem academia codices Lipsiensis et Heluetici.

Codices recentiores

Comparatis his artis criticae subsidiis facile intellexi non amplius opus esse reliquis atque iis recentioribus codicibus ad textum Claudiani recte constituendum. adseruantur autem eius generis in bibliothecis libri haud pauci, quorum ego habeo notitiam, neque deesse, quos nondum nouerim, confido. sed ex utroque codicum genere haud magnam redundaturam esse utilitatem pro certo affirmauerim, quare paucis codices nouicios mihi notos tetigisse sat erit. sunt autem hi: codex Angelomontanus I$\frac{4}{20}$ membr. saec. XII exeuntis 78 foliorum ceteris Claudiani codicibus Helueticis satis similis. collationis specimen R. Beer mihi transmisit. — codex Trecensis nr. 256 saec. XII (cf. *catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des Départements* II 128). — codex Monacensis nr. 16064 membr. in 4° saec. XIII—XIIII. — codex Meermanianus 507 (Middlehill nr. 1714, cf. *Haenel, catalogi librorum mss.* etc. Lips. 1830 p. 852) membran. saec. XIII ineuntis, quo continentur: *epistula Claudiani ad Sidonium episcopum, qua ei contra Faustum libros dedicauit; epistula Sidonii ad Claudianum; eiusdem epistula de morte Claudiani et epitaphium* (lib. IIII ep. XI); *incerti auctoris (ut fert titulus, est autem Fausti Reiensis) libellus aduersus Arianos et Macedonianos; Claudiani libri III de statu animae.* qua ex Haenelii descriptione librum cum codice Montepessulano D maximam

habere similitudinem unusquisque uidet. quibus libris integrum Claudiani opus exhibentibus addere placet codicem Parisinum lat. nr. 1750 (Colbert. 3080, Reg. 3751 A B) membranaceum fol. 181 ex diuersissimis partibus consutum, cuius folia 41—48 Claudiani de statu animae librum tertium exhibent et saeculo XII exeunte exarata esse uidentur. quorum collationem a me confectam ut adnotationi criticae insererem a me non impetraui. denique epistulam Fausti in codice Anglico (Ashburnh. Libri nr. 75) membr. foliorum 14 saec. VIIII—X litteris carolingicis exarato (cf. Zangemeister in annal. academ. Vindobon. uol. LXXXIIII 568) contineri commemoramus.

Hactenus de libris manuscriptis: accedamus iam ad editiones b
enarrandas. atque editio princeps prodiit Basileae anno MDXX: *Diui Claudiani Mamerti Vienensis* (sic!) *Galliarum episcopi de statu animae libri tres Petro Mosellano recognitore. Basileae anno MDXX* (apud Adam Petri). dedicata est editio Martino de Lochau, Cisterciani ordinis in Veteris Cellae coenobio abbati, in cuius coenobii bibliotheca '*uetustum exemplar librarii imperitia foedissime deprauatum*' exstare atque ad eius fidem editionem Claudiani se curasse Mosellanus ipse dicit (cf. pag. 2 et 8). hunc ipsum autem codicem esse Lipsiensem, quem supra littera M significauimus, non solum adnotatione illa, qua codicem olim coenobii Veteris Cellae fuisse apparet, uerum etiam miro consensu, qui inter codicis et editionis principis lectiones intercedit, confirmatur. cuius rei exempla luculentissima cum unaquaeque editionis nostrae pagina suppeditet, plura hic uerba facere uix operae pretium esse uidetur. recuperato codice Lipsiensi nihil fere lucri redundat ex editione principe, cum plerumque locos codicis deprauatissimos religiose seruare quam suo ingenio emendare maluerit Mosellanus.

Mosellani editio repetita legitur in bibliotheca patrum Parisina a Margarino de la Bigne curata a. 1576 uol. V 661 p
sqq. et a. 1589 uol. IIII 599 sqq. nonnullis mendis editionis principis correctis. atque editores editionis a. 1589 in lucem p^2
emissae hic illic codices Parisinos inspexisse ueri simile est, cum peculiares librorum A B D E F uel D E F lectiones in illa

quoque deprehendantur (cf. adnot. ad 64, 6. 67, 19. 80, 9. 102, 21. 109, 20. 117, 16; 93, 3. 96, 7. 121, 1). certe codicem F ab editore in usum uocatum esse ex singulari codicis F *uolens intellegi* pro *uelis intellegi* (cf. pag. 106, 1) exhibentis lectione, quam editio quoque Parisina praebet, concludi posse uidetur.

Schotti editio Ad nouorum codicum auctoritatem Claudiani libros recensuit Andreas Schottus societ. Iesu (in bibliotheca ueterum patrum Coloniensi ed. a. 1618 uol. V 944 sqq. et in biblioth. patrum Lugdunensi ed. a. 1677 uol. VI 1045 sqq.) eosque notis maximam partem criticis illustrauit. usus est membranarum Plantinianarum collatione, quam Ioannes Wowerius confecit, et ipse '*olim in Neruiis Tornaci sodalium Benedictinorum ad S. Martinum beneficio e bibliotheca longe antiquius nactus exemplar loca prope innumerabilia persanauit*'. ac codicis Plantiniani (*P*), quem etiam Antuerpianum uel Brabantinum appellat Schottus, lectiones simillimas esse codicum D E F infra demonstrabimus; codicis autem Tornacensis (*T*), quem Martinianum uel Neruium nominat Schottus, superest memoria apud Haenelium (catalogi pag. 877), qui inter libros Phillippsianos Claudiani Mamerti codicem, qui erat olim abbatiae S. Martini Tornacensis, commemorat (Tourn. Press E. nr. 27, Phill. 2100), sed eis adnumerat codicibus, quos *Phillipps deposuit in officina bibliopolae cuiusdam Bataui*: *eos omnes nefarius iste homo subduxit atque uendidit* (cf. Haenel l. c.).

T Vbi nunc asseruetur liber Tornacensis, nescio neque hercle examinatis codicis lectionibus, quas in notis criticis, quod illa aetate uix exspectaueris, satis diligenter affert Schottus, aegre id ferimus, cum habeamus librum, qui codicis Tornacensis accuratam fere repraesentet imaginem, dico codicem Reginensem R. quam rem ut demonstremus, haec proferre liceat exempla ita comparata, ut unus codex R conspiret cum Tornacensi uel cum Schotti textu, quem secundum Tornacensis potissimum auctoritatem se constituisse ipse identidem affirmat, in exhibenda falsa lectione: pag. 22, 18 *namque] nam nequam* T, *nam neq.* R, 36, 5 *ego] ergo* RT, 49, 15 *aeriam] aerem* R

Sch., 51, 21 *minimorum]* *minorum* R Sch., 62, 6 *statu]* *status* R S Sch., 75, 2 *ut]* *et* R Sch., 80, 15 *quae cum ita sint]* *quaecumque ita sit* R T, 96, 3 *te* add. R S Sch., 98, 16 *imago autem dei — quaerit* om. R, uncis inclusit Sch., 120, 10 *iustam]* *iusta* R Sch., 125, 4 *adierunt]* *adiecerunt* R Sch., 137, 1 *fetidinarum]* *fetidiuinarum* R, *fetim diuitiarum* T, 141, 13 *quid]* *quod* R Sch., 150, 24 *incorporalis]* *corporalis* R Sch., 151, 24 *esse se — se esse* om. R, uncis inclusit Sch., 155, 8 *esset* om. R Sch., 159, 8 *sollicitat]* *sollicitet* R Sch., 163, 11 *utique]* *utrique* R Sch., 164, 19 *casum]* *causam* R Sch., 170, 11 *loca]* *locale* R Sch., 170, 25 *proloquii]* *proloquiique* R Sch., 171, 2 *nequimus*] *nequiuimus* R Sch., 177, 12 *etiam* om. R Sch. — His alios addimus locos, quibus Schotti lectiones, quamuis dissentiant cum codice R, tamen ex communi fonte, dico e Tornacensi codicis R simillimo, a Schotto leuiter tantum neque recte emendato originem duxisse facili negotio perspiciatur: pag. 47, 9 *faciam, quo me uertam]* *faciamus quo me uertamur* R, *faciamus quoue uertamus* Sch., 52, 4 *agnosce te]* *agnoscite* R S[1], *agnoscis te* Sch., 55, 9 *gloria]* *gloria*/// R, *gloriam* Sch., 119, 13 *mensurabilibus]* *quibus* add. R, *quibusque* add. Sch., 145, 6 *quaerimus]* *quaeremus* R, *quaeramus* Sch., 148, 20 *intellege]* *intellegere* R, *intelligere debemus* Sch., 173, 20 *quo]* *quid* R, *quod* Sch., 177, 7 *duoque]* *duo quem* R, *duo quidem* Sch.

Maximam igitur intercedere similitudinem inter T et R exemplis modo propositis luculenter apparere puto. neque aliter de codice T iudicandum est, si paucos eos locos consideramus, quibus Tornacensem a R plane diuersam lectionem exhibere Schottus tradit. nam siue Schottus sua commenta pro codicis scriptura uenditauit — quod equidem crediderim —, siue reuera codex talia praebuit, certe omnes eius modi lectiones ita comparatae sunt, ut e codicis R scriptura a Schotto uel a libri Tornacensis interpolatore fictae uideantur, uelut quod T exhibet Schotto teste *quonam* (pag. 24, 1) pro genuina uoce *quorsum* natum esse e *quorum*, quod habet R (cum H S), apparet, et 180, 22 T uel Schottum *enisu quopiam* pro *enisu cuipiam* praebere facile intellegimus, si codicem R *enisu cupiam* ex-

hibere reputamus. simili utique modo de reliquis locis, uelut 115, 5. 146, 3. 188, 16 etc. iudicandum est, quare codicis Tornacensis iacturam non deploramus, cum accurata eius praesto nobis sit imago codex Reginensis.

P Alter autem Schotti liber, codex Plantinianus, minorem etiam habet auctoritatem et inter codices Claudiani maxime interpolatos referendus est. arte enim cohaeret cum DEF, quibuscum e. g. his locis consentit: pag. 19, 10 *e praefato] praefationem*, 23, 5 *audaciae] audaciam*, 23, 15 *propter] inter*, 24, 2 *praesentium] praesumentium*, 24, 6 *animo] animum*, 38, 6 *rosae] flore*, 42, 1 *non* om., 51, 25 *dubitare] nutare*, 53, 20 *habilitate sui] habitante ui*, 55, 12 *utique] utrimque*, 62, 15 *officinam] officium*, 66, 1 *aliorsum mentem] alio rursum mentem*, 73, 6 *labrum] labro*, 114, 18 *solum] solidum*, 116, 7 *quae] que uia*, 133, 17 *etsi] et*, 151, 11 *loca] locis* etc. — Atque inter libros DEF proxime accedere uidetur Plantinianus ad codicem Montepessulanum D, quocum solo has lectiones habet communes: 37, 3 *referendum] perferendum* EF, *proferendum* DP, 67, 19 *eodem* add. DP, 176, 1 *adstrepuerit] obstrepuerit* DP. cum uero liber D (cum F) minimi sit pretii, eum non tam diligenter excussi, ut singulas quasque minutias adnotarem, quam ob rem certius ferre iudicium, num forte codex D ipse sit Schotti liber Plantinianus, non licet. ceterum DP nullius esse pretii commemorauisse sufficit.

Hactenus de Schotti codicibus. editione ipsa illum multum contulisse ad textum Claudiani emendandum uix quisquam infitiari poterit. augetur etiam editionis utilitas notis textui adiectis, quibus non solum codicum scripturas Schottus exposuit, uerum etiam quaedam suo Marte recte temptauit.

Barthii editio Digna etiam quae commemoretur est editio Barthii: *Sancti patris nostri Claudiani Ecdicii Mamerti de statu animae libri III. Caspar Barthius exemplar uulgatum edidit, uarias* (sic!) *msstorum orae appinxit, examinauit, animaduersionum libro correxit, illustrauit, glossarium adiecit. additae Andreae Schotti notae et emendationum rationes ex scriptis codicibus* etc. Cygneae 1655. Barthius cum editionem principem paucis-

simis tantum locis correctam typis describendam curaret eamque solam in animaduersionibus scribendis respiceret, multos locos falso tractauit, qui a Schotto codicum ope iam dudum erant correcti. attamen ipse nonnulla in omnibus codicibus falso tradita egregie sanauit. hoc uero loco eos, qui nostrae editionis adnotatione critica usuri sunt, commonitos uelim, ne Barthii emendationes omnes editionis principis fundamento niti obliuiscantur, quam ob rem illis, ne falso de Barthii coniecturis iudicent, ea loci temptati forma, quae est in editione principe, ante oculos uersetur necesse est.

Nouissimus Claudiani libros recensuit ad Schotti et Parisinas editiones nouis non usus codicibus Gallandius (bibliotheca patrum uet. uol. X), unde eos deprompsit Migne in patrologiae latinae uol. LIII. Gallandii editio

II. DE TEXTVS EMENDATIONE.


Communem omnium, quos modo descripsimus, codicum esse originem atque ab uno eodemque hos omnes fluxisse libro archetypo, et numero mendorum, quae omnibus libris communia sunt, et plane singulari condicione, qua Fausti epistula codicibus Claudiani traditur, comprobatur. constat enim illa epistula tribus partibus, quarum prima et altera in nostris Claudiani codicibus non exstat, cum integra epistula seruata sit in codice Sangallensi nr. 190 una cum reliquis Fausti epistulis. attamen etiam Claudiani libris integram epistulam olim praefixam fuisse inde facile apparet, quod duas priores epistulae partes aeque ac tertiam respicit Claudianus (cf. 24, 10 sqq. et 26, 10 sqq.). neque tamen difficilis est quaestio, cur a tertia demum epistulae parte (pag. 8, 15) inceperit Claudiani librorum nostrorum archetypus. cum enim in ea parte Faustus de animae corporalitate disseruisset et contra hanc in primis partem Claudianus libros de statu animae tres

conscripsisset (cf. pag. 25, 5), illud epistulae fragmentum mox in peculiaris libelli formam abiisse non est quod miremur, qua de re testimonium luculentissimum exstat apud Gennadium de scriptoribus ecclesiasticis cap. 85: *legi eius* (Fausti) *et aduersus Arianos et Macedonianos paruum libellum, in quo coessentialem praedicat trinitatem* (prima et altera epistulae pars), *et alium aduersus eos, qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum* (tertia epistulae pars). quamuis uero Gennadii iam temporibus in duos peculiares libellos epistula diuisa fuerit, tamen Mamerti codices quin initio eam integram exhibuerint dubitari non potest, quod, quamquam usque ad pag. 37, 10 contra priorem illam partem disputat Claudianus, de uno tantum Fausti aduersarii libello uerba facit.

Haec uero si non satis communem librorum nostrorum archetypum indicare uidentur, adest alterum idque grauius argumentum. etenim ne tertiam quidem partem epistulae integram praebent codices nostri, cum satis magna lacuna in medio enuntiato incipiente (cf. 16, 3—17, 14) laborent, qua in lacuna quae exstabant a Claudiano plus uno loco (cf. 105, 15 sqq.) respiciuntur. hoc igitur peculiare archetypi detrimentum fuisse omni dubitatione maius est. sed haec interim sufficiant ad comprobandam communem codicum originem: de reliquorum mendorum communione, quae, nisi ex uno omnes libri descenderent archetypo, explicari non posset, postea disseremus.

Accedimus iam ad uniuscuiusque libri pretium accuratius definiendum. mira autem hac in re codicum est condicio, nam quo quisque est recentior, eo fere est pretiosior. optimus enim liber M est saec. XI—XII, quem qui bonitate subsequuntur CG sunt saec. XI, his adiungendi uidentur libri RH saec. X, L saec. X exeuntis, S saec. XI, inter deteriores libros referendus est A saec. VIIII cum B saec. X incipientis et DEF. sed haec statim fusius tractemus et, quo cognationis uinculo singuli inter se libri coniuncti sint, exponamus oportet. nunc autem, quo melius disputationis nostrae ratio perspiciatur hoc propono codicum stemma, quod recte me depinxisse ex com-

mentatione quae statim subsequetur apparebit (litteris *x*, *x′*, *x″* libri significantur manuscripti nunc deperditi):



De singulorum librorum indole ac pretio quaestionem instituturi in primis de codice M accurate exponamus necesse est, qui liber et propter integritatem et permultarum lectionum bonitatem principem obtinet locum. solus enim exhibet epilogum in libros de statu animae (pag. 191 sqq.) et quibusdam plurium uerborum lacunis uacat, quibus reliqui omnes libri laborant, uelut 77, 8 ⟨*hoc olfacere quod gustare*⟩, 98, 12 ⟨*in se imago dei quaeratur*⟩, 139, 7 ⟨*an in te sit porrectum*⟩. ex magno speciosarum lectionum numero, quas M solus praebet, uel maxime insignes afferendae esse uidentur. ac primum quidem M singulas uoces uel syllabas in reliquis codicibus omissas habet, uelut 8, 17 ⟨*non*⟩ (cum codice Fausti), 33, 3 ⟨*si*⟩, 40, 5 ⟨*ergo*⟩, 56, 8 *transfer⟨e⟩tur*, 60, 19 et 20 ⟨*di*⟩*dicimus*, 68, 4 ⟨*quae*⟩*que*, 70, 13 ⟨*esset*⟩, 80, 13 ⟨*hoc*⟩, 83, 17 *cui⟨us⟩piam*, 85, 10 ⟨*persuasa*⟩, 92, 1 ⟨*enim*⟩, 92, 3 *ali⟨ud⟩ unde* (cum DEF), 93, 6 ⟨*fiant*⟩, 96, 1 ⟨*tuam*⟩, 97,

4 et 143, 10 *et* ⟨*t*⟩*alia*, 106, 1 ⟨*pro*⟩, 111, 9 ⟨*ergo*⟩ *igitur*, 114, 3 *corpor*⟨*e*⟩*a*, 115, 6 ⟨*tertia*⟩, 148, 22 ⟨*haec*⟩, 152, 3 ⟨*raptum*⟩, 163, 10 ⟨*nisi*⟩, 167, 3 ⟨*ipsi*⟩, 176, 19 ⟨*si*⟩, 180, 21 *alterutrum*⟨*que*⟩. deinde nonnulli loci, qui in reliquis libris grauissime corrupti exstant, recte traduntur in M: 48, 8 *ueniam deprecaturus erroris* M (*nec deprecatus errorem* rell.), 103, 6 *aliud esse secundum ueritatem quod iudicaret nec iudicaretur* ... *secundum ueritatem deum iudicare de quo* etc. M (*aliud esse secundum quod iudicaretur et iudicaret nec iudicaretur* ..... *secundum ueritatem iudicantem iudicari de quo* rell.), 190, 2 *continuati uiarum* M (*centena tibiarum* fere rell.). his addere iuuat 34, 24 *renuis* M (*renuit* rell.), 42, 1 *et* M (*aut* rell., cf. adnot. crit. ad hunc loc.), 52, 7 [*et*], 57, 3 *illo* M (*illud* rell.), 59, 1 *dono* M (*bono* rell.), 69, 19 *si*[*cut*], 75, 21 *sed* M (*si* rell.), 75, 24 *membra* M (*membrorum* rell.), 87, 17 *referre* M (*reare* rell.), 109, 3 *hominis* M (*omnis* rell.); cf. praeterea 68, 13. 89, 12. 93, 4. 103, 3. 112, 7. 118, 22. 119, 21. 122, 15. 126, 10. 129, 4. 151, 7. 152, 2. 8. 157, 2. 167, 2. 171, 23. 182, 24. 183, 9. denique dubitari non potest, quin recte exhibeat M 109, 12 *per hoc* (*per haec* rell.), cum uicies fere Claudianus dicat *per hoc*, nusquam, ni fallor, *per haec*.

His igitur locis examinatis neminem puto fore, qui codici M fidem deroget atque id ne tum quidem, si aliis locis codicem interpolatum foedeque deprauatum esse intellexerit, qua de re mox dicemus. iam uero etiam inde codicis M bonitas cognoscitur, quod locis multis corruptis leuioris et simplicioris corruptelae formam prae se fert, uelut 11, 9, ubi Fausti codex genuinam lectionem *aestimandum* praebet, cui propius accedit M *extimandum* exhibens, quam reliqui Mamerti libri, qui *existimandum* habent. 15, 21 idem Fausti codex tradit *recognosce*, a quo longius abest reliquorum codicum lectio alioqui non reprehendenda *cognosce*, quam scriptura codicis M, quae per se spectata nihili est, *cognoscere*. 33, 11 lenissima coniectura correxi *audes is*, quod M habet, in *aude sis*, cum *audes his* rell. praebeant, cf. praeterea 93, 17 *perficientia* b, *perfigentia* M, *praefigentia* rell., 130, 4 *quid in*

arithmeticis b, *quid* M, om. rell., 188, 16 *praepedito b*, *predito* M, *praediti* uel *praedicti* fere rell.

Denique codicem M permultis locis cum eis libris, qui praeter M fide dignissimi habendi sunt (dico GE^{2}C), conspirare addimus, unde quin ex optimo fonte descriptus, non a docto librario exemplar fortasse deterius suo Marte locis supra allatis recte corrigente exaratus sit, dubitari non potest.

Haec fere dicenda erant de codicis M uirtute ac praestantia. sed quanta sit opus cautione in eo libro adhibendo, ex innumeris interpolationibus et mendis elucet, quibus iste liber pro recentiore qua scriptus est aetate inquinatus est. atque ut primum de interpolationibus consilio factis disputemus, ex immenso earum numero has deprompsisse satis erit: 10, 14 *quod cuius periculi sit*] *q. c. periculum s.* M, 10, 16 *in hoc tractatus nostri statu*] *in hoc tractatu* M, 11, 4 *uaga*] *uacans* M, 11, 13 *cogitat*] *cogitauit* M propter sequens *satisfecit*, 13, 1 *libertati operantur*] *libertatem o.* M, 13, 5 *cogitata rerum causis concepta*] *c. r. c. conceptis* M, 14, 9 *ut*] *quod* M, 14, 17 *describit*] *descripsit* M, 15, 12 *corpus*] *ipse* M, 17, 15 *nullius facturae*] *nulla factura* M, 19, 3 *fraudatus temporis et occupatus animi*] *f. tempore et o. animo* M, 23, 19 *si eosdem artum disputationis includat*] *si eosdem artos disputaciones includant* M [1]).

Quas interpolationes eo consilio factas esse a librario, ut uerba uel etiam enuntiata ex sua sententia corrupta emendaret, primo obtutu intellegitur. eandem ob causam uel additamenta

---

[1]) cf. praeterea 26, 15 *indicatum uoluit*] *indicare u.* M (cf. 111, 7 *probatum uelis*] *probare u.* M), 32, 15 *alti prolapsus erroris*] *alto pr. errore* M, 51, 25 *omnem qui*] *omne quod* M, 71, 6 *confit*] *conficitur* M, 122, 19 *diuinitatem*] *aeternitatem* M, 143, 20 *transmiserint — sistentes — tranauerint — constiterint*] *transmiserit — sistens — tranauerit — constiterit* M, 146, 4 *sodes*] *si audes* M, 149, 14 *spectamini*] *aspectui* M, 151, 9 *datis aliquot indiciis*] *d. aliquibus i.* M, 152, 12 *cum corpore an sine corpore*] *siue in corpore siue extra corpus* M, 156, 12 *ignorantis*] *nescientis* M, 189, 10 *causa tui*] *causis tuis* M; cf. 21, 24. 24, 11. 26, 4. 11. 17. 30, 13. 35, 2. 17. 46, 15. 47, 12. 54, 5. 66, 10. 70, 5. 73, 13. 74, 5. 158, 1.

adiecit M, uelut 10, 17 [*anima*], 11, 1 [*credi debemus*], 11, 13 [*suo*], 13, 2 [*per euum*], 31, 1 [*aliqua*], 31, 20 [*tunc*], 32, 4 [*non*], 34, 14 [*homo*], 35, 8 *pelle* [*ab*] *animo*, 38, 8 [*non*], 61, 16 [*si*], 67, 22 [*sua*], 70, 3 *num*] *nam* — *non* M, 91, 11 [*non*], 121, 23 [*qui in hoc*], 176, 16 [*est*] etc., uel uerba consulto omittit, uelut 10, 15 ⟨*ita*⟩, 11, 2 ⟨*non*⟩, 13, 8 ⟨*ut*⟩, 17, 19 ⟨*est*⟩, 45, 23 ⟨*hic*⟩ *ipse*, 62, 1 *post* ⟨*hinc*⟩, 72, 5 ⟨*aliquibus*⟩, 96, 4 ⟨*totam*⟩, 142, 3 ⟨*conduxit*⟩ (quia pro *sicubi* scripsit *sit ubi*), 147, 15 ⟨*in*⟩ *loco*, 164, 21 ⟨*non*⟩, 166, 22 ⟨*per*⟩, 168, 25 ⟨*si*⟩ etc.

Sed etiam grauiores mutationes sibi indulsit librarius, ubi leniora remedia sufficere non uidebantur, uelut in enuntiato 109, 20 *uideris ne — sententia tibi placita labascat nec — subiaceat*, cum inueniret in suo fonte *ne* pro *nec* (habent enim DM *ne*, non *nec*), sic locum conformauit: *uiderisne — sententiam tibi placitam euanescere ne — subiaceat.* simili modo 63, 5 pro *inest corpori* scripsit *in corpore diffunditur*, et 129, 8 pro *cum ueri compos humana substantia* dedit *quia uera indagacio humanae substantiae.*

Interpolationibus igitur cuiusuis generis de industria factis cum codicis M textus misere iam deprauatus sit, alia etiam exstant menda per librarii oscitantiam commissa, uelut 12, 14 *quieti an*] *q etiã*, 13, 2 *unde*] *ut de*, 13, 7 *de eo*] *deo*, 14, 3 *recipit*] *respicit*, 22, 6 *liuoris*] *libros*, 22, 16 *exillius*] *ex illis*, 23, 5 *suae peruicaci*] *superuicaci*, 24, 1 *quorsum*] *cor suum*, 25, 8 *iubente*] *iuuante*, 36, 7 *incautum*] *in quantum*, 44, 7 *animato*] *anima tota*, 45, 10 *repercussu*] *repercussim* (propter sequens *retrouersim*), 54, 13 *siue angelorum*] *si euangeliorum*, 74, 1 *fixis*] *uix his*; cf. praeterea 81, 19. 83, 17. 84, 21. 99, 3. 107, 16. 113, 5. 8. 116, 7. 121, 7. 127, 5. 140, 19. 142, 3. 143, 4. 167, 8. 15. 171, 12. 173, 27 etc.

Praeterea fontem codicis M glossis refertum fuisse his comprobatur exemplis: 9, 4 *nonnulli*] *non aliqui nulli* M, 28, 7 *inficias ierit*] *dubitarit inficiens est* M, 38, 6 *defore*] *esse*

defore M, 66, 1 *si aliorsum mentem oculum scilicet suum uerterit*] *si aliud rursum cogitans mente alio oculum scilicet s. u.* M, 127, 15 *super his non argumentabor*] *super his deargumentabor* M (erat sine dubio $\overset{de}{\textit{super}}$ *his n. a.*, ut 128, 12 $\overset{de}{\textit{super}}$ *anima* in M exstat), 133, 7 *lucas boues*] *beluas et boues lucas* M.

Iam si reputaueris etiam omissa esse multa per errorem in codice M, uelut 10, 5 *secundum — corpora* om. M^1, 18, 2 *et optimo* (M^1), 19, 2 *amnes* (M^1), 27, 3 *accidentia — quia* (M^1), 29, 5 *conpatientis — sensit*, 31, 21 *nullam — lucis* (M^1), 32, 11 *si ita — non potuit* (M^1), 35, 3 *humanum — delinquere* (M^1), 44, 9 *trahentia — inuisibilia*, 122, 12 *huius — saeculis*, cf. 38, 3. 21. 39, 12. 42, 13. 48, 10, quam caute liber ille singularis non minus bonis lectionibus, sat multis quam interpolatis uel mendosis haud paucis insignis sit adhibendus sponte intelleges.

Hanc autem miram condicionem, ex qua liber Lipsiensis ex optimo quidem fonte, cuius etiam nunc certissima exstant indicia, deriuatus, sed temporum decursu interpolationibus lacunis mendis cuiuslibet generis pessime inquinatus esse putandus est, Claudiani libros recensenti haud paruas praebere difficultates apparet. bonis enim lectionibus, quibus M ceteris libris praestat, deceptus saepius quispiam etiam eis locis, quibus codicum praeter M scriptura optime ferri potest, uni codici Lipsiensi iusto maiorem concesserit auctoritatem: quin ego ipse, quo saepius Claudiani libros relego, hic illic paullo magis suspiciosum me esse debuisse in libri M lectiones magis magisque mihi persuadeo. nunc enim pro certo habemus ad eam normam artem criticam in Claudiano Mamerto esse factitandam, ut si nihil reperiri possit, quo codicis M lectionem, quamuis per se spectata bene quadret, reliquorum librorum consensu praestantiorem esse probetur, de eligenda scriptura iudicium contra M, utpote interpolationis uel potius correctionis suspicione non maiorem, feramus. si uero lectioni codicis M accedit alterius libri testimonium, non sine grauissimis causis ab eorum lectione communi recedendum est. itaque liceat

nobis hoc loco breuiter retractare eos locos, de quibus intellegendis uel corrigendis nunc aliter atque eo tempore, quo textum recensebamus et indice uerborum nondum confecto de scriptoris dicendi genere saepe ratum iudicium ferre non licebat, statuendum esse uidetur.

Pag. 19, 17 *habita identidem cum aduersa parte congressione* cum codice M *aduersa* scripsi, quod certe aptissimum est et etiam cod. Angelomontanus man. sec. praebet. sed praeferendam esse reliquorum codicum scripturam *diuersa* e loco plane simili apparet 180, 14 *ut de incorporalitate eius tecum pars etiam diuersa sentiret.* — 22, 9 *diuersum protinus adstruunt, etsi idem sentiant:* coniunctiuum *sentiant* codice M traditum recipere non debebam, cum ex constanti dicendi usu indicatiuum post *etsi* adhibeat Claudianus, cf. 22, 16. 32, 3. 4. 43, 8. 75, 7. 81, 19. 106, 16. — 24, 14 *ubi legendi progressu reliquum lectionis accessi, animaduerti quibusdam circumlocutionibus id inpensius molientem opelli ipsius auctorem, ut diuinitas passibilis crederetur*: codicis M lectio *animaduerti* (rell. *animaduerto*) eidem causae originem debuit, cui lectio librorum ABDEF et Schotti *credatur*, scilicet ut usitata temporum consecutio restitueretur. sed neutram correctionem necessariam esse et in rarioris huius, qua tempora sese excipiunt, rationis exemplo non esse offendendum complures Claudiani loci in indice nostro III congesti demonstrant. dubito etiam, num uox *inpensius* codice M recte tradita sit, cum comparatiuus contra Claudiani dicendi genus usurpatus esse uideatur (37, 22 legitur *inpenso opere nititur*), et quod habent reliqui libri *inpendio* confirmetur loco altero 37, 9 *non inpendio emolienda sunt*, ubi eadem uox cum eodem uerbo (e)-moliendi coniuncta legitur. itaque *animaduerto* et *inpendio* scribendum esse puto. — 25, 5 ... *donec tertiae, ut illic est, partem quaestionis ingredior. hinc* (M, *hic* rell.) *iam non exploranda, sed explodenda sententia nequaquam pensi sermonis adparuit:* primo obtutu *hinc* rectissime se habere uidetur, ut significet *inde ab hac tertia quaestionis parte.* sed non magis genuinum esse, quam 108, 4 *hinc* (M, *hic* rell.) *etiam tibi Maronianum illud obicerem*, nunc mihi persuasi, cum altera

scriptura *hic* multo simplicior sit et *hinc* pro *hic* exarare inter frequentissima codicis M menda numerandum sit, cf. 136, 15. 137, 1. 144, 2. — ad 27, 4 quod suspicatus eram esse scribendum *ergo igitur*, cum M *ergo*, reliqui libri *igitur* praeberent, sententiam me fefellisse iam credo, quoniam lectionum diuersitas ex utriusque uocis compendiorum similitudine facillime explicatur. contra 111, 9 M solum recte exhibere *ergo igitur* (*ergo* om. rell.) et propter eandem compendiorum similitudinem, qua alterutrum a librariis facile omitti poterat, et quod phrasis *ergo igitur* Apuleio ualde adamata erat (cf. metam. II 18. 28, III 19, IIII 3, VII 9. 15. 19, VIIII 17. 22. 39, X 3. 35, XI 5. 21. 28), quem sibi imitandum saepissime proposuit Claudianus, uel maxime contenderim. — inter uaria interpolationum genera, quibus M scatet, id quoque referendum est, quo singula enuntiata, quae parum arte inter se cohaerere uiderentur, particularum additamentis librarius concinniora reddere studuit. itaque 42, 18 *hinc* (M, om. rell.) *omnia scilicet principalia corpora .. procul dubio uisibilia sunt*, illud *hinc*, quod, ut modo uidimus, librarius qualibet occasione oblata infulcire non desinit, exulare iubemus, 151, 8 uoculam *autem*, quae a libris praeter M abest, utpote minime necessariam e textu eiciendam esse, denique 61, 7 *sed* pro *nunc* (M), 92, 12 *ac* pro *atque* (M), 111, 17 *quia non* pro *non enim* (M) restitui oportere putamus. — 45, 16 pro *nubigenum* M habet *nubigosum*, quam ob rem olim *nubilosum* scriptum fuisse coll. Apul. metam. XI 7 opinabar. at *nubilosum* illud nulli alii rei originem debere uidetur, quam quod antecedit *procellosum*, cuius extremarum litterarum sonus in causa erat, ut *nubigosum* pro *nubigenum* librarius exararet, uelut 45, 10 pro *repercussu* propter sequens *retrouersim* scripsit *repercussim*. — 49, 7 *uisus uero nobis ex igne* (*est*), *qui utique sensus homini belluaeque communis est, sic tamen ut* (M, *quod* rell.) *nonnullae inrationales animantes prae hominibus uigeant* (M, *uigent* rell.) *acumine uidendi*: interpolatoris recensionem nos hic exarasse et reliquorum codicum lectionem genuinam esse apparet ex 135, 6 *sic sustinet reprehensionis stilum, quod non patitur detrimenta meritorum.* eodem

modo alter locus explicandus est 95, 2 *quia sicut* (M, *sic* rell.) *ad illum, cui loqueris, accedit, ita* (M, *quod* rell.) *a te utique non recedit,* ubi sententia in libris praeter M recte tradita esse putanda est, modo *quod — recedit* ex Claudiani dicendi genere pro *ut — recedat* dictum esse statuamus (cf. etiam Paucker, subrelictorum lex. lat. scrutarium p. 24 adnot.). — 50, 13 *illud iam quale est, quod in ipso disputationis tuae principio admonendum credidisti esse lectorem, ut ad subtiliora illa* (M, om. rell.) *animum praeparet?* uoci *illa* locus esse non potest, cum non certas quasdam res subtiliores significare uelit scriptor, sed uocem tantummodo *subtiliora* eum premere noluisse ex sequentibus uerbis ipsi uoci *subtiliora* enuntiati antecedentis oppositis: *a summis ad ima, ab incorporeis ad corporea rationalem nostrum conaris abducere* elucet. itaque potius *aliqua* pro *illa* scribendum erat, sed ne id quidem necessarium. — 50, 18 *si adhuc creatura materia est, nondum ergo homo formatus est* praebet M, sed multo significantius reliqui libri exhibent *nondum ergo formatus es.* — 51, 18 *cum discernere nequeas a creato materiam, ab informi formatum, ab aere spiritum, sic* (M, *in* rell.) *imaginem dei pronuntias tamquam potissimorum scitus, qui minimorum probaris ignarus*: locum hunc satis difficilem ad intellegendum tali modo interpretandum esse censeo. uerba *qui minimorum probaris ignarus* explicantur enuntiato *cum discernere nequeas — spiritum,* quam ob rem haec est totius periodi sententia: 'cum minoris momenti res discernere nequeas, uelut a creato materiam etc., de potissimis rebus, id est de imagine dei (anima humana) uel potius contra imaginem dei disseris'. quae si recte disputata sunt, dubium esse non potest, quin *in* pro *sic* scribendum sit. *pronuntias* hoc loco absolute positum ansam dedisse uidetur interpolatori ad *in* in *sic* immutandum. — 54, 1 *igitur euidenter ostendit nullum corpus quamlibet supremum loco, quamlibet potens motu incorporeis posse praeponi* (M, *conponi* rell.): lectionem *conponi* genuinam esse ex uerbis, quae statim sequuntur, apparet: *rursum in conparatione gradum faciens dicit: adeo diuinis hominem conparari non posse, ut nec angelus possit,* ubi uox *conparari* respondet uerbo antecedenti

conponi. — 54, 3 *rursum in* (M, *ex* rell.) *conparatione gradum faciens* interpolator sine dubio *ex*, quod hoc loco minus aptum uel certe minus usitatum uideretur, in *in* mutauit. — 56, 9 *anima quae corpori iuste dominata, quae domino pie iusteque* (M, om. rell.) *famulata est*: non potest anima deo iuste famulari, nam iustum esse est domini, non famuli, quam ob rem *iusteque* ex linea antecedente huc illatum esse omni dubitatione maius est. — 57, 20 *duplex ergo est angelica sicuti est humana substantia*: *est* post *ergo* praebet solus M neque idem uocabulum in eodem enuntiato bis positum languere negari potest. sed *est* priore loco cum M esse retinendum et potius posteriore loco delendum censemus, ut hanc genuinam esse lectionem statuamus: *duplex ergo est angelica sicuti humana substantia.* — 60, 7 locum ex act. apost. 4, 32 sic exhibet M: *unus credentium unusque uolentium erat animus et cor unum*, rell.: *unum credentium unumque uolentium erat anima et cor unum*, cum in editione uulgata sic legatur: *multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una.* propter uocem *cor* non *animus*, sed *anima* dicendum esse constat, id quod etiam scriptura uulgatae comprobatur. quae cum ita sint, falsa est lectio codicis M, cuius librarius male doctus offensus est in eo, quod praedicatum generis neutri referendum esset ad subiectum generis feminini. sed eius modi exempla ex ipso Claudiano petere poterat nonnulla, cf. indic. III. — 63, 11 *nam et cum flamus et* (M, *ac* rell.) *reflamus, particulas eius haurimus et reddimus*: illud *et* ante *cum* iam antiquitus male intellectum est, unde partim prorsus abest in libris ABDEFS[1], partim sequens *ac* in *et* mutatum est (in M). sed *ac* non esse temptandum inde elucet, quod *flamus ac reflamus* arte cohaeret et nihil aliud significat ac *spiritum ducere* uel potius *respirare, et* autem antecedens idem ualet atque *etiam.* — 65, 9 *huius modi autem motibus animae* (M, *anima* rell.) *non communicat corpus* (M, *corpor* rell.), *quibus inmoto nihilominus corpore mouetur*: codicis M scripturam amplexus sum, quod simplicior et hanc ob rem magis genuina uidebatur. nunc autem perspecta eius lectionum quaesita et fucata simplicitate ad reliquos codices refugimus,

quorum scriptura ita explicanda est, ut statuamus communicandi uerbum coniungi hoc loco cum ablatiuo rei et datiuo personae atque ita duas hic in unam consociatas esse constructiones (cf. de ablat. rei Plaut. mil. 51: *communicabo semper te mensa mea*, et de dat. person. Mamert. pan. Maxim. 10: *sibi communicasse regionem*). — 67, 6 *omne corpus quamlibet maximum* (M, *magnum* rell.) *quamlibet minimum*: repudiandum est *maximum* et substituendum *magnum*, cum et in uniuersum posteriorum temporum scriptores positiuum cum superlatiuo coniungere soleant (cf. indic. ad Victor. Vitens. ed. Petschenig s. u. comparationis gradus, ind. ad Arnobium ed. Reifferscheid etc.) et ipse Claudianus dicat 114, 9 *quaelibet terrae pars magna uel minima.* — 67, 18 *hinc patet omne corpus totum simul tangi non posse, nec uno in loco esse quamlibet minimum totum posse, ut puta granum papaueris aut quotalibet pars grani ipsius, quod illic non habet inferiora sua, ubi superiora nec illic dextra, ubi sinistra nec anteriora illic, ubi posteriora certum est* (M, *certum est* om. rell.): quae uerba si omnibus libris traderentur, non offenderent, cum *quod* post *certum est* multis possit confirmari exemplis. sed sola codicis M auctoritate non adducimur, ut duo nouissima uerba *certum est* retineamus, quippe quae interpolatori debeantur, qui a uoce *ut puta* nouam periodum incipere arbitrabatur. — 70, 7 *pusillanimes* pro *pusillanimos* scripsit M sine dubio propter uocem antecedentem *magnanimem* et eidem aequabilitati studens codex G exhibet *magnanimum* et *pusillanimos*, sed utriusque codicis lectio documento est reliquorum librorum consensum pluris faciendum esse. — 70, 8 scripsi cum editione principe *magnanimus Moyses*, cum M *magni animus Moyses*, rell. *magnus animus Moysi* (uel *Moysei*) praebeant. sed *magnus animus Moysi* praeferendum erat etiam propter uerba, quae sequuntur: *parui animi populus.* — 70, 17 *hinc est quod emoriens omne corpus animatum non amittit animam, sed dimittit, quia non egreditur quod non includitur, nec amittitur quod non tenetur. si enim tenetur, non amittitur, et si non amitteretur, non* (M, *nemo* rell.) *moreretur:* pudet me *non* pro *nemo* scripsisse. est enim *anima* subiectum uerbi

non amitteretur, unde patet *non moreretur* (sc. *anima*) omnino ferri non posse [1]), nisi forte statuis uocem *corpus* ante *non* intercidisse. sed ne ita quidem, siue *corpus non*, siue *nemo* scribimus, iusta sententia prorsus recuperata esse uidetur; sensu enim carent uerba *nec amittitur quod non tenetur. si enim tenetur, non amittitur*, quia haec aduersis frontibus inter se pugnant, cum priore sententiae parte non amitti id, quod non teneatur, et posteriore non amitti aliquid, si teneatur, dicatur. igitur aut in *non tenetur* aut in *non amittitur* mendum inesse patet. uerba *non tenetur* quominus temptemus, impedimento sunt quae proxime antecedunt: *non egreditur quod non includitur*. itaque uerba *non amittitur* mutemus necesse est et ultro sese offert emendatio, si conclusionis cardinem in eo uerti reputamus, ut animam non amitti corpore, sed dimitti demonstretur. dimittendi autem uerbum non amplius in Claudiani ratiocinatione comparet, quod si nostro loco restituas, omnia recte se habent. scribendum igitur est: *si enim tenetur, non dimittitur, et si non dimitteretur, nemo moreretur*. nam etiam alterum *non amitteretur* esse mutandum in *non dimitteretur* inde apparet, quod non amitti animam demonstraturus erat scriptor, unde non poterat dicere: *si non amitteretur, nemo moreretur*. at quoniam dimitti eam ostendere uult, rectissime *si non dimitteretur, nemo moreretur* ratiocinatus est, quam ad sententiam apte referri possunt uerba Statii, quae statim sequuntur: *corporis usum desertorem animi*, ubi 'corpus deserere animum' eodem modo dicitur, quo Claudiani loco 'corpus dimittere animam' (cf. 73, 14 *cernis.. uitam potius a corpore deseri, quam corpus a uita dimitti*, ubi utroque uerbo idem significari non est quod moneam). iam uero cum istud mendum omnibus Claudiani libris commune sit, archetypi librorum nostrorum librarium iam errasse statuendum est, qui error facile explicari potest,

---

[1]) Id Barthius iam perspexit et *si amitteretur, moreretur* scripsit, quae uerba, quod ad sensum adtinet, recte se habent, sed cum in conclusione praecedente exstet *non amittitur*, etiam in enuntiato, de quo agimus, negatio desideratur.

si, quantulum differat amittendi uox a dimittendi uerbo, et conclusionis antecedentis *nec amittitur*, *quod non tenetur* similitudine librarium non satis attentum deceptum esse consideramus. — 73, 10 *elementis quae moderate musiceque in arboris uita* (MR, *uitam* rell.) *sibi concinunt*: lectionem codicis M accedente libri R testimonio satis firmatam esse crederemus, nisi ut reliquorum librorum lectionem sequeremur, alter Claudiani locus suaderet 180, 4 *pro elementorum*, *quae sibi in illud concinuerant, diuersitate.* — 73, 15 *constat omnem uitam nec localiter abscedere a corpore .. nec localiter corpori* (M, *ad corpus* G, *corp’*^{ori} R, *corpus* rell.) *accedere*: lectionem *corpus*, quam cum non intellegerent G in *ad corpus*, R^2 et M in *corpori* mutauerunt, genuinam esse hi docent loci, quibus *accedere* cum accusatiuo coniunctum reperitur: 24, 14 *ubi reliquum lectionis accessi*, 170, 11 *loca beatitudinis non accessit*, 180, 5 *animus non accedit inferna*, et si omnino mutatione opus esset, codicis G scriptura *ad corpus* praeferenda esset, cum legatur etiam 154, 13 *rursusque ad corpus accesserit.* — 76, 15 *num aliquis cantilenae.. canor illic insonat aut euanescentis fraglantiae suauitas halat aut aliquid istic corpulentum sapit aut aliquid molle uel durum localiter tangit?* (M, *tangitur* rell.): cum formam actiuam, quippe quae nobis a scriptore propter reliqua uerba actiua *insonat*, *halat*, *sapit* adhibita esse uideretur, scriberemus, subiectum *intellectus* mente supplendum uel etiam ex *molle* eliciendum esse *mo⟨lle i⟩lle* opinabamur. sed iam *tangitur* scribendum esse confido. — 79, 16 *eandem* scripsi cum M et Schotto pro *eundem* respecto enuntiato praecedente lin. 10 (*corpus*) *adgrauat animam occupando eam*, sed cum in ipso, de quo agimus, enuntiato exstet *animus occupatur*, propter adiectam pronomini syllabam — *dem* in *eundem* acquiescendum est. — 94, 19 *loquitur enim silentio* (M, *in silentio* rell.) *mihi ueritas: in* siue post compendium antecedentis uocis *enim* intercidit, siue consulto a librario codicis M omissum est, confirmatur simili phrasi *in ueritate*, qua utitur Claudianus 113, 14. 177, 6. — difficillimus locus est 95, 16 *intro inspice te de te ipsa, o humana anima, et te* (*te* om. libri praeter M)

memineris (*meminere* M, *ad me nitere* rell.): genuinam lectionem nec M nec reliquos libros praebere mihi nunc certissimum est. atque ut primum de uerbis *ad me nitere* dicamus, ea hoc loco ferri omnino non posse hanc ob rem puto, quod deus uerbis suis non cohortaturus est animam, ut ad se nitatur uel caelum appetat, sed ut se ipsa cognoscat, quo referenda sunt etiam uerba sequentia: *uide mentem tuam, uide uerbum tuum, uide uoluntatem tuam*, itemque antecedentia: *intro inspice te de te ipsa.* quae cum ita sint, memoriae uerbum, quod praebet M, aptissimum esse uix quisquam infitias eat. sed ipsa forma *meminere* codicis M auctoritate sola non satis mihi firmata esse uidetur neque amplius, quae de hac imperatiui forma a uerbo **meminor* deriuanda in adnotatione critica ad h. l. scripsi, recte se habere puto. notum quidem est exstitisse participium *meminens* (cf. e. g. Sidon. Apoll. pag. 202, 16 ed. nostrae), ad cuius analogiam fortasse Claudianus reuera *meminis* (2 sing. praes.) scripsit 95, 22 — sic enim optimi libri omnes, *memineris* tres interpolati praebent —, sed forma uerbi deponentis *meminor* nullo exemplo analogo comprobari potest. quid uero si *memine* scripsit Claudianus, quae imperatiui actiui forma Claudiano condonanda est, quem identidem Sidonium Apollinarem, qui et ipse formam *meminens* ualde adamauit (ep. II 10, IIII 3. 12, VI 3, VII 6), imitatum esse constat. itaque *memine te* scribendum proponimus (de accusatiuo *te* cf. Plautinum illud: *facito ut me memineris*, Venant. Fortun. VIII 13, 3: *memento Iustinam famulam pietate* etc.), cuius lectionis certa uestigia M seruauit, quae in reliquis libris prorsus deleta esse propter ipsam formae nouitatem non est quod miremur. — 96, 16 *et* cum neque apte pro *etiam* accipi neque aliter explicari possit, e textu eiciendum nunc censemus. — 103, 14 *uidit similitudinem cuiusque rei in contrario esse non posse, quia uidelicet inmota rerum ratio non sinit* (M, *sinat* rell.), *ut aliquid uiuat mortuum*: coniunctiuus *sinat*, cum bonum habeat explicationem et statim *intellegens nonnihil .. esse deo simile, quia sit ille lumen etc.* subsequatur, tenendus est. — 104, 20 quin dici possit *mutuum ex his* (philosophorum uoluminibus) *carpere* (M) *quippiam* dubitari non potest, sed

tutius uidetur in reliquorum librorum scriptura *capere* acquiescere. — 105, 24 *si in pro non* (*aduerbio* add. M) *forte posuisti, ut incorporatum pro non corporatum uelis intellegi*: in notis criticis additamentum codicis M genuinum et *non* delendum esse suspicatus eram coll. 106, 5 *sin autem istius modi praepositione simpliciter usus es*, et etiam nunc, si *non* in M abesset, ita censerem, ut *aduerbio* genuinam lectionem, *non* glossam temporum decursu pro illa in textum intrusam esse statuerem. sed cum uocula *non* omnibus libris tradatur, potius *aduerbio* glossatori deberi iudicauerim. — 106, 15 *sin uero* scribendum est (non *si uero* cum M), quippe quod etiam 69, 21. 86, 25. 158, 15. 182, 3 legatur. — 110, 20 formam *harum* cum M pro *earum* dedi (*in harum discussione causarum, quae suapte natura tam clarae sunt* etc.), quoniam pronomine *hic* ante enuntiatum relatiuum fere constanter utitur Claudianus pro *is*. sed reliquorum librorum in eius modi minutiis consensum iam nolo neglegere. — 110, 21 *causae tam clarae sunt, ut obscurari potius disputatione uideantur:* M post *disputatione* addit *minime*, quod Schottus in *minuta* immutauit, ego ut *nimia* scriberetur suasi (Hartelius *mihimet*). sed *disputatione* adiectiuo non addito optime ferri posse certum est, quam ob rem non est, cur libri M scripturam, praesertim cum nisi eam immutaueris stare omnino non possit, praeferamus. iam uero iste locus nonnihil confert ad alterum rectius intellegendum. 88, 19 M praebet: *scio autem hanc eandem* (sc. *longitudinem sine latitudine*) *liquido conspici non esse multorum, quam cum Marcius quoque philosophus negaret mathematico Adrasto se uidere, cum lineas fabrorum minime uideret*, rell. *minime* omittunt. ex *minime*, quod sensui aperte repugnat, Hartelius sagaciter elicuit *nimie*, quod in textum recipere non dubitaui. sed si etiam 110, 21 *minime* peruersissime in M additum esse, ubi nullo sit opus additamento, reputamus, loco de quo agimus per eandem interpolatoris inscitiam et iudicii oscitationem uoculam sensui prorsus aduersantem additam esse statuamus oportet. — 111, 3 *in illud nunc magis nisi contemnis aduertas* (M, *aduerte* G, *aduertes* rell.) *animum*: futurum pro imperatiuo haud raro adhiberi constat, quare

aduertes exarandum erat. — 111, 7 *ut exinde* (M, *ex* C, *exin* rell.) *probatum uelis*: M sequi non debebam, quippe qui etiam altero loco falso eandem uocem exhibeat 19, 1 *multa exinde* (DM, *exhinc* rell.) *deriuare poterit*, ubi lectioni *exinde* nulla accedit auctoritas codicis D testimonio, cum facili negotio iste consensus explicetur, si *exinc deriuare* in libro, ex quo D descriptus est, exstitisse, unde adscita sequentis uocabuli prima syllaba *exinde* fieri potuerit, sumimus. scribendum itaque est loco priore *exin*, posteriore *exhinc*. — 112, 16 *nam et numeris* (M, *numeri* rell.) *in corporibus certus est modus et pondiculi trutinae certum est pondus*: scribendum esse *numeri* uel ex *pondiculi* genetiuo apparet neque in singulari numero ullo pacto offendendum est (cf. 92, 26 sqq.). — 114, 9 *quaelibet ergo terrae pars magna uel minima aut lapillus exiguus uel minutissimus puluisculus, qui puncto uisibili contingi nequeant* (M, *non queat* rell.), *habent* (M, *habet* rell.) *et mensuram etc.*: enuntiatum relatiuum non posse nisi ad *minutissimus puluisculus* referri sensu euincitur, quare certe *non queat* et ni fallor etiam *habet* scribendum erat. — 114, 20 *quia et aquae guttula* (M, *guttulam* rell.), *quam digito tincto sustuleris, habet* (M, *habentem* rell.) .... *numerum*: *lege ponderis si dimittas eam* (M, *eam* om. rell.) *in aere, non residet*: non esse genuinam codicis M lectionem mihi persuasi. neque uero interpolationis causa difficilis est ad intellegendum. offensus enim est corrector in accusatiuo *guttulam* in initio protasis enuntiati condicionalis collocato, qui in apodosi subiecti locum occupat. sed ipse Claudianus simili utique modo dicit 123, 3: *quid hominibus fiat, quos cum eo usque inscitia teneat, ut indoctos se esse nesciant, scientiae nihilominus priuilegium sibi uindicant.* — 137, 12 *conpotatoribus* scripsimus cum Barthio et Schotto, qui codicem T *conputatoribus* exhibere, quod etiam M praebet, dicit. eandem certe ueri similitudinem habet *conpotoribus*, quod ex reliquorum librorum scriptura *conputoribus* nullo negotio lucramur. — 142, 18 *quomodo absens corpore es, ubi spiritus praesens* (M, *spiritu praesens es* rell.) elegantius quidem, sed non rectius dictum est, quare si quis alteram lectionem estituat, uix poterit reprehendi. — 144, 6 *nam cum se* (M,

se om. rell.) *dicat apostolus raptum esse* (M, *sese* rell.): librarius *esse* pro *sese*, ut plerumque solet, legisse et hanc ob rem *se* de suo addidisse (idem etiam 142, 22 *te* sine necessitate adiecit, quod delendum est) uidetur. — 156, 3 *ut cum se uel deum contemplari uult* (M, *uolet* rell.), *imaginum corporearum uelamen* .. *solum uideat*: falso M *uult* praebet, nam profectum esse a Claudiano *uolet* non est mirandum in scriptore, qui saepissime futurum pro tempore praesenti adhibeat (cf. indicem). — 159, 10 *ut corpus moueat stantem et non per* (CGM, om. rell.) *loca* (M, *locos* CG, *locus* uel *locis* rell.) *loca quaelibet adeuntem*: rectissime *per* libris optimis CGM traditur, ad quod uel maxime *loca*, quod solus M praebet, quadrare uidetur. nam quod habent CG *locos* propter proxime sequens uocabulum *loca* genuinum esse non potest. attamen haec lectio propius abest a genuina scriptura, quam illa. uidetur enim orta esse ex *locus*, quod, cum habeant ABHLRS (de interpolatorum librorum DEF lectione non est quod plura uerba faciamus), in communi omnium archetypo exstitisse censendum est. quae si recte disputata sunt, genuina scriptura sine dubio erat *locū* = *locum*, et ni fallor multo aptior quam pluralis est singularis numerus *per locum* (cf. 31, 5. 182, 9. 186, 27), qui significat *localiter* (cf. uerba sequentia: *in hisdemque locis* *i n l o c a l i t e r* *agentem*). — 169, 24 *istud nunc mihi secundum loca et tempora uel* (M, *tempora uel* om. rell.) *dissere*: ineptissima interpolatio sunt uerba *tempora uel*. cum enim praecedant euangelii de diuite et paupere uerba, quibus Abraham colloquitur cum diuite in inferno posito, apte, num haec eadem localiter uel corporaliter accipienda sint, quaeri potest, sed, quomodo temporaliter, non uideo. — 172, 18 *quaenam* (M, *quaemalum* G, *quae horum* rell.) *ratio est illis eandem credi similem, ad quae conspicienda interprete corpore utitur:* scripturam codicis M genuinam non esse mihi certum est. quaeritur autem, quam lectionem interpolator correcturus fuerit. negari quidem non potest plurimorum codicum uerba *quae horum* bene quadrare — *horum* enim cum *ratio est*, *illis* cum *similem* coniungendum est —, sed collata Apuleiana phrasi utique simili (de mag. 8) et Ennodiana (cf. ind. Hartelii p. 683)

nam quae, malum, ratio est, codicem G genuinam praebere lectionem puto. haec autem rarior elocutio sine dubio etiam codicis M interpolatori ante oculos uersabatur, quam ob ipsam raritatem immutauisse putandus est. — 183, 6 *quoniam uti agitatis retro disputationibus edocuimus nimis late patet in* (M, *in* om. rell.) *huiusce⟨modi⟩* (scripsi, om. libri) *quaestionibus inmensum*: uoculam *in* apertae interpolationis indicia prae se ferre sponte intellegitur, sed neque *quaestionibus* recte traditum est, quod si cum DEFGS[2] facili correctione in *quaestionis* rescribimus, omnia sana sunt neque additamento nostro *modi* opus est (contra 20, 16 libri praeter GM *uiris* pro *uiribus* praebent). legatur itaque: *nimis late patet huiusce quaestionis inmensum*. — 187, 21 *quod ita erit ingloriosum* (M, *inglorium* rell.), *ut inlaboriosum*: *inglorium* recte se habet et M eodem hic mendo laborat, quo 45, 16. sequens enim *inlaboriosum* in causa erat, ut eandem terminationem librarius etiam in antecedente uoce *ingloriosum* exararet.

Hi loci mihi retractandi esse uidebantur, nec puto quemquam me esse uituperaturum, quod temere a codicis M lectionibus recesserim. sed iam ad reliquos codices aestimandos accedamus.

Inter reliquos codices in primis nominandi sunt G, praeterea liber ille, ex quo codicis E manus altera correctiones suas hausit, et C. qui libri saepissime cum M aut omnes aut singuli in exhibenda genuina lectione consentiunt, ut ex optimae notae exemplaribus descendere eos negari non possit. nec tamen codicem M bonitate exsuperant, cum habeant menda, quibus M uacat, grauiora et ad emendandum difficiliora cum reliquis libris, et quamuis nonnullis locis, quibus uel M eandem quam reliqui libri habet corruptelam, rectam ac genuinam exhibeant scripturam, tamen accuratius examinatis illis locis facile appareat genuinam lectionem ita esse comparatam, ut ex deprauata quam exhibent reliqui libri scriptura facili negotio a librario uel paululum docto elici potuerit, non ex fontis, ex quo fluxerunt illi libri sane meliores, praestantia sit explicanda. sunt praeterea aliquot mendorum genera et codici M et deterioribus libris communia tam facilia ad com-

mittendum, ut ex iis solis nullum prorsus de codicum pretio ferri possit iudicium. an quisquam est qui, quod CG 136, 20 recte exhibeant *rabularum*, reliqui autem *fabularum*, inde iam, quae sit codicum inter se cognatio, audeat discernere? his praemissis ea, quae de singulis dicenda esse uidentur, iam exponimus.

Ad M proxime accedit G, id quod ex his lectionibus utrique communibus atque iis genuinis apparet: 18, 10 *id spernere*, 19, 4 *spectat* G, *espectat* M, *expectat* rell., 20, 16 *uiribus* (*uiris* rell.), 25, 17 *plurimos* (*plurimorum* rell.), 29, 24 *sollerter* (*sollicite* rell.), 34, 22 *flagris* (*flagellis* rell.), 34, 23 *eodemque* (*eodem* rell.), 35, 11 *inpassibilitatis* (cum A[2], *passibilitatis* rell.), 42, 2 *ualuit* (*eualuit* rell.), 42, 20 *conpactis* (cum D[2]EF[2], *conpectis* uel *conspectis* rell.), 47, 18 *perinde* (*proinde* rell.), 48, 3 *aestimandae* (*existimandae* rell.), 48, 4 *omissis [ommissis]* (*missis* rell.), 53, 20 *habilitate sui* (*humilitate sui* C, *habitate sui* HLRS, *habitante sui* AB, *habitante ui* DEFP); cf. praeterea 65, 19. 23. 67, 7. 10. 73, 2. 79, 11. 80, 2. 89, 21. 93, 3. 95, 14. 104, 9. 113, 10. 19. 115, 17. 116, 14. 119, 20. 133, 9. 134, 4. 139, 11. 142, 21. 146, 19. 173, 8. 181, 3. 189, 17.

Etiam falsas lectiones soli GM communes habent has: 75, 13 *digerendum*] *dirigendum* GM, 98, 17 *in* om. GM, 66, 20 *ut* om. GM[1], ib. *moueri*] *emouere* G, *mouere* M, ib. *pro parte*] *partem* M, *per partem* G.

Genuinas lectiones G solus (uel certe solus inter libros melioris notae) praebet: 23, 22 *ulloque* (*illoque* rell.), 28, 7 *infiacis ierit* (cum A[2], *inficiasserit* etc. rell.), 35, 2 *interspergat* (*inter adspergat* M, *in te respergat* rell.), 35, 22 *alterutro utrumque* (*altero utrumque* M in marg., *alterutrumque* rell.), 45, 21 *flato* (cum L[2]S[2], *flatu* rell.), 67, 11 *spheroidis* (*spheroides* etc. rell.), 88, 7 *quia* (cum DE, om. rell.), 96, 17 *cognosces* (*cognoscis* rell.), 108, 4 [*ob hoc*] (cum DEF, add. rell.), 111, 17 *non* (cum DE, om. rell.), 121, 14 *hippon metapontinus*] *hyppon metapontinus* G (*yponme tarentinus* etc. rell.), 130, 12 *crispi* (cum S[2], *crisippi* rell.), 133, 17 *etsi* (cum DEF, *et* rell.), 163, 1 *spectat* (cum DEF,

expectat rell.), 166, 14 *uiuente* (*uiuenti* rell.), 172, 20 *iudicari* (*indicari* rell.), 173, 10 *istoc* (*istuc* rell.), 175, 1 *tortuosae* (cum DEF, *tortuosa* etc. rell.), 175, 1 *botulorum* (*batulorum* rell.), 181, 3 *cassatur* (cum LS, *causatur* rell.), 183, 7 *quaestionis* (cum DEF, cf. pag. XXVII, *quaestionibus* rell.), 184, 8 *corpore* (cum DEF, *corpori* rell.), 184, 12 *suapte* (*subapta* M, *subapte* rell.), 184, 18 *plusculum* (cum DEF, *flosculum* rell.).

Quos locos, si accuratius inspexeris, ita comparatos esse, ut recta quae exstat in G lectio facili negotio a librario ipso inueniri potuerit, omnes puto concedent. unde etiam DEF, libros deteriores et interpolatos, saepissime cum G eandem praebere scripturam mirandum non est. ipsum autem codicis G librarium correctoris munere functum esse multo melius, quam ex illis locis bene sanatis, ex magno earum lectionum numero cognoscitur, quibus iste sanandi studio pessime textum Claudiani corrupit, ueluti ut pauca pro multis proferam exempla: 18, 11 (*quamquam*) — *fuerit*] *fuit* G, 19, 11 *sui* (*primordio*)] *suo* G, 21, 11 *puerascunt*] *qui scilicet* add. G, 22, 2 (*inludunt*) *inperitos*] *inperitis* G, 22, 15 *istoc*] *istinc* G, 22, 16 *quamquam*] *tam* G, 23, 1 *periculosius*] *pericliosius* G, 23, 24 *et* add. G, 25, 21 *excludentes* add. G, 25, 22 *fallacium* — (*figmenta*)] *fallatia* G, 27, 24 *inter illud, de quo facta, et illud, a quo facta est, media*] *inter hoc et illud de quo facta est media* G, 29, 10 *aiat*] *dicat* G, 29, 20 *nec eum*] *et eum non* G, 30, 4 *deus* add. G, 30, 25 *sempiternitas*] *sempiterna trinitas* G, 32, 2 *sit*] *est* G, 33, 8 *illi* — (*arbitror*)] *illum* G, 33, 20 *tu*] *tute* G et alia permulta. sed haec sufficiant, quibus librarium audacissime uel constructiones rariores immutasse uel etiam rariores declinationis et coniugationis formas (ut abl. sing. *qui*, cf. 134, 14, *tute* pro *tu*, 2 sing. pass. in — *re* pro — *ris*, cf. 86, 19. 158, 3. 175, 11 etc.) inculcasse uel sententiarum conexui ex sua sententia turbato succurrisse demonstretur.

Inter codices meliores tertium locum obtinet E^2 uel liber, ex quo E plurimis locis correctus est. manum enim alteram codicis E altero libro manuscripto usam esse iis locis euincitur,

quibus lectiones uariantes adiecta nota *'alius codex'* afferuntur (cf. 46, 1. 72, 2. 73, 4. 5. 75, 18. 163, 10). fuisse autem illum codicem optimae notae statim demonstrabimus. contra codex, ex quo E descriptus est, inter deteriores est referendus et simillimus erat librorum D F. itaque omnibus fere locis, quibus ab his differt et cum optimis libris consentit, manu altera correctus esse putandus est, sed saepe ita, ut priore scriptura abluta ne minimum quidem correctionis uestigium supersit. itaque pauci quidam adnotationis criticae nostrae loci corrigantur necesse est, quippe quibus de E referamus, quae potius de E^2 dicenda erant.

Ac genuinas lectiones solus E^2 praebet has: 93, 7 *multi* (cum L^2, *multis* rell.), 114, 6 *eorundem* (*earundem* rell.), 117, 23 *alia* (cum Schotti T (?), *aliam* rell.), 134, 18 *pictauum* (*pictauium* rell.), 148, 18 *de sex* (cum A, *adę ex* G, *dies ex* rell.), 158, 15 *quicque* (*quisque* uel *quicque non* [DF] etc. rell.), 189, 13 *lanx* (*lancx* C, *lanxe* uel *lance* rell.). fortasse etiam 141, 4 recte exhibet E^2 *rogares* pro *rogaret*: *ac uelut rogares geminanti..iterat propheta responsum*, cum praecedat *tamquam diceres.*

Haud raro E^2 cum G in exhibenda bona lectione consentit, uelut 35, 12 *inmodice repugnat* (cum F^2, *immodico impugnat* M, *immo dicere inpugnat* etc. rell.), 52, 3 *sequare* (*sequere* rell.), 73, 5 *tubulorum* E^2 (*tabulorum* G [a supra o], *tuborum* uel *tubarum* rell.), 74, 4 *eiusdemque* (*eiusdem* rell.), 83, 15 *intellegat* (cum S, *non int.* rell.), 101, 21 *emirata*] *se mirata* E^2 (*se miriata* G, *semerita* rell.), 110, 7 *trifariam* (*trifaria* rell.), 118, 1 *amat anima* E^2 (*amat animam* G, *amat* MT, *animam* rell.), 124, 9 ⟨*est*⟩ (om. rell.), 130, 7 *aeternae* (cum S^2, *aeternis* rell.), 138, 5 *plerisque* (*plurimisque* B, *plurisque* rell.), 147, 11 *istic* (*istinc* rell.), 149, 12 *numerose choris* E^2 (*numero choris* G, *numeris et horis* rell.), 149, 14 *spectamini* (*aspectui* M, *expectamini* rell.), 154, 8 ⟨*corpore contineri*⟩ (om. rell.), 159, 6 ⟨*ut anima*⟩ (om. rell.), 162, 5 ⟨*in*⟩ (om. rell.), 162, 7 ⟨*sic*⟩ (om. rell.), 167, 14 *haudquaquam* (*hautquam* uel *autquam* rell.), 171, 6 *spectat* (*espectat* M, *expectat* rell.), 174, 18 ⟨*in*⟩ (om. rell.).

praeterea recte exhibent 60, 23 *illud etiam nec te arbitror diffiteri quamlibet multas animas perfecte sapientes non plus sapere* *u n a* *i t i d e m* *anima perfecte sapiente*, nam quod ego scripsi collata reliquorum librorum scriptura (*idem* omisso *una*) *idem una* ferri nequit, quoniam non agitur, num multae animae perfecte sapientes de una eademque certa re plus (= magis) sapiant, quam una anima perfecte sapiens, sed num omnino multae animae plus sapiant, quam una. nullum autem mendum frequentius reperitur in codicibus Claudiani, quam *idem* pro *itidem* scriptum. — 125, 11 *deinde si qui morbi ingruerunt, impedimento sunt*: E²G (cum B) exhibent *ingruerint* (*ingruer̃* M), et recte quidem, ut mihi nunc uidetur, collato textu graeco — uerba enim e Platonis Phaedone p. 66 C deprompta sunt —: ἄν τινες νόσοι προσπέσωσι, ἐμποδίζουσιν ἡμῶν κτλ.

Etiam in falsis scripturis exhibendis E² et G consentiunt, ex quibus praeter 95, 16 *introspice* pro *intro inspice* uel maxime insignes sunt 163, 10 *adspiciens respicere non potest nisi partem. uidet igitur locum, qui localiter uidet*: ubi, quod *nisi* in libris praeter M deest, loco laboranti E²G sic succurrunt, ut exhibeant: *a. r. non potest. partem igitur uidet locorum, qui localiter uidet*, et 72, 17 *quia perspicuum est aeri similem illi inesse naturam*, ubi ex codicum plurimorum scriptura *simili* uel *similem* recte scripsisse mihi uideor *similem illi*, cum G *illi* et E² *illi similem* — uidetur autem E² *similem* de suo addidisse et codicis G lectionem tantum ante oculos habuisse, unde uerborum falsa collocatio explicanda est — praebeant. quibus locis arta amborum librorum cognatio optime perspicitur.

Cum GM consentit E²: 26, 14 *sit* (om. rell.), 49, 6 *accidat* (*accedat* rell.), 61, 19 ⟨*si*⟩ (om. rell.), 97, 14 *magnitudine* (*magnitudine magnitudines* rell.), 103, 19 *incorpoream* (*incorporea* rell.), 113, 19 *fore* (*forte* rell.), 120, 10 *gnarus* (*ignarus* rell.), 182, 24 *renui* (*renuit* rell.).

Sed neque in E² arbitrariae recensionis uestigia desunt, uelut 17, 15 *materia materiale*] *materia* E² (*materiale* rell.), 31, 6 *mouetur* add. E², ib. *istinc*] *istec*, 160, 1 *et suprema*

add. E^2, 119, 9 *trifarium*] *trifariam*, 119, 19 *sui* add. E^2, 120, 16 *inmortalem*] *inmortalitatem*.

Optimorum codicum agmen claudit C, qui solus cum M has genuinas exhibet lectiones: 33, 11 *gloriam* (cum R, *gloria* rell.), 53, 5 *corporeos* (cum $D^2E^2F^2$, *concorporeos* rell.), 56, 15 *forsan* (*forsitan* rell.), 75, 11 *et* (*nec* rell.); 82, 17 *loca* (*loco* uel *locos* etc. rell.), 86, 12 *est* (om. rell.), 124, 17 *idem* (*item* rell.), 188, 18 *aliasque* (*aliusque* uel *aliosque* rell.). falsam cum M scripturam C praebet: 20, 5 *felicitatem*] *felicitate*, 20, 6 *credendae*] *credendi*, 30, 9 *obserauerit*] *obseruauerit*, 37, 18 *perceptu*] *preceptu*, 38, 3 *potens*] *potest*, 54, 15 *sunt*] *sint*, 93, 21 *ordiamur*] *ordinamus* (cum L^1), 132, 17 *conparationibus*] *conparationē*.

Rectam cum G lectionem C habet: 50, 3 *uiderant* (*uiderunt* rell.), 136, 20 *rabularum* (*fabularum* rell.), 187, 21 *ut inlaboriosum* G, *et inlaboriosum* C (*ut laboriosum* rell.; quamquam de hoc loco dubitari potest). eandem falsam scripturam uterque codex habet: 24, 15 *opelli*] *opelle*, 32, 21 *ut*] *et*, 52, 1 *qui si*] *quasi*, 68, 19 *homini*] *hominibus*, 75, 18 *coniuentium*] *conuentium*, 111, 20 *hoc* om., 136, 13 *praeeligere*] *praelegere*, 138, 1 *praeelegerim*] *praelegerem*, 178, 24 *etenim*] *enim*, 187, 17 *in* om.

Magnus autem eorum locorum numerus est, quibus in conseruandis genuinis lectionibus omnes quos adhuc tractauimus codices consentiunt: reputandum autem est codicem E non omnibus quibus debebat locis ex bono illo libro correctum esse, quod si factum esset, ubicumque CGM eandem habent lectionem, cum iis etiam E^2 fuisse conspiraturum pro certo habeo. ac CGM recte exhibent: [9, 8 *et* om., 9, 13 *aestimandus*] *extimandus* M, *existimandus* C (*dicendus* rell.), 9, 13 ⟨*haec*⟩ (om. rell.), 10, 12 *obicis* (*opponis obicis* rell.), 11, 1 *etiam* (*et* rell.), 12, 22 *uitae* (*uitam* rell.), 17, 16 *coaeternus* M, *quoaeternus* C (*quia aeternus* rell.), 17, 16 *filius patri* (*patri filius* rell.). — hi loci cum sint ex Fausti epistula deprompti, in G non exstant: qui si exstarent, certe eodem modo, quo in CM, traditi essent], 19, 4 *quam* (*cum*

rell.), 19, 13 *abhinc* (*ad hanc* rell.), 24, 11 *oberrans* (*aberrans* rell.), 25, 21 *nouerant* (*nouerunt* rell.), 33, 21 *haud* (*aut* rell.), 34, 4 *contagione* (cum R, *cogitatione* rell.), 34, 9 *ut* (cum H, om. rell.), 53, 17 *de* (cum H^{2}LS^2, om. rell.), 54, 17 *suscipit* (cum S^2, *suscepit* rell.), 63, 5 *ut* (cum S^2, *et* rell.), 63, 23 *diuelli* (*diuidere illi* AB, *diuidi* DEFLR^2, *diuidere a parte illi* HS^1), 70, 10 *esse* om. (cum L), 71, 14 *reuisunt* (*reuersi* uel *reuerse sunt* rell.) et praeter hos plus triginta locis.

Libris CGM consentientibus nullo loco codex E, si quidem a manu altera correctus est, ab illis dissentit. itaque omnibus locis modo allatis E non correctum esse tenendum est. accedit autem libri E^2 testimonium: 25, 1 *quae* (*qua* rell.), 26, 11 ⟨*uideamus*⟩ (om. rell.), 85, 21 *corporis* (*corporeis* rell.), 117, 17 *intellectualiter* (*intellectuabiliter* rell.), 122, 9 *credendi* (*credentibus* rell.), 145, 15 *creato* (*creata* rell.), 146, 3 *ex his duobus quod* om. (add. rell.), 172, 7 *argumentum* (*argumentis* rell.), 177, 11 *istos* (*istuc* uel *istius* rell.), 177, 12 *hominem* (*hominum* rell.), cf. 86, 13. 93, 2. 124, 9. 138, 11. 150, 1. 170, 19.

Paucissimis tantum locis ab optimi illius libri scriptura, qui consensu codicum CGM(E^2) repraesentatur, recedendum esse putaui. 26, 2 enim *occultatur* pro *occulitur* (CGM) et 26, 3 *occultari* pro *occuli* (CGM) scribendum esse uidebatur propter occultandi uerbum etiam 25, 14 adhibitum neque uerbum frequentatiuum optime quadrare negari potest. adde quod priore loco proxime antecedit *propalatur*, unde per *ὁμοιοτέλευτον occultatur* Claudianum scripsisse facile conicias. ceteri loci, quibus contra CGM reliquorum codicum lectiones recepimus, multo minoris momenti sunt, uelut 26, 21 ubi CGMR *istic* pro *ista*, 27, 2 ubi *quae ipse* pro *ipse quae*, 59, 9 et 97, 21 ubi *quia* pro *qua* praebent.

Iam uero si ea, quae huc usque disputauimus, consideramus, de optimis Claudiani libris haec redundare uidentur. praestantissimus est codex M, cui bonitate proxime accedunt G, cum quo E^2 arte cohaeret, et C. sed et M et G arbitrariae

recensionis certissima uestigia prae se ferunt permulta, quam ob rem ne temere in alterutrius solius lectione acquiescamus uidendum est. alterius uel melioris codicum familiae memoria primo obtutu in G uel GE² uel CE²G nonnullis locis superesse uidetur, cum M in exhibendis falsis lectionibus cum deterioribus libris consentiat: sed plerumque in illis rectae eius, qui archetypum librorum CE²G exarauit, emendationes, non genuinae libri, ex quo ipse archetypus descriptus est, lectiones agnosci possunt, quamquam hic illic etiam alias posse inuenire quempiam causas bene scio. quod inprimis ualet de una alteraue codicibus GE² peculiari bona lectione, quae in amborum horum librorum archetypo aliunde (i. e. ex optimo quodam libro) deprompta inter uersus adscripta fuisse uidetur. sed longum est de hac re multas proferre suspiciones uel coniecturas. quoquo modo autem res se habet, stemma, quod supra proposuimus, talibus coniecturis non posse rescindi omni pignore contenderim.

Inter reliquos libros R in primis commemorandus est, qui haud raro cum optimi libri M scriptura consentit, uelut 33, 4 *mundo* (*modo* rell.), 67, 3 *animo* MR²T (*animum* rell.), 75, 18 *coniuentium* (cum E², *conuenientium* etc. rell.), 102, 1 *incorporali* (quod in textum recipere debebam, *inconparabili* rell.), 118, 18 *incorporaliter* (*inconparabiliter* rell.). etiam in falsa lectione exhibenda ambo consentiunt: 8, 20 *quo*] *quod*, 29, 21 *per* om. (cum A), 73, 10 *uitam*] *uita* (cf. pag. XXII), 73, 16 *corpus*] *corpori* MR² (cf. pag. XXII), 73, 18 *animaduertas*] *animaduertis* MR², 104, 17 *ex abundanti*] *ex abundantia*, cf. 108, 15. 113, 15. 122, 16. 139, 9. 163, 1. ceterum R neglegentissime scriptus et interpolatus est (cf. 10, 14. 26, 5. 31, 8. 56, 25 etc.).

Codicis autem R simillimos esse HLS quamquam bonitate paulo inferiores ex eis locis apparet, quibus partim HLRS (cf. 24, 15. 50, 16. 52, 19. 53, 20. 74, 4. 80, 10. 84, 20. 114, 19. 121, 14. 126, 1. 130, 8), partim HRS (cf. 24, 1. 39, 18. 40, 5. 71, 12. 72, 9. 95, 2), partim HLS (cf. 28, 7. 13 et plus uiginti locis; praeterea bini codices HS aut LS aut HL saepissime eandem praebent lectionem), partim LRS

(cf. 32, 6. 43, 17. 78, 17) uel HLR (cf. 138, 15. 147, 4) consentiunt. sed haec sufficiant, quibus arta codicum HLRS cognatio demonstretur.

Restat autem, ut de AB et DEF(P) disputemus. atque inter hos A, ut par est, principem obtinet locum, quin solus ex omnibus libris 134, 16 recte *tamen segnem* (*tam insigne* fere rell.) et 148, 18 cum E² *de sex* (*dies ex* fere rell.) habet, praeterea A² solus recte, ut puto, 48, 8 *sin ut est et* (*si nutes* fere rell.) exhibet. cohaerere autem AB arte inter se his locis euincitur: 58, 5 *uniuersalem*] *uniuersaliter*, 70, 6 *perexigui*] *perexigua*, 77, 1 *conplexu*] *conplexus*, 86, 8 *substantia*] *substantiae*, 95, 2 *permeat*] *permeatur*, 98, 8 *seiuncti*] *seiungi*, cf. 109, 12. 110, 4. 117, 20. 143, 16. 146, 19. 152, 17. 172, 18. 173, 13. 178, 12.

Praeterea AB cum DEF consentiunt: 24, 16 *crederetur*] *credatur*, 28, 7 *infitias ierit*] *inficiasserit*, 29, 11 *confirmat*] *conprobatur*, 30, 20 *in*] *ab*, 30, 22 *et* om., 32, 15 *uide*] *unde*, 36, 5 *aio*] *at*, 41, 1 *si* add., 48, 5 *aut* om., 49, 10 *igitur* om., 54, 5 *discernit*] *discerni*, 58, 15 *illi*] *ille*, 60, 15 *maior —molem* om., et praeter hos quadraginta fere locis.

Sed DEF ex B uel eius simili codice descendere, non ex A, eis locis apparet, quibus soli BDEF consentiunt: 18, 11 *uel*] *sed*, 32, 9 *fugit*] *fuit*, 35, 16 *iste*] *ille*, 44, 11 *tuam* om., 46, 1 *quibus inesse — sentitur* om., 48, 4 *eo*] *et*, 54, 4 *dicit*] *dixit*, 60, 11 *ulla*] *illa*, 62, 2 *consultori*] *consultorio*, 62, 15 *officinam*] *officium*, 70, 15 *quod*] *si*, 93, 21 *numeremus*] *numeros. numeros*, 94, 6 *quaerimus*] *credimus*, 97, 5. 102, 21. 156, 23. 170, 24 *quoniam*] *quod* etc.

Ceterum etiam ubi alias quam AB lectiones praebent DEF, hos ex illis descendere facili negotio perspicitur: 23, 5 *audaciae culpam*] *audaciãe culpae* B, *audaciam culpae* DEF, 23, 15 *propter*] om. B, *inter* DEF, 38, 6 *rosae flosculus*] *fore fl.* AB¹, *flore fl.* DEFP, 41, 12 *corporeo*] *corpore* AB, *corpori* DEFP, 51, 25 *dubitare*] *multare* AB, *nutare* DEFP, 53, 20 *habilitate sui*] *habitante sui* AB, *habitante ui* DEFP, 58, 15 *illi*] *ille* AB, *illud* DEF, 66, 1 *aliorsum mentem*]

aliorum sumentem B, *alio rursum mentem* DE¹FP et aliis locis haud paucis.

His ipsis, quas modo proposuimus, lectionibus DEF interpolatos et corruptas fontis lectiones immutatas esse a librariis apparet. quod emendandi munus hic illic correctoribus bene cessisse non est quod miremur. ubicumque autem DEF soli genuinam lectionem praebent omnium librorum archetypum fuisse corruptum et ueram scripturam coniectando assecutum esse librarium eius libri, ex quo descenderunt DEF, tenendum est. sunt autem loci hi: 10, 5 *subsistunt* (*subsistant* rell.), 13, 1 *interioris* (*nitrioris* uel *nutrioris* rell.), 46, 14 *ad sentienda* (DEF², *assentienda* Θ, *sentienda* rell.), 51, 21 *probaris* (cum H², *probaberis* uel *probaueris* rell.), 101, 6 *ametur* (D²EF², *amaretur* rell.), 102, 5 *suspiciens* (cum R, *suscipiens* rell.), cf. 122, 1. 127, 5. 141, 12. 16. 144, 18. 148, 6. 157, 16. 174, 24. 181, 17. 189, 15.

Multo pluribus autem locis falsis emendationibus DEF referti sunt, quamquam id inprimis earum auctorem egisse dicendum est, ut scripturae quam repperit traditam uestigia religiosissime premeret [1]).

Haec hactenus de DEF. si autem quam rationem habeant AB ad HLRS quaeratur, primum R saepius cum AB consentire dicendum est, uelut 10, 15 *demonstrabitur*] *demonstratur*, 23, 22 *quis ferat*] *qui sperat*, 24, 16 *percontor*] *percunctor*, cf. 39, 1. 67, 13. 89, 9. 110, 3. 141, 9. deinde BH¹R conspirant: 35, 7 *tute*] *tote*, 82, 17 *loca*] *loco*, 87, 17 *temet*] *timet*, 94, 24 *insonet*] *insonat*, 95, 9 *tenderes*] *tenderis*, 97, 18 *iacteris*] *iacterius*, cf. 102, 3. 104, 22. 105, 13. 107, 11. 114, 20. 115, 10. 118, 5. 14. 121, 1. 9 et praeter hos plus uiginti locis.

Praeterea etiam C compluribus locis alterius familiae lectiones exhibere commemorandum uidetur atque B in primis cum eo conspirare, uelut 36, 2 *si non adficitur* — *ad-*

---

[1]) cf. locos supra allatos et praeterea 9, 13. 10, 3. 19, 10. 22, 16. 23, 11. 24, 2. 6. 42, 1. 70, 10. 73, 6. 86, 18. 87, 17. 88, 15. 89, 21 etc.

fectu om., 38, 3 *bonitatis*] *bonitas*, 41, 7 *a*] *an*, 65, 17 *conspicatur*] *conspiciatur*, 122, 13 *puerperium*] *puerperum*, 132, 19 *corpore secerni*] *corporis aeterni*.

Vt iam ex eis, quae modo disputauimus, de alterius familiae codicibus iudicium feramus, eos haud ita multum conferre ad textus emendationem dicendum est: a melioris notae libris propius absunt RHLS, quam A et B, ex cuius simillimo libro descendunt DEF, qui textum grauiter interpolatum praebent.

Haec de codicum aestimatione sufficiant. accedimus autem ad omnium librorum archetypum describendum, cuius naturam uel certe menda ex iis locis, quibus omnes libri uel plerique — nam ubi DEF uel G uel E[2] soli genuinam lectionem praebent non ex ipso archetypo, sed ex emendatione eam fluxisse supra docuimus — falsa praebent, dispicere licet. ac primum Fausti epistulae priorem partem archetypus non habebat, et in extrema fere epistula magna lacuna laborabat, qua de re supra disputauimus. praeterea haec uaria mendorum genera in illo fuisse uerisimile est:

I. Falso singulae litterae syllabae uoces additae erant, uelut 9, 1 ubi geminata *e* littera ex *atque regere* ortum est *atque erigere*, 86, 14 *laudabilis*[*q*]*ue*, 122, 10 *te*[*m*]*pore*, 124, 20 *phaed*[*r*]*one*, 144, 9. 146, 6 *qui*[*p*]*piam*, 175, 2 *arbitro*[*r*], 12, 2 *com*[*me*]*morante*; 101, 6 *am*[*ar*]*etur*, 122, 1 *qui*[*i*]*n*, 189, 15 *sin*[*t*] (DEF corr.); 130, 12 *cris*[*ip*]*pi*, 183, 7 *quaestioni*[*bu*]*s*, 184, 12 *su*[*b*]*apte* (G corr.); 134, 18 *pictau*[*i*]*um* (E[2] corr.); 147, 11 *isti*[*n*]*c*, 171, 6 [*e*]*spectat*, cf. 149, 14. 163, 1 (E[2] G corr.), 181, 3 *ca*[*u*]*ssatur* (GLS corr.). itaque etiam 48, 9 *pro*[*pe*]*ratae ueritatis iure* rectius scripsisse mihi uideor, quam *probatae*, quod proposuit Hartelius, et 160, 14 *aequaberis* (*aequaueris*) originem debuit uoci antecedenti *fateberis*, cum *aequabis*, quod scripsi, sequente futuro *concedes* optime commendetur et simili utique modo 51, 21 *probaberis* libri praeter DEF praebeant pro *probaris*. 134, 11 *uti quam callide non aduersarius, uerum praeuaricator subordinatus esse uidearis* Schotti coniecturam *subor*[*di*]*natus* sine dubi-

tatione in textum recipere debebam. quamquam enim exstare potuisse uerbum *subordinare*, in quo *ordinare* eandem habuerit significationem, quam saepius apud Suetonium aliosque posterioris aetatis scriptores (cf. *o. magistratus* = *creare*, *o. aliquem* = *munus alicui mandare uel deferre*), ita ut *subordinatus* idem ualeat ac *subornatus*, negari non potest, tamen *subornatus* ut nunc scribam commoueor loco simili Apulei de mag. c. 67, ubi *subornatum accusatorem* exstat (cf. etiam Sidon. Apoll. epist. I 11). 101, 20 *transcensisque corporeis omnibus emirata illum uidelicet uniuersitatis uidit esse creatorem* repetita ex *omnibus* littera *s* ortum est in E^2 *se mirata* (cf. G) et in reliquis libris uocalibus inter se confusis *semerita*. de 95, 17 *intro inspice te de te ipsa, o humana anima, et te memine*[*re*] cf. pag. XXIII. — Singulae uoces falso additae sunt 14, 21 *sub dominicae* [*praeceptione ordinationis*] *oculis genitricis* (uerba uncis inclusa et in Fausti codice et ubi locus a Mamerto laudatur desunt), 115, 6 *metiri posse mundum, cuius aer tertia pars est,* [*quarto*] *iam constitit*, ubi *quarto* (*quarta* DEFG) deleui, nam quomodo irrepserit etiam nunc facile dispicitur, cum *tertia* a libris praeter M absit. — 121, 18 *unde autem,* [*si*] *hoc est, quo principio nescire se dicit* restituendam esse phrasin Claudiano usitatissimam *hoc est* ideoque *si* expungendum certissimum mihi est. — 123, 7 *mendacio semet scientiae fallunt, alios docendo decipiunt* [*alios*] *Lysiae similes* alterum *alios* per dittographiam ortum esse neque cum Barthio in *illius* corrigendum esse iam Schottus uidit. — 141, 5 *ac uelut rogaret* (uel *rogares*, cf. praef. pag. XXX) *geminanti* [*et*] *quid in hoc ueritas claudat . . iterat propheta responsum* non uideo, quo pacto *et* ferri possit, nisi grauiorem adhuc latere corruptelam statuimus. simili modo iudicandum est de 108, 4 [*ob hoc*] et 83, 15 [*non*], quae uerba iam G deleuit.

II. Falso singulae litterae syllabae uoces omissae erant in archetypo: 11, 8 ⟨*aut*⟩, 11, 11 ⟨*ei*⟩, 11, 13 ⟨*iam*⟩, 13, 5 ⟨*sensus suos uelut*⟩, 13, 7 ⟨*sui*⟩, 15, 12 ⟨*non habet*⟩, qui loci integri exstant in Fausti codice Z. praeterea sagaciter Hartelius 17, 15 *ex nullius enim facturae corporeae materia*

⟨materia⟩le sumpsit exordium scripsit, ubi uel Z corruptus est. neque minus recte idem Hartelius 31, 5 *quod et per tempus et locum ab illa mouetur ⟨ne⟩que solo tantum tempore* emendauit, nam quod praebent libri *quae* ex antecedente *ab illa* facile explicatur. — 42, 2 *quiddam tamen cogitare uoluit, sed ⟨e⟩loqui non ualuit* scripsi praeeunte Schotto coll. 92, 25 *quis non dicam eloqui, sed cogitare digne ualeat* et quod plurimorum librorum scriptura *loqui non eualuit* apertae praepositionis *e* transpositioni debetur, nam *ualuit* non *eualuit* scribendum esse propter manifestam cum *uoluit* adnominationem constat. — 46, 5 *de tactu uero dubitari non aestimo ⟨imo⟩ elementorum, hoc est terrae esse simillimum* recte puto me scripsisse coll. 114, 7 *imum certe elementorum omnium terra est.* — 48, 10 *omnis omnino anima non solum non ex aere, sed ex nullo prorsus ⟨constare⟩ corpore ratiocinando probabitur* rectius me *constare,* quam Barthium *orta* addidisse putauerim. — 79, 12 *istud ergo quod uel esui aut potui necessario in salutem corporis opus ⟨est, si plus quam opus⟩ inpenditur uel superflue uoluptatum nugis animus occupatur* palmaria haec Hartelii emendatio est. — 100, 3 *quia ⟨omnia⟩ contrariorum conparatione facilius dinoscuntur*: inserui *omnia* ex lin. 8 et simili modo 97, 11 ut seruetur codicum lectio *carum suum*, quam immutauimus in *caro suo*, fortasse *quod anima carum suum ⟨absentem semper uidet et⟩ absente etiam corpore spiritu praesens poterit esse* uel simile quid scribendum est. — 130, 3 *quid in musicis, quid ⟨in arithmeticis⟩, quid in geometricis, quid in philosophomenon libris.. contendit*: lacunae indicium solus M praebet, qui *quid* exhibet, et illam recte in editione principe statutam et suppletam esse hanc ob rem puto, quod semper Claudianus praeter geometricam etiam arithmeticam affert, cf. 19, 15 *quippiam ex geometricis et arithmeticis atque etiam ex dialecticis et nonnullis .. philosophomenon regulis,* 105, 10 (*Philolaus*) *iuxta geometricam musicam atque arithmeticam mirifice disputat,* cf. etiam 81, 6 sq. — 130, 11 *Anacharsid⟨is⟩ e Scythia* e librorum scriptura *Anacharsi de Sc.* melius me, quam *Anacharsis e* Schottum scripsisse puto. — 136, 13 *prae⟨e⟩ligere* pro *praeligere* (cf.

138, 1) scripsi, cum etiam *praeeminere*, non *praeminere* optimi Claudiani libri praebeant. — 166, 8 *intellege nunc angelis sanctis corpora tribuere* ⟨*esse*⟩ *uitam negare*: facile post *tribuere esse* per compendium scriptum intercidere potuisse in propatulo est et enuntiati sensum quadrare ad scriptoris sententiam uerba sequentia docent: *ac per hoc . . . melior uermiculus angelo, quia etsi habet angelus corporis formam, non habet uel sicut uermiculus uitam.* — 180, 5 *pro elementorum, quae sibi in illud conci⟨n⟩uerant, diuersitate* (*conciuerant* CME[2]G[2], *concitauerant* rell.) optime comprobatur loco 73, 10 *ex his elementis quattuor, quae . . in arboris uitam* (non *uita*) *sibi concinunt.* — 189, 15 *sin, quod ego nolim nec faxis persuasu istuc, uti⟨que⟩ obstinatio est, edito pro sententia tua aliquid*: bonam recuperari sententiam *utique*, quam uocem ualde adamauit Claudianus (cf. indicem), pro *uti* restituto nemo puto negabit. praeter hos locos archetypi menda in uno alteroue codice iam correcta leguntur 127, 5. 157, 16 *corpor⟨al⟩ibus* (DEF); 35, 22 *alter⟨utro⟩ utrumque*, 46, 14 *aut⟨ad⟩*, 88, 7 ⟨*quia*⟩, 111, 17 ⟨*non*⟩, 133, 17 *et⟨si⟩* (G); 73, 5 *tub⟨ul⟩orum*, 74, 4 *eiusdem⟨que⟩*, 124, 9 ⟨*est*⟩, 154, 8 ⟨*corpore contineri*⟩, 159, 6 ⟨*ut anima*⟩, 162, 5 ⟨*in*⟩, 162, 7 ⟨*sic*⟩, 167, 14 *haud⟨qua⟩quam*, 174, 18 ⟨*in*⟩, 60, 23 ⟨*una it*⟩*idem* (cf. pag. XXXI; E[2]G).

III. Interpolatum iam fuisse archetypum uel fortasse ex exemplari glossis referto descriptum duobus Fausti epistulae locis, quibus genuinam lectionem Fausti codex suppeditat, cognoscitur: 12, 7 *motus*] *ritus* et 17, 18 *figulo*] *factori.* quodsi in Prudentii uersu 32, 8 *nox* pro *lux* libri praebent, fortasse non cogitatae interpolationi, sed errori eius, qui archetypum scripsit et uocem *nox* quae sequitur etiam hoc loco per calami lapsum exarauit, tribuendum est [1]).

IIII. Saepius siue casu siue consulto in archetypo nominum terminationes falsae erant, quippe quae ad falsam uocem

---

[1]) Vocem *nox* genuinam esse apud Claudianum (*lux* apud Prudentium) haud recte iudicat Luc. Mueller in Annal. Fleckeis. LXXXXIII (1866) p. 391.

referrentur: 15, 9 *qui secum tertiam partem stellarum ex alto proturbatus abstraxit* (*proturbatam* Mamerti libri), 74, 11 *ex his indefessim multiplicandorum semina* (*indefessim* recte Barthius, cf. 43, 23. 45, 7, *indefessis* libri), 93, 15 *eidem infinito semper aequalia* (corr. editio Paris., *eodem* libri). itaque rectius me scripsisse 60, 3 *in dei uero ipsa trinitate* (*deo* libri) putauerim, quam Hartelium *in deo uero* ⟨*·i·*⟩ (= *id est*) *ipsa trinitate*, quae coniectura, quod ad rem palaeographicam attinet, elegantissima est, sed sensu minus commendatur. praeterea cf. 130, 7 *miris aeternae artis modis* (*aeternis* libri, corr. E²GS²) et 174, 24 *quae pulmonum caua, quae tortuosae botulorum ... inflexiones* (corr. DEFG, *tortuosa* rell.).

V. Compendiis usum esse archetypi librarium ex certis quibusdam mendis codicibus omnibus uel optimis communibus intellegitur, quae ex compendiosa archetypi scriptura facillime explicantur: 19, 18 *congressione*] *congressio* libri (de nominatiuo enim absoluto nolo cogitare, cum simile exemplum non reperiatur apud Claudianum), 25, 9 *tertius*] *tritus* libri (corr. Hartelius), 48, 8 *sin ut est et*] *si nutes* (corr. A²), 76, 4 *dissidere*] *dissidentem* (corr. Barthius) [1]), 103, 2 *quia*] *qua* uel *que* uel *qui* (corr. E²G), 141, 12 *uiderit*] *uiderim* uel *uiderem* (corr. DEF), 141, 16 *aut*] *at*, *ac* uel *ad* (corr. DEF), 165, 5 *differat*] *differt* (corr. Galland.), 187, 10 *quod*] *quae* (corr. Schottus). quae cum ita sint, etiam 69, 20 *flauus est ille, coloratus est, pallet ille uel niger est*, quod conieci *coloratus* facillime ex librorum scriptura *oculatus*, quae omnino ferri nequit, expiscamur, si utriusque uocis compendia *oclatus* et *colatus* quantulum differant reputamus. uocem autem *oculatus*, qua Claudianus etiam 43, 18. 174, 7 utitur, hic suo iure adhibitam esse contenderim, modo quid significet *flauus* recte intellegas. nam cum de qualitate corporis indicanda dicat Claudianus, non de crinibus accipienda est uox *flauus*, sed de oris colore. apte

---

[1]) *dissidentem* non corrigeremus et adiectiui (participii) formam masculinam ad subiecti accusatiuum substantiui gen. neutr. referri (cf. *Petschenig, die handschriftliche Ueberlieferung des Victor von Vita* [*Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, phil. hist. Classe tom. XCVI*] 677) statueremus, nisi *torpens* antecederet.

autem opponitur flauus oris color (*gelbe*, *bleiche Gesichtsfarbe*) ori colorato (*gebräunte G.*). quae uero sequuntur uerba *pallet ille uel niger est* non noui quicquam continent, sed eandem fere rem mutatis uerbis significant, id quod asyndeto optime comprobatur. — 82, 18 *illud tamen liquet animam sine corpore incorporaliter per adfectus p r o p r i e uel mulceri uel adfligi posse* scripsi, cum librorum scriptura *pie* nihili sit, quae tamen facile ex *proprie* per compendium scripto oriri potuit. *proprie* autem Claudianus scripsit, quo magis illud *animam s i n e c o r p o r e* propter sequentia uerba his opposita *corpus sine anima* efferret. — 89, 2 *sed non idcirco tardioribus desperandum est, modo ut auctoritati cedamus, qui rationem forte non capimus*: ego *ut* pro *uel*, quod libri habent, scripsi, cum *uel* compendiose scriptum ab *ut* uix differat et tamen *uel* ferri non possit. licet enim concedatur saepius *uel* pro *saltem* usurpari, tamen ne hanc quidem significationem hoc loco aptam esse mihi persuasi.

VI. Archetypum litteris uncialibus scriptum non fuisse cum ex frequenti compendiorum usu tum ex singulis uerbis in omnibus libris eodem modo falso distinctis collegerim, quo mendo perspecto facili negotio complures loci emendari et sanari possunt. sic 24, 11 *perincatholicam* pro *per incatholicam*, 33, 1 *aude sis* pro *audes is* (*audes his*), 42, 20 *pro portione* pro *proportione* (cf. 162, 17) recte me scripsisse omnes puto concedent, eodemque leni remedio feliciter usi sunt Barthius 82, 6 *ininitiato* pro *in initiato*, Schottus 137, 1 *ex olenticetis* pro *ex olenti cetis*, Hartelius 137, 7 *quidum* pro *qui dum* scribentes. praeterea 144, 18 pro *sideris citimum* in libris praeter DEF² legitur *siderescit imum*, 148, 18 *dies ex* pro *de sex* (corr. AE²), 121, 14 *hipponme tarentinus* uel simile quid pro *hippon metapontinus* (G corr.), 149, 12 *numeris et horis* pro *numerose choris* (corr. E²). neque dubito, quin genuinam restituerim lectionem 134, 2 *en tibi duos praeclarissimos . . . sentire nobiscum inermemque te auctoritatis pondere et rationis uiribus prosternitare*[1]) *disparatosque cor-*

[1]) Ex errore typographi in textu et adnotatione critica *prosternidare* exaratum est.

poribus unitate sapientiae duas animas unam facere. prosternidaretis paratosque (*paratisque*) libri optimi praebent aperto et simplici errore, nam si singulas uoces recte distinxeris et litteras *d* et *t* inuicem permutaueris, omnia sana erunt. neque uero esse uidetur, cur uocem *prosternitare* genuinam esse negemus. nam eodem modo, quo ex *defendere* et *defensare* et *defensitare* formabantur, etiam ex *prosternere* et *prosternare* (cf. *consternare*) et *prosternitare* quin formari potuerint, non dubitamus. — 189, 15 *quod ego nolim nec faxis persuasu istuc* olim scripsi (libri optimi *per suasu* uel *pro suasu*) et unam uocem (non duas cum libris) restituendam esse etiamnunc mihi certissimum est. sed praestat fortasse *persuasus* scribere coll. 85, 10 (*ut anima*) *persuasa patiatur illud intra semet ipsam iuste.* — 145, 21 *qua uidelicet auctoritate uerum illud unum ante temporaneum caelum credere sinimur*: mihi nunc dubium non est, quin *antetemporaneum* per unam uocem sit scribendum, quamuis alibi hoc adiectiuum exstare non meminerim.

VII. Restat ut de singularum litterarum permutatione, quae in archetypo codicum nostrorum grassata est, disputemus. atque uocales *i* et *e* permutatae erant his locis: 43, 21 *iuge namque* (Schottus, *iuginamque* libri), 124, 21 *cebete* (*cibete* sim. libri), 132, 19 *corpore* (corr. DEFH²LS, *corpori* etc. rell.), 135, 11 *pendet* (corr. AG²H²LS, *pendit* rell.), 155, 23 *accedet* (ed. Paris., *accedit* libri), 189, 13 *adhibetoque* (Barthius, *adhibitoque* libri), cf. praeterea 67, 11. 96, 17. 148, 6. 166, 14. 176, 8. 184, 8. ego correxi 138, 1 *ego uero praeelegerim ab istis cum Eucherio reici*, ubi *praeeligerem* editores iniuria scribunt cum M (*praelegerem* CG, *perlegerem* rell.), nam uocalem *e* in syllaba antepaenultima genuinam esse librorum praeter M, in cuius ipsius fonte sine dubio *praelegerem* exstabat, quod tamen suo Marte correxit, consensu euincitur, unde iam nihil aliud relinquitur, quam ut *praeelegerim* scribamus, inprimis cum perfectum tempus fere necessario requiratur. — 141, 3 *respondet* pro *respondit* scripsi, cum praesens (140, 24 *subiungit*) praecedat et praesens tempus subsequatur (141, 6 *iterat responsum*). — 149, 3 *dicemus* pro *dicimus*

restituimus coll. 150, 1 [1]. — 23, 14 *adiciunt auctoritati potius oportere concedi neque naufragiosum ... pelagus disputationis intrare*: recte iam G correxisse uidetur propter antecedentem passiuam formam *concedi intrare* in *intrari*, quod piget me in textum non recepisse. contra 70, 13. 107, 20. 112, 23 non erat, cur nominatiuum *molis* optimis libris traditum archetypi mendo tribuerem, immo haec nominatiui forma aliunde nota etiam in Claudiano retineri debebat. uocales *o* et *u* permutantur 129, 21 *lectulis oscitantes* (corr. ed. princ., *lectulis suscitantes* libri), 137, 12 *compotoribus* (cf. pag. XXV, *conputoribus* libri), 152, 3 *istoc* (Barthius, *istuc* libri), cf. 45, 21. 173, 10. 184, 18. *e* et *a* confusae erant 11, 10 *occupetur* (Fausti codex, *occupatur* Mamerti libri), itemque 33, 20 *argumentere* pro *argumentare* scripsi, cf. 52, 3. sine ulla autem necessitate 78, 13 *peregrinatur* immutaui in *peregrinetur*, cum indicatiuus in interrogatione obliqua nullum habeat offensionem apud Claudianum (cf. indicem). aliae uocales inter se permutatae erant: 12, 8 *commercia* (*commercio*), 10, 5 *subsistunt* (*subsistant*), 23, 22 *ulloque* (*illoque*), 114, 6 *eorundem* (*earundem*), 138, 5 *plerisque* (*plurisque*), 174, 24 *conpactio* (*conpictio*) etc. peccaui autem, cum e uocalium in archetypo confusione ortas esse lectiones 162, 6 *Gabrielum*, 163, 6. 164, 18. 166, 21 *Gabrielo* opinarer. nam quae optimis libris traduntur, recte se habent et nomen illud etiam secundum stirpes in *-o* exeuntes declinatum esse statuendum est. consonantium permutationes insigniores hae fuisse uidentur in archetypo: 23, 11 *delerando* pro *deierando*, 93, 17 *perfigentia* pro *perficientia*, 130, 10 *zoroadhi* pro *zoroastri*, 28, 7 *inficiasserit* pro *inficias ierit*, 172, 20 *indicari* pro *iudicari*, 181, 17 *uis* (*uir*) pro *uix*, 184, 18 *flosculum* pro *plusculum*. — 125, 3 (*animae*) *quae tam remota persecutae sunt, tam clausa adierunt, tam operta uiderunt*: Barthium secutus *operta* pro librorum scriptura *perita* edidi. sed praesto est correctio multo lenior, cum pro *perita* unius litterae mutatione *penita* scribendum sit.

---

[1]) Fortasse etiam 98, 19 *recognoscet* pro *recognoscit* scribendum erat, quod antecedit *qui—cognouerit*.

Restant pauci loci, quibus archetypum mendosum fuisse arbitrati ab omnium uel optimorum codicum scriptura recessimus, nec tamen ullum mendum inesse nunc nobis persuasimus. 24, 6 *hoc idem mihi acsi cognitu necessarium ultro ingerentibus inspicere plane non abnui*: quod omnes libri praebent *cognitum* genuinum esse uidetur, cum etiam 70, 10 et 131, 4 *facile* (*facillimum*) *factum* reperiatur. nimirum Claudiani temporibus usum supini in *-u* iam oblitteratum fuisse putauerim ita, ut supinum in *-um* eius uice adhiberetur. — 32, 15 *uide ne forsitan iste sit, quem nobis adprobandum rere, alti prolapsus erroris* cum G scripsi, rell. *opprobandum* praebent. totius quaestionis cardo uertitur in uoce *prolapsus erroris*, quam duplici modo explicare licet, ita ut aut participium uerbi *prolabi* aut substantiuum agnoscamus. ac participium quidem *prolapsus* cum genetiuo coniunctum non magis offendit, quam 19, 3 *fraudatus temporis et occupatus animi*, sed exstabat etiam substantiuum *prolapsus*, quamquam non legitur in Georgesii lexico (cf. *Paucker, spicilegium* etc. p. 133 et *id.*, *de latinitate Hieronymi* p. 25). significauit autem Claudianus his uerbis locum Fausti (pag. 16, 16): *uide quo adsertores suos ducat alti prolapsus erroris*, ubi *prolapsus* substantiuum esse mihi quidem ueri similius est. quae si recte disputata sunt, etiam Claudiani loco substantiuum exstare euincitur et codicum lectio teneri potest, cum sit enuntiati sensus: 'uide ne iste (= istud, quod tu ipse dicis) sit alti prolapsus erroris (= altus error, cf. 122, 22 *lapsus praeceps stultitiae*), quem nobis opprobandum rere.' male autem egerunt editores *opprobandum* in *opprobrandum* immutantes, nam non uideo, cur uerbum *opprobare* (= *improbare*) exstitisse negemus. — 40, 16 *nam illic, ubi de creatione hominis Moyses loquitur, sic ait: et dixit deus* etc. quodsi libri praeter DG(B^2C^2) omnes *Moysi* praebent, non casui id tribuerim, quam ob rem potius explicanda, quam emendanda est haec lectio. ac nominatiuus *Moyses*, si traditus esset omnibus libris, nullam offensionem haberet, quoniam sequitur locus e principio geneseos depromptus. sed etiam datiuus traditus *Moysi* tolerari potest, dummodo *deus* subiectum enuntiati esse

statuas, quod ex uerbis *et dixit deus* apte huc quoque referri licet. datiuus *Moysi* autem pendet e *loquitur* (94, 19 *loquitur mihi ueritas*, cf. 62, 2. 95, 2). egregie uero commendatur haec explicatio sequentibus uerbis *diuinae istud auctoritatis eloquium*, ad quae melius quadrat praecedentis enuntiati subiectum *deus*, quam *Moyses*. — 106, 6 *sin autem istius modi praepositione simpliciter usus es*: accusatiuum *praepositionem*, quem praeter FMS omnes libri (man. prim.) praebent, nunc in textum recipiendum puto, cum constructionum obsoletiorum amantem fuisse Claudianum e 65, 15 *adtentiorem mihi lectorem opus est* appareat. — 137, 4 *qui stipem suam uariis conlurcinationibus dilapidauit* cum Schotto scripsimus, cum plane idem legatur apud Apuleium de mag. 75: *omnimodis collurcinationibus dilapidauit*. sed iam uereor, ne recte Barthius codicum omnium scripturam *conlucernationibus* defenderit dicens: *conlucernationes egregie dicuntur comissationes nocturnae ad lucernas saepius instauratas* uel *mutua libidinosorum hominum peruigilia*.

His locis addere placet emendationum (in epilogum librorum de statu animae, quem unum codicem M nobis seruasse iam diximus) seriem, quam G. Hartelio debemus. 191, 10 ille proponit *phorum* (=*philosophorum*) pro *eorum*, quae coniectura elegantissima etiam maiorem habet uerisimilitudinem, si in codice, ex quo M descriptus est, fuisse scriptum FORUM sumimus. qua emendatione recepta lin. 11 *inde* pro *unde* (*undeunde*) scribatur necesse est. — 192, 1 Hartelius sic scribendum esse censet: *quod ipsius rei imagines tamquam per sensus corporis in auribus intromittit atque digerit memoriae, ac sicut loquentibus nobis intellegimus, et absentia rerum per imagines memoria retentas . . cogitamus* sic sensum explicans: '*der Name bringt die Vorstellungen durch die körperliche Empfindung in das Ohr und verbucht sie dem Gedächtnis* (*digerit*), *und wie wir uns verstehen beim Reden* (*durch die nomina*), *so vermögen wir abwesende Dinge durch die Erinnerung zu denken*'. attamen in scriptura, quam dedimus in textu, nobis acquiescendum esse putauerim, nisi quod 192, 1 *quos* pro *quod* scribendum est, cum sensus loci

ita fere uernacule reddi possit: *'der Name eines Gegenstandes bringt sein Bild gleichsam durch die menschlichen Sinne, welche das Gedächtnis leitet, in das Ohr, und wie wir uns beim Reden durch die Nomina verstehen, so vermögen wir uns auch (wieder durch das entsprechende Nomen) abwesende Dinge und Bilder, die das Gedächtnis behalten hat* (*memoriae* est datiuus qui dicitur graecus pro *a memoria* uel potius *per memoriam*), *vorzustellen'*. — 192, 9 Hartelius proponit *quodsi ergo* [*quod*] *dicitur* satis probabiliter. prorsus autem necessaria est correctio Hartelii 195, 26 *uoluntatique* pro *uoluptatique* scribentis.

Haec de codicum aestimatione sufficiant. nunc pauca de huius editionis ratione addenda esse uidentur. ac primum in rebus orthographicis scripturam codicum omnium consensu confirmatam semper religiose retinuimus [1]), sed cum mira sit librorum manuscriptorum Claudiani condicio neque unus saeculum nonum superet, is ipse inter deteriores sit referendus, optimi libri saeculo demum undecimo sint attribuendi, mirandum non est, si in leuioris plerumque momenti rebus orthographicis libri ualde inter se discrepent. talibus igitur locis, nisi meliores uel certe uetustiores codices forte fortuna reperiantur, orthographiam a Claudiano ipso profectam nos posse recuperare desperandum est. quam ob rem ne hariolari uideremur aequabilitati studentes cum alia ad certam quandam normam exegimus, tum assimilationem consonarum fere ubique neglegimus. neque uero quae ad consonarum assimilationem pertinent lectiones uariantes ut in adnotationem criticam reciperem a me impetraui et uetustiores Claudiani libros (ABGH LRS) eam ubique fere neglegere, reliquos (inprimis CM) constanter fere exhibere hic adnotauisse satis habeo.

Capitulorum titulos ex optimi codicis M auctoritate dedimus, quod in uno M capitulorum index Claudiani de statu animae libris praefixus accuratissime fere ubique conspirat cum singu-

[1]) 22, 16 *exillius* pro *exilius* (DEFG[2]) scribendum erat, id quod optime codicis M scriptura *ex illis* comprobatur; 66, 19. 98, 9. 132, 5 *dissici*, non *disici* scripsit Claudianus.

lorum capitulorum praescriptionibus, id quod non cadit in reliquos libros, cum index et singulae praescriptiones haud raro inter se et a codicis M lectionibus mirum quantum differant. itaque paucis locis, quibus ABERS inprimis lectiones (in DFG praescriptiones non exstant, CHL cum ceteris consentiunt) ob hanc illamue causam attulimus, exceptis reliquorum praeter M librorum lectiones etiam in adnotatione critica prorsus neglerimus, ne nimis eam rebus futtilibus augeremus. ne uero quisquam aegre id ferat nonnihil forte redundare posse ex eius modi uariis lectionibus de codicum aestimatione arbitratus, codicum praeter M (G nihil habet, quod ualde dolemus) lectiones et in indice et in praescriptionibus inter se maioris momenti discrepantias fere nullas prae se ferre commemoramus.

Restat ut paucis, quare carmina a nonnullis Claudiano Mamerto assignata in hanc editionem non receperim, exponam. ac quae in collectione Pisaurensi Claudiano Mamerto tribuuntur carmina iam dudum ei abiudicata sunt (cf. e. g. *histoire littér. de la France II 453*), cum in omnibus codicibus aliis ascribantur, uelut *carmen contra poetas uanos* Paulino Nolano (ed. Veron. 1736 pag. 551), *carmen paschale* Damaso (Migne XIII 376), *laus Christi* Merobaudi (Migne LXI 971). unus hymnus '*pange lingua gloriosi proelium certaminis*' a recentioribus editoribus Claudiano tribuitur, cum Sidonius in epistula ad Claudianum Mamertum hymni ab illo confecti mentionem faciat (cf. edit. pag. 201, 32) et Sirmondus ad hunc Sidonii locum ex scholiastae cuiusdam testimonio hymnum significari, cuius initium sit *pange lingua gloriosi proelium certaminis*, adnotet. idem Sirmondus testimonium ad comprobandam sententiam suam e Gennadio (*de scriptor. ecclesiast. cap. LXXXIII*) profert, e cuius codice, qui fuit coenobii S. Michaelis de Tumba apud Britones Aremoricos, haec uerba, quae in uulgatis exemplaribus non exstant, subiungit: '*scripsit Claudianus et alia nonnulla, inter quae et hymnum de passione domini, cuius initium est: pange lingua gloriosi. fuit autem frater Mamerti Viennensis episcopi*'. iam ueteris illius scholiastae testimonium non fictum

esse a Sirmondo codice Claudiani D confirmatur, in quo fol. 103[a] idem traditur (cf. pag. II). sed neque hoc neque Gennadii, si genuinum est, testimonium sufficere uidetur, ut hymnum illum Mamerto tribuamus, quem et ueteres scriptores et codices omnes Venantio Fortunato (II 2) ascribant. itaque consulto eum omisimus, praesertim cum in Venantii Fortunati editione, quam curauit Fr. Leo in Monumentis Germaniae, optime iam exstet recensitus.

Haec mihi praemonenda esse uidebantur: reliqua in peculiari commentatione, quam de Claudiani Mamerti latinitate propediem publicaturus sum, expediam. sed antequam praefandi finem faciam, cum summa grati animi testificatione nominandus est Guilelmus Hartelius, uir doctissimus mihique gratae uoluntatis uinculo coniunctissimus, qui studia mea in hac editione paranda collocata consilio et exemplo subleuare non destitit et non solum quidquid usui mihi esse poterat undeunde congessit et librorum manuscriptorum copiam intercedente caes. academia Vindobonensi officiose mihi fecit, uerum etiam multas et egregias emendationes liberaliter mihi suppeditauit.

Vindobonae m. Decembri a. 1884.

A. G. Engelbrecht.

CLAVDIANI

MAMERTI DE STATV ANIMAE

LIBRI TRES.

PRAECEDIT FAVSTI EPISTVLA

CONTRA QVAM TRES HOS LIBROS CLAVDIANVS

CONSCRIPSIT.

A = codex Parisinus n. 16340 saec. VIIII.
B = codex Parisinus n. 2779 saec. X.
C = codex Parisinus n. 2164 saec. XI.
D = codex Montepessulanus H n. 145 saec. XII.
E = codex Parisinus n. 2165 saec. XIII.
F = codex Parisinus n. 18080 saec. XII.
G = codex Vindobonensis n. 1030 saec. XI ineuntis.
H = codex Einsidlensis n. 318 saec. X.
L = codex Sangallensis n. 846 saec. X.
M = codex Lipsiensis-Paulinus n. 286 saec. XI exeuntis.
P = codex Schotti Plantinianus.
R = codex Vaticanus-Reginensis n. 201 saec. X.
S = codex Palatinus n. 240 saec. XI.
T = codex Schotti Tornacensis (Martinianus).
b = editio princeps Petri Mosellani Basileae 1520.
p = editio Parisiensis 1576 (bibliotheca patrum V).
p^2 = editio Parisiensis 1589 (bibliotheca patrum IIII).
Schottus (*Sch.*) = editio Schotti (bibliotheca patrum Coloniensis tom. V).
Barthius = editio Barthii Cygneae 1655.
Galland. = editio Gallandii Venetiis 1774 (bibliotheca ueterum patrum tom. X).
rell. = reliqui codices.

EPISTVLA FAVSTI.

Quaeris a me, reuerendissime sacerdotum, quo modo Arianis respondendum sit, qui blasphemo ore conantur adserere: non potest, inquiunt, fieri, nisi ut iunior sit genitus ab ingenito. iuxta quae totum silentium quasi iussus absoluere non tam pro rei instructione quam pro fidei confessione praesumam id primitus obseruans, ne res per se obscuras studio conpositi sermonis inuoluam, sed quaedam pauperis sensus indicia, quae non tam ornatui quam intellectui uideantur seruire, depromam. respondeo ergo sicut respondere discipuli magistris interrogantibus solent. itaque ad praeceptum beatitudinis uestrae loquor, ut discutias inperitiam, contestor ut doceas. nam apud eruditissimum si reticeam, uix possum scire quid nesciam.

De ingenito locuturi scire debemus aliud esse rerum substantias, aliud rerum nomina, sicut uerbi gratia cum aurum

Integra haec epistula in uno codice Sangallensi (*Z*) *n. 190 membr. 8° saec. VIIII* (*pag. 92—110*), *qui continet inter alia collectionem epistularum a Fausto Reiensi scriptarum, seruata est. codices Claudiani Mamerti posteriorem tantum epistulae partem inde a uerbis pag. 8 lin. 15*: praecipis ut respondeam (*sic!*) *continent. ex codice Sangallensi epistulam primus edidit Henricus Canisius, Antiquae lectionis tom. V 444 sqq., ut ipse testatur* (*ib. p. 425*). *ex Canisio autem ceteri editores, uelut in bibliotheca patrum maxima Lugdunensi tom. VIII 548 sqq., eam desumpserunt; lectiones illorum uariantes compendio l comprehendi* 1 INCIPIT EPISTOLA SANCTI FAVSTI *Z Canisius* 2 queris *Z* reuerentissime *Z Canisius* 3 arrianis *Z Canisius* 4 inquid *Z* 6 praesummam *Z* 8 sermones *Z* seu *Z* 9 inditia *Z* 11 preceptum *Z* 13 reticiam *Z* 15 loquuturi *Z Canisius*

atque argentum dixeris, non statim metallum ipsum, sed metalli uocabula protulisti. etenim aurum aliud est in proprietate generis, aliud in adpellatione sermonis, aliud est cum illud nominamus, aliud cum tenemus.

Genitus et ingenitus significatio est deitatis, non ipsa deitas, naturae est adpellatio, non natura. ingeniti et geniti nuncupatio ad hoc ualet, ut quis ex quo subsistat intellegas et non patrem ex filio, sed filium ex patre esse cognoscas. principium ex principio et unum est et initio caret, quo modo si dicas: deus ex deo, non tamen duo dii, sed unus dicitur. genitus ergo, ingenitus et ex utroque procedens personas indigitat, non naturas. maiestas enim, quae patri est indiscreta cum filio et spiritu sancto, distingui nominibus potest, ordinari gradibus non potest.

Hoc loco praescius oportet intentionem mentis admoueas. dicis forsitan: quia ex illo est, posterior illo est. age ad haec intellectum nostrum aliquibus conparationibus nutriamus. uideamus si aliqua res ex alia exsistat, quae tamen illa ex qua exsistit non sit aetate posterior. uerbi gratia hoc ipsum filii nomen ex patris deriuari nomine creditur, nec tamen posterius inuenitur, quia nisi iste nasceretur, pater ille non diceretur. ecce nomen, quod absolute coaeuum illi est a quo est, et cum filius ex patre sit, patri nomen filius facit: adquirit genitori uocabulum pietatis persona nascentis. cum hoc ex illo sit, nec hoc posterius nec aliud probatur antiquius, et cum brachii nomine filius ex operum uirtutibus nuncupetur, ecce brachium procedit ex corpore, et tamen brachii aetas corporis non praecedit. uerbum ex uoce profertur, et tamen cum ex

2 etenim *Canisius*, enim *Z* 3 apellatione *Z* 6 naturae *scripsi*, natura *Z Canisius*; *correxit interpunctionem in editionibus pessime perturbatam Hartelius* 8 patrem *Z* 11 ingenitus et ex utroque *scripsi*, et ingenitus et ex utroque *Canisius*, et ingenitus ex utraque *Z*, ingenitus, ex utroque *mauult Hartelius* 15 oportit *Z* 16 aege *Z* 18 ex alia] exilia *Z* que *Z* illi *Z* 20 fili// *Z* diriuari *Z* 24 personae *l* 27 corpus *Canisius* 28 precedit *Z*

ore nascatur, uoce esse posterius non probatur. ignis et caloris indiuisa societas: sed cum calor indubitanter ex igne esse intellegatur, tamen ignis nequaquam calore suo prior esse dinoscitur. ecce rem, quae exsistere uidetur ex illa, et tamen ei, de qua exsistit, sine ulla temporis intercessione coniuncta est.

Cum autem ad deum uenimus, hoc est genitus, quod iustus et iustitia, sapiens et sapientia, misericors et misericordia. absolute ex deo iusto atque sapiente secundum apostolum oriri intellegimus iustitiam atque sapientiam, et sicut numquam iustus sine iustitia, numquam sapiens sine sapientia fuit, ita filius ex patre, sed numquam ⟨pater⟩ potuit esse sine filio.

Absque dubio Ariani saluatorem nostrum negare non audent, sed dum minorem dicunt, deum adserere non possunt. deus enim naturaliter plenitudinis dignitate subsistit, et eorum inpietas unum se deum colere prima confessione testatur. sed quia iuniorem, per eum, qui putatur senior, duos facit et soliditatem unitatis intersecat. nam ipsum nomen minoris alterum, qui illo sit maior, ostendit. quis illo antiquior, qui de se ipse pronuntiat: ego sum *A* et *Ω*, primus et nouissimus, qui a Iudaeis quis esset interrogatus ita respondit: principium quod et loquor uobis, qui ueridica per prophetam uoce confirmat: ante me non fuit deus et post me non erit? si pater hoc dicit, inferiorem post se non coepisse confirmat, si filius, ante se penitus non fuisse pronuntiat. de hoc propheticus sermo euidenter insinuat: hic est

19 Esai. 44, 6; Apoc. 1, 8   21 Ioann. 8, 25   22 Esai. 43, 10   25 Bar. 3, 36

1 nascatur *scripsi*, nascitur *Z*   caloris *scripsi*, calor *Z*   4 ex illa] exilia *Z*   11 pater *addidi*, *om. Z*   12 arriani *Z*   16 quia *Hartelius*, qui *Z*   *post* iuniorem *uox* adserit *uel simile quid excidisse uidetur*, *nisi forte ex antecedentibus* dicit *uel* testatur *repetere probabilius est*   19 se *ex* esse *Z*   ipso *Canisius*   alfa et o *Z*, alpha et omega *Canisius*   20 a *scripsi*, cum *Z Canisius*   iudeis *Z*   quis *scripsi*, qui *Z Canisius*   esse *Z* (*uidetur librarius coniuncta uoce antecedente* quiesse *intellexisse*)   21 uiridica *Z*   24 pęnitus *Z*   fuisset *Canisius*

deus noster, et non reputabitur alius ad eum, et *post haec: inter homines uisus est et cum hominibus conuersatus est.* secundum haec ergo inter genitum et ingenitum nec ordo est, quia unus est, nec tempus interest, quia primus est, nec postponendus est, quia solus est, nec minor dicendus est, quia plenus est. ergo dicitur perfectus simplicisque naturae, inaestimabilis et inpassibilis, etsi eum secundum carnem passum esse pro nobis ueraciter et salubriter confitemur.

Post haec sequenti loco quaeris a me, quo modo iuxta substantiam dei in epistula quadam scriptum sit: *nihil sensit patientis sensu, sed sensit conpatientis adfectu.*

Primo hoc, quod nec philosophos latuit, scire promptissimum, ⟨quia⟩ in homine diuersae adfectiones, id est, iustitia, misericordia, sanctitas, beneuolentia, pietas res accedentes sunt et ideo adfectus uocantur. deus uero his non passibiliter adficitur, quia ei inesse iugiter et naturaliter dinoscuntur. ergo quod in homine adfectus et gratia, in deo uirtus est et natura. nam quod dictum est: *nihil sensit patientis sensu, sed sensit conpatientis adfectu,* cur quisquam illo sensu dicere non praesumat, quod etiam propheticum commemorat: *domine, ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me,* et: *iurauit dominus, nec paenitebit eum,* et iterum: *iratus est dominus populo suo et abominatus est hereditatem suam,* et item

2 Bar. 3, 38 11 uide Fausti epistulam ad Gratum apud Migne LVIII 854 C 23 Psalm. 6, 2; 37, 2 24 Psalm. 109, 4 25 Psalm. 105, 40

10 queris *Z* 12 patientis *scripsi, cf. infra lin. 20,* pacientes (s *in ras.*) *Z*, patiente *Canisius* conpatientis *scripsi,* compacientes *Z*, compatiente *Canisius* 14 prumptissimum *Z* 15 quia *inserui ex Claud. Mam. libr. I cap. III, om. Z Canisius* affectionis *Z* 16 accedentes] *cf. indicem s. u.* 17 possibiliter *Canisius* 19 et] ex *Canisius utroque loco, sed cf. Claud. Mam. l. c.* 20 pacientis *Z* 21 conpacientis *Z* 25 penitebit *Z*

diuerso adfectu Iacob dilexisse et Esau odio habuisse describitur. contristari in peccatis nostris et laetari dicitur in operibus suis et adfectibus subiacens de se ipse dicit: paenitet me fecisse hominem, et de summa caeli sede pronuntiat: Saule, Saule, quid me persequeris? iam et conpatientis ostendere adfectum uidetur, cum dicit: esuriui et dedistis mihi manducare, sitiui et dedistis mihi bibere, et reliqua huius modi, quae memoriae abundanter occurrunt.

Quo modo ergo, si quisquam sacerdos multiplici linguarum scientia praeditus et in medio diuersarum gentium constitutus Hebraeum Hebraeo, Graecum Graeco, Romanum Romano instructurus adloquio secundum singulorum intellectum uerba conformet et iuxta unius cuiusque sensum oris sui coaptet adloquium et dissonas unius cordis et [peccatoris] pectoris uoces in uarios dispenset auditus, ita et deus cum homine locuturus adsumere dignatur hominis linguam, formam etiam suscepturus humanam per intellectuum nostrorum sonos ordinationum nostrarum contestatur adfectus. nam dum quinque humanorum sensuum officia describens ita dicit: oculi domini super iustos et aures eius ad preces eorum, et iterum: os domini locutum est, item: et odoratus est odorem suauitatis, et: manus mea fecit haec omnia. caelum mihi thronus est, terra autem scabel-

1 Malach. 1, 2 sq.; Rom. 9, 13 4 Gen. 6, 7 5 Act. 9, 4 6 Matth. 25, 35 20 Psalm. 33, 16 22 Esai. 1, 20; Gen. 8, 21 23 Esai. 66, 1

1 diuersu *Z* //odio (= hodio) *Z* //abuisse *Z* 4 penitet *Z* 5 iam *scripsi*, nam *Z Canisius* 6 compacientis *Z* 11 preditus *Z* 12 hebreum *Z* hebreo *Z* graegum *Z* graego *Z* 14 conformet *Hartelius*, confirmet *Z Canisius* 15 dissonas *Hartelius*, dissonis *Z Canisius* et peccatoris] exspectatus *Canisius*, *uocem* peccatoris *delet utpote per dittographiam ortam Hartelius* 17 loquuturus *Z* homines *Z* *ante* formam *fortasse* et *inserendum est* 18 intellectum nostrum *l* sonus *Z* 19 testatur *Canisius* 20 offitia *Z* describens *Canisius*, discribes *Z*, *an* discribens *scribendum*? 24 scabillum *Z*

lum pedum meorum, cordibus nostris efficientias insinuat rerum sub significatione membrorum, unde pro ineffabili eius circa humanum genus dignatione, quae seruos amicos ac filios nominare et conpellare non despicit, ut homo cum eodem uicissim humano ore et more conloquitur.

Ceterum dei ira iustitia est, dei furor seueritatis uigor est, dei iurasse definisse est, dei paenituisse sententia tamen saepe mutata, et cum se persequente aliquo laedi dicit, crimen laedentis ostendit. intercluditur nobis omnimodis orationis ministerium omnisque ratio, qua deus uel intellegitur uel praedicatur, si haec humani sermonis commercia subtrahuntur. cur ergo dici inter ista non possit: sed sensit conpatientis adfectu?

Si ergo discutienti magistro simplex et aperta responsio satisfecit, transeamus ad tertiam quaestionem, qua ut respondeam praecipis, quae in rebus humanis corporea, quaeque incorporea sentienda sint. ad haec aliqua non pro sensus mei praesumptione depromam, sed pro sanctorum opinione seniorum, praesertim cum haec animum laedere non possint et ad fidem nutrire possint et usque ad id, quo patri filius

2 pro] p̄ *Z* efficiabili *l* 3 quae] que *Z*, *om. Canisius* 4 et *om. Z*, *add. Canisius* conpellere *Z* dispicit *Z* ut *Canisius*, et *Z* 5 conloquutus *Canisius* 7 penituisse *Z* *uox* tamen *Hartelio suspecta uidetur, fortasse* tantum *scribendum est* 8 mutata *corr. Canisius*, muta *Z* ledi *Z* 9 ledentis *Z* 10 ds̃ *Z*, dicitur *Canisius* 11 predicatur *Z* sermones *Z* 15 questionem *Z* *a uerbis* ut respondeam praecipis, *quae tamen inuerso ordine in iis exstant:* praecipis ut respondeam, *incipiunt codices Mamerti his usi praescriptionibus:* HVIVS OPERIS AVCTOR IGNORATVR QVIA TACITO NOMINE ISTA CONSCRIPSIT CONTRA QVAE CLAVDIANVS TRES HOS LIBROS DISSERVIT *ABC* (huius auctor est Faustus Rhegiensis *add. C*[2]) *EFHM* (edidit *pro* disseruit) *RS*, IGNOTI HERETICI TRACTATVS INCIPIT CONTRA QVEM DISPVTAT CLAVDIANVS MAMERTVS *D* *codicis D collatio huius epistulae mihi praesto non est, in codicibus GL epistula omnino non exstat; consensum codicum Claudiani Mamerti omnium compendio (Ma) significaui* 17 ad haec — pro] nec hic aliqua pro *Schottus* non *om. libri praeter MZ* sensos *Z* 18 promam *Z Canisius* oppinione *Z* 19 animam *Ma* 20 nutrire ad fidem *Ma* possent *Z* quod *MRb*

aequalis adpareat, contra Arianas armare atque regere ualeant prauitates. ergo quando de tractatu altiori conlatio est, ad subtiliorem intellectum sensus ·et animus praeparandus est. nonnulli eruditissimi patrum alia adserunt esse inuisibilia, alia uero incorporea. quidquid creatum est, materiam uideri et factori suo conprehensibile et corporeum esse definiunt. nam et animarum et angelorum naturam adserunt esse corpoream pro eo, quod initio circumscribantur et spatio. nam sicut in quodam S. Hieronymi tractatu legimus: globos, inquit, siderum corporatos esse spiritus arbitrantur, et item: si angeli, inquit, caelestia etiam corpora ad conparationem dei inmunda esse dicuntur, quid putas homo aestimandus est? sed inter haec ideo tu animam negas esse corpoream, quia iuxta aliquorum opinionem nec localis sit, nec qualitate aut quantitate subsistat, quod de sola dei maiestate credi debere manifestum est. legimus enim in quodam receptissimo patrum tractatu: ingredi, inquit, et inplere omnia soli est possibile trinitati, quae sic uniuersae intellectualis naturae efficitur penetratrix, ut non solum circumplecti eam atque ambire, sed etiam inlabi ei et uelut incorporea corpori possit infundi. licet enim pronuntiemus

9 Hieron. comment. in libr. Iob 25 17 Cassian. collat. VII 13

1 appereat *Z* arrianas *CMS*, arrianos *b*, arrian' *R* armari *Mb Schottus* regere *Z*, erigi *Mb Schottus*, erigere *rell. codices*, erigere exigi p^2 2 quando] qm̄ *E* altiore *libri praeter MZ* 4 nonnulli] non aliqui nulli *Mb* 5 materia *Z Canisius* 6 comprehensibilem *Canisius*, inconprehensibile p^2 incorporeum p^2 8 quod] et *add. libri praeter CMZ* circumscribatur *libri praeter EFZ* 9 globus *Z* 10 corporatus *R* arbitratur *BEF* 11 etiam *om. Z Canisius* corporea *R* 13 extimandus *M*, existimandus *C*, dicendus *ABEFHRS* est *om. Z Canisius* interim *EF*, inter̃ *HS* haec *om. libri praeter CMZb* 14 aliorum *HS* 15 qualitati *ABEF* aut — maiestate *om. Z Canisius* quantitati *ABEF* subsistit *R* 16 cedi *E* credi^{be}dere *H* 17 enim *om. Ma* 19 sicut *Z Canisius* 20 ea *ABCE¹FH¹R* 22 licet] hic //// (*erat et in ras.*) *M*

nonnullas spirituales esse naturas, ut sunt angeli, archangeli ceteraeque uirtutes, ipsa quoque anima nostra uel certe aer iste subtilis, tamen incorporeae nullatenus aestimandae sunt. habent enim secundum se corpus, quo subsistunt, licet multo et inconparabiliter tenuius, quam nostra sunt corpora secundum apostoli sententiam dicentis: et corpora caelestia et corpora terrestria. quibus pro manifesto conligitur nihil esse incorporeum, nisi solum deum, et idcirco ipsi tantummodo posse penetrabiles omnes ⟨spirituales⟩ atque intellectuales esse substantias. quae cum ita sint, obicis mihi ideo animam non esse corpoream, quia, ut dictum est, nec localis sit nec qualitate aut quantitate subsistat. quod cuius periculi sit ita credere in subsequentibus demonstrabitur: nunc uero in hoc tractatus nostri statu habita discussione pendebit, ut si nec localis sit nec quantitati subiaceat, esse eam haud dubie incorpoream concedamus, si uero eam demonstrauerimus

8 I Corinth. 15, 40

1 esse spirit. *Ma* 2 ceterique *R* 3 incorporea *EF* 4 aestimandae *RZ*, existimanda *EF*, existimandae *rell.* 5 secundum — corpora *om.* *M*^{1} corpora *M*^{2}*b* quod *B*, quibus *M*^{2}*b* subsistant *ABCHM*^{2}*RSb* 6 tenuis *R*, tenuiis *S*, tenuia *b* 7 dicentes *Z* 9 p manifesto *Z*, p°nifesto *M*, profecto manifesto *p*^{2} 10 solum deum *Ma* posse] per se *Canisius et Schottus additis uncis* 11 spirituales *addidi ex Cassiano*, *om. libri* atque *Z Canisius*, *om. Ma* 12 opponis obicis *ABEFHRS*, opponis et obicis *Schottus*, obicis (× opponis) *M* (opponis *glossa est man. recent.*), obicit *Canisius* 13 incorpoream *Canisius* 14 qualitati *BEF* aut] nec *R* quantitati *BEF* subsistatur *BF*^{1}*R* cui'// (*i. e.* cuius *ex* cum) *M*, cuius modi *b* periculū *Mb* 15 ita *om. Mb* credere — uero *om. Z Canisius* credere] dicere *b* demonstratur *AB*^{1}*R* 16 hac *Canisius*, huius *Mb* tractatu *Mb*, status *Z Canisius* nostri *om. Mb* statu *ABF*, *om. MZb*, status *CEHRS Sch.* discursione *Mb* 17 quantitate *HRSZ*, qualitati *Canisius* subiaceat] anima *add. Mb* 18 concedamus] credas *Schottus* demonstrare eam *Z*, demonstraro eam *Canisius*

quantitate determinari locoue concludi, consequenter eam etiam corpore contineri nec ipse iam dubites. quo modo non localis est, quae inserta membris et inligata uisceribus solis motibus uaga condicione substantiae tenetur inclusa? quod si localem non esse animam ideo adserendum putes, quod per diuersa sensibus euagetur et cogitationibus differatur, primum intellegendum est, quod aliud sit animae status, aliud is qui de anima nascitur cogitationis adfectus. quam ob rem aut hoc potius aestimandum est, quod si quando sibi aliquid imaginatur, magis cum suis intra semet ipsam motibus occupetur, et si quid aliud est, quod adspicere uidetur, magis ei in recordationis speculo describatur. nam quando absentem carum suum cogitat, numquid iam uelut ipso conspecto desiderio satisfecit? aut cum uerbi gratia Petri aut Pauli speciem intra mentis arcana depingit, numquid statim intimas paradisi sedes, ubi eos esse nouimus, penetrauit? aut cum sibi in corde diuitis illius flammas ex lectione proposuit, numquid iam ad tormentorum eius loca ac uiuis inaccessibilia inferi profunda descendit? haec omnia procul dubio aut secum intra pectoris arcana per uarias similitudines fingit aut certe si extra animae sedem instabilis cogitatio lubrico motu agitata discurrit,

1 loco uel *A* etiam] et *ABEFHRS* etiam] credi debemus *add. Mb* 2 dubitis *Z*, dubitas *Mb* non *om. Mb* 4 uacans *Mb* 5 adsumendum *Canisius* putas *Mb* 6 deferatur *MZ^2b Canisius* 7 his *AH* (*in ras.*) *Z*, hic *Canisius* 8 effectus *p^2* aut *Z*, ut *Canisius*, *om. Ma*, *sed cf. Claud. Mam. libr. I cap. XXIIII* 9 extimandum *M*, existimandum *ABCEFHSb Sch.* aliquod *Mb* intra] in *add. p^2* 10 occupetur *Z*, occupatur *Canisius et Ma* 11 illud *Z Canisius* ei *om. Ma* 12 cordationis *Z Canisius* discribatur *Z*, disscribatur *R* 13 cogitauit *Mb* iam *om. Ma* conspectu *M^1Z Canisius* desiderii *Z* desiderio] suo *add. Mb* 15 archana *ABHRS* 16 nouimus *ex* nouissimos *Z* 17 ad *om. Mb* 18 ac uiuis] uiuis *b*, cuius *Z*, cuiuis *B^2 Canisius, Schottus*, ui (locaui) *M*, ac uiuis *S* inferri *Z*, inferni *Canisius* discendit *RZ* 19 inter *Z* 20 archana *ABHRS* fingitur *R* 21 instabili *Z* mutu *AB^1Z*

hoc ipsud localiter agit, et siue urbem siue quamcumque regionem cogitet, ibi tantum sensu commorante defigitur, quo animi intentione raptatur. imaginari sibi aliqua potest, conplecti omnia simul non potest. cum ergo anima Alexandriam uel Hierosolymam cogitauit, si uere illic tota sui praesentia, ut arbitraris, interfuit, referat nobis situs locorum, uultus hominum, motus actusque populorum. sed hoc ipsud quod nunc inter nos commercia sermonum mutua spiritus actione miscemus, loqui me uobiscum, sed apud conscientiam meam, sentio, ad uos uero me accessisse non sentio. nam si uere anima cum suis ferri sensibus creditur, et his quorum reminiscitur ipsa per se suis cogitationibus praesentatur. ecce per haec praesentis temporis momenta uos cogito et animo reminiscente uos uideo, sed omnimodis quid geratis et utrum quieti an lectioni uel orationi uacetis ignoro. sed hoc ideo euenit, quia ad uos cordis adfectu, non ipsa substantiae meae ueritate peruenio. neque enim in suis motibus quos nunc optimos, nunc pessimos esse sentimus, animae nostrae natura consistit. nam si per cogitationes suas constare credenda est, cur eis interdum euanescentibus atque pereuntibus ipsa in sui uigore atque alacritate perdurat? quantae ergo in nobis frequentissimae cogitationes et curae etiam salubriter moriuntur et uitae

1 ipsut *CHR*, ipsum *EFMS Sch.* agit et] agitet *Z* et si urbem *S* 2 commemorante *Ma et Schottus* 3 intentione] simul *add.* p^2 rapiatur ABH^1S^1 4 omnia simul] sibi omnia *Mb*, simul omnia *R* ergo] uero *Ma et Schottus* 5 si uere] siue *Z Canisius*, si uerȯ *S* 7 motus] ritus *Ma et Schottus* actisque *A* ipsut *CHR*, ipsum *BEFMSZ Sch.* 8 commercio *Ma* actionē *Z* 9 miscimus C^1H^1R, scimus *Z Canisius*, miscemur *b* conscientia *C* meam *om. Ma et Schottus* 10 uero *om. Z Canisius* 11 ferre $ABCH^1R$, se ferre *Schottus* reminiscimur *Ma et Schottus* 13 temporib. *R* reminiscentes *Z* 14 sed *scripsi*, et *libri*, quorum *add. Z Canisius*, *quod*, *si Hartelium secutus addideris* memini, *commode retinere poteris* omnis modis *M*, omnibus modis *b* quieti an] q̍ etiā *M* 15 oratione *R* 18 consistit] consentit *Mb* 21 ergo *om. Ma* 22 cogitationis *Z* uitam *ABEFHRS Sch.*

magis libertati interioris operantur! si ipsis anima constaret, absque dubio ipsis pereuntibus superesse non posset. unde hoc magis ipsa conscientiis nostris ratio loquitur, quod unaquaeque anima aut multiplicia cogitata rerum causis intra se concepta parturiat aut sensus suos uelut quaedam officia aut ministeria diuersis necessitatibus occupanda dispergat, ipsa uero in conclaui corporis sui semel de eo exitura requiescat. quam ob rem localem esse ipsam, ut denuo sufficiens proferamus exemplum: nonne anima Lazari manente uita intra corpus fuit, recedente autem uita de habitaculo corporis exulauit et rursum intra exanimum refusa corpus illo unde absentauerat euocata remeauit? tunc eam tamquam et hospitii habitatione depulsam et rursum intra hospitium, unde absentauerat, restitutam uides et localem non esse contendis? sed quid ego haec de corruptibili homine loquar, cum ille cuius caro non uidit corruptionem inmaculatam quidem animam possederit, sed localem, quam utique intra se habuit, quando adfixus est in patibulo, extra se procul dubio emisit, quando

15 Act. 2, 31

1 libertati *Canisius*, liberati *Z*, libertatis *ABCEFHRS Sch.*, libertatem *Mb* interioris *om. Mb*, nitrioris *BCHRS*, nutrioris *A* 2 pereuntibus ipsis *et add.* per euum *M* possit *Z* unde] ut de *Mb* 3 nos *Z* 5 conceptis *Mb* sensus suos uelut *om. Ma et Schottus* quadam *Z* aut] ac *Ma et Schottus* 6 occupata *Mb* 7 claui *Z* sui *om. Ma et Schottus* de eo] deo *Mb* 8 esse] constat *add. S* illam *Ma et Schottus* ut *om. HMSb* de uno *ABCEFMb Schottus*, unde uno *HS* 9 manente] morante *Z* (an *man. sec.*) 10 secedente *Canisius* exiliuit *R* 11 rursum] iterum *Ma* intra *om. Z*, in *Canisius* exanimum] extra animam *Z*, exanime *b* illuc *Ma et Schottus* se *post* unde *add. libri praeter Z et Schottus* 12 *fortasse* reuocata *uel* uocata *scribendum* tamquam] quam *Z* et] ex *Mb Canisius* 13 depulsam] depositam *Mb Schottus*, deposita *ABCEFHRS* inter *Canisius* unde] se *add. libri praeter MZ et Schottus* 14 restitutum *AB*[1]*H*[1]*R* uidis *Z* et *om. Z* non *om. R* contendisse *Z* ergo *RZ* ego haec] haec ego et *S*, ego et *Mb* 16 quidest *A* 18 erat *M*[2]*b*, *om. S* in *om. ABEF* intra *Z*

hoc ipsud localiter agit, et siue urbem siue quamcumque regionem cogitet, ibi tantum sensu commorante defigitur, quo animi intentione raptatur. imaginari sibi aliqua potest, conplecti omnia simul non potest. cum ergo anima Alexandriam uel Hierosolymam cogitauit, si uere illic tota sui praesentia, ut arbitraris, interfuit, referat nobis situs locorum, uultus hominum, motus actusque populorum. sed hoc ipsud quod nunc inter nos commercia sermonum mutua spiritus actione miscemus, loqui me uobiscum, sed apud conscientiam meam, sentio, ad uos uero me accessisse non sentio. nam si uere anima cum suis ferri sensibus creditur, et his quorum reminiscitur ipsa per se suis cogitationibus praesentatur. ecce per haec praesentis temporis momenta uos cogito et animo reminiscente uos uideo, sed omnimodis quid geratis et utrum quieti an lectioni uel orationi uacetis ignoro. sed hoc ideo euenit, quia ad uos cordis adfectu, non ipsa substantiae meae ueritate peruenio. neque enim in suis motibus quos nunc optimos, nunc pessimos esse sentimus, animae nostrae natura consistit. nam si per cogitationes suas constare credenda est, cur eis interdum euanescentibus atque pereuntibus ipsa in sui uigore atque alacritate perdurat? quantae ergo in nobis frequentissimae cogitationes et curae etiam salubriter moriuntur et uitae

1 ipsut *CHR*, ipsum *EFMS Sch.* agit et] agitet *Z* et si urbem *S* 2 commemorante *Ma et Schottus* 3 intentione] simul *add.* p^1 rapiatur ABH^1S^1 4 omnia simul] sibi omnia *Mb*, simul omnia *R* ergo] uero *Ma et Schottus* 5 si uere] siue *Z Canisius*, si uero *S* 7 motus] ritus *Ma et Schottus* actisque *A* ipsut *CHR*, ipsum *BEFMSZ Sch.* 8 commercio *Ma* actionẽ *Z* 9 miscimus C^1H^1R, scimus *Z Canisius*, miscemur *b* conscientia *C* meam *om. Ma et Schottus* 10 uero *om. Z Canisius* 11 ferre $ABCH^1R$, se ferre *Schottus* reminiscimur *Ma et Schottus* 13 temporib. *R* reminiscentes *Z* 14 sed *scripsi*, et *libri*, quorum *add. Z Canisius*, *quod*, *si Hartelium secutus addideris* memini, *commode retinere poteris* omnis modis *M*, omnibus modis *b* quieti an] q etiã *M* 15 oratione *R* 18 consistit] consentit *Mb* 21 ergo *om. Ma* 22 cogitationis *Z* uitam *ABEFHRS Sch.*

magis libertati interioris operantur! si ipsis anima constaret, absque dubio ipsis pereuntibus superesse non posset. unde hoc magis ipsa conscientiis nostris ratio loquitur, quod unaquaeque anima aut multiplicia cogitata rerum causis intra se concepta parturiat aut sensus suos uelut quaedam officia aut ministeria diuersis necessitatibus occupanda dispergat, ipsa uero in conclaui corporis sui semel de eo exitura requiescat. quam ob rem localem esse ipsam, ut denuo sufficiens proferamus exemplum: nonne anima Lazari manente uita intra corpus fuit, recedente autem uita de habitaculo corporis exulauit et rursum intra exanimum refusa corpus illo unde absentauerat euocata remeauit? tunc eam tamquam et hospitii habitatione depulsam et rursum intra hospitium, unde absentauerat, restitutam uides et localem non esse contendis? sed quid ego haec de corruptibili homine loquar, cum ille cuius c a r o n o n u i d i t c o r r u p t i o n e m inmaculatam quidem animam possederit, sed localem, quam utique intra se habuit, quando adfixus est in patibulo, extra se procul dubio emisit, quando

15 Act. 2, 31

1 libertati *Canisius*, liberati *Z*, libertatis *ABCEFHRS Sch.*, libertatem *Mb* interioris *om. Mb*, nitrioris *BCHRS*, nutrioris *A* 2 pereuntibus ipsis *et add.* per euum *M* possit *Z* unde] ut de *Mb* 3 nos *Z* 5 conceptis *Mb* sensus suos uelut *om. Ma et Schottus* quadam *Z* aut] ac *Ma et Schottus* 6 occupata *Mb* 7 claui *Z* sui *om. Ma et Schottus* de eo] deo *Mb* 8 esse] constat *add. S* illam *Ma et Schottus* ut *om. HMSb* de uno *ABCEFMb Schottus*, unde uno *HS* 9 manente] morante *Z* (an *man. sec.*) 10 secedente *Canisius* exiliuit *R* 11 rursum] iterum *Ma* intra *om. Z*, in *Canisius* exanimum] extra animam *Z*, exanime *b* illuc *Ma et Schottus* se *post* unde *add. libri praeter Z et Schottus* 12 *fortasse* reuocata *uel* uocata *scribendum* tamquam] quam *Z* et] ex *Mb Canisius* 13 depulsam] depositam *Mb Schottus*, deposita *ABCEFHRS* inter *Canisius* unde] se *add. libri praeter MZ et Schottus* 14 restitutum *AB*'*H*'*R* uidis *Z* et *om. Z* non *om. R* contendisse *Z* ergo *RZ* ego haec] haec ego et *S*, ego et *Mb* 16 quidest *A* 18 erat *M*'*b*, *om. S* in *om. ABEF* intra *Z*

iacuit in sepulcro: quo modo non est localis, quam caro continet, uita coniungit, mors separat? quod si, ut dicis, localem necessitatem animarum natura non recipit, non desunt ergo et de regione paradisi illae, quae carcere clauduntur inferni? dic, quaeso, si locales non sunt, quo modo peccatores a coetibus consortiisque iustorum uastum illud chaos tristi interiectione discriminat, ut neque hinc illo possint accedere neque inde huc transmeare? iam illud manifestissimum est, ut quantitate circumscribantur, quae spatiis continentur. si agnouisti animam localem, concede corpoream. dic mihi anne ipsa gloriosi anima redemptoris nostri reliquit mundum, quando consurrexit ad caelum?

Ego autem ne angelos quidem locales esse dubitauerim, quos certum est nunc in caelestibus contineri, nunc per aeris uacua ferri, nunc ad terrena dimitti, quos sermo diuinus ascendentes et descendentes in patriarchae uisione describit, qui utique si locales non essent et ubique essent, adesse atque discedere ascensu descensuque non possent. ipse beatissimus Gabriel, qui se ante deum adstare testatur, cum caelorum dominum Mariae infundendum uisceribus nuntiaret cumque sub dominicae [praeceptione ordinationis] oculis genitricis adsisteret, sine dubio caelo deerat, maria non superuo-

7 Luc. 16, 26 16 Gen. 28, 12 19 Luc. 1, 19

1 localis non est *A* 2 coniungit uita *Z Canisius* separatur *R* si ut] sicut *M*¹*Z* 3 recepit *Z*¹ *Canisius*, respicit *Mb* 4 illa *ABCEFHRS* 6 uastum] iustum *Canisius* fuit *ante* illud *inserit H* cahos *MRb* 7 illud *Z* possit *Z* 9 ut] quod *Mb Canisius* 11 anima gloriosi *Ma* 12 consurgit *S*, surrexit *Mb*, conscendit *Z Canisius* 13 nec *Mb* 14 est *om. Z Canisius* nunc in] nec in *b* 15 uacuum *Z Canisius* 17 descripsit *Mb*, discribit *R* qui *om. Z Canisius* 18 discendere *Z* discensoque *Z* possint *MRSZ* ipseque *ABEF HR Sch.* 19 gabrihel *ABHSZ* dominum *Z Canisius* stare *Ma et Schottus* 21 praeceptione ordinationis] *om. Z Canisius*, precepcionis ordinacione *M*, *deest apud Claud. Mamert. libr. III cap. VI* 22 adsist̃& *M*, assistat *b* deerat] erat *Z Canisius* marie *C*

labat, uacua atque diffusa uasti aeris non inplebat, sed illum tantum modo locum in quo erat occupabat. quae cum ita sint, quidquid locum occupat, corpus est, et nescio quo modo locali lege non teneatur, qui de loco ad locum mittitur, et uelut corpus motu accessuque transfertur, mole descendit, mobilitate discurrit, uadit, redit, absentat, ascendit. uel ille, credo, localis est, qui ex eo in caelo non est, ex quo est eiectus e caelo, nec se solum localem esse prodidit, qui secum tertiam partem stellarum ex alto proturbatus abstraxit. dic mihi si corpus non habet, in illa deiectione quid decidit? quid illi negas corporalem naturam, cuius negare non audes ruinam? et si, ut dicis, corpus non habet, non ardebit: ubi autem, nisi in corpore, sentiet ignem illum, qui paratus est diabolo et angelis eius? iam illud dici superfluum puto illum de aeris istius conuersatione quandam crassitudinem de elementorum concretione traxisse. dic mihi, si corpus non habuit, ubinam in aere concretio, ubi sese haec ipsa nescio quae colligere potuit crassitudo, si secum aliquid corporale de illa caelesti arce non detulit? alienum, ut uideo, corpus ad tormenta portabit. corpus itaque esse etiam ex tua adsertione recognosce. corpus est quod inficitur, quod maculatur, quod

13 Matth. 25, 41

1 uasti] uenti *Z* placebat *Z*, implebit *R* 2 modo *om.* *Z Canisius* ista *Z* 3 et *om.* *Z Canisius* 6 absentatur *Ma et Schottus* descendit *Z Canisius*, ascendet *R* illo *Z* 7 qui — eiectus e caelo *om.* *Z Canisius* 9 proturbatam *Ma* 10 non habet *om.* *H*, *inserit post* deiectione *S* quid decidit *Schottus*, qui decidit *Z Canisius*, quid cecidit *Ma* 11 audis *RZ* 12 si ut] sicut *Z* corpus] ipse *Mb* non habet *om.* *Ma et Schottus* 13 qui paratus — illum *om.* *Z*[1] 15 de] in *Canisius* quendam *Z* 16 concretione] non creatione *R* habet *ABEF Schottus*, *Canisius* 17 ubi *Canisius* in aere] inhaerere *Z Canisius* concretione *Mb* se *Z* qua *ABCEFR Sch.*, quā *HMSb* 19 archę *RZ*, arc//e *CH*, archa *ABEF* ut] et *Z* tormentum *Canisius* 20 portauit *Mb Schottus*, portabis *Canisius* sua *Canisius* 21 cognoscere *M*, cognosce *rell. libri Mamerti et Schottus* infinitur *Z*

quaecumque ex accedenti adiectione uertitur. hic ergo dudum primogenitus angelorum, nunc princeps factus est tenebrarum et quasi corporeus pulcher ante, nunc degener, dudum caelesti splendore conspicuus, nunc taetro infernalis peccati horrore foedatus. corpus, inquam, est quod ⟨locum⟩ habet, actione depellitur, quantitate circumscribitur, qualitate mutatur, dolore conficitur. quae cum ita sese habeant, qui incorporeum dicunt animum, uide in quam profundum se crimen inmergant. iam primum cum auctor uniuersitatis deus omnia in numero et pondere fecisse referatur, ergo anima a materia uniuersae creaturae excepta esse creditur, quae non est corporea nec localis est, si loco non continetur, ergo ubique diffunditur, omnia intrare, inplere et ubique praesens esse dicitur, ac si creatori suo creatura sociaretur et fragilitas auctori suo, non iam res dei, sed pars dei aestimanda iungitur. uide quo adsertores suos ducat alti prolapsus erroris. equidem nobis ea quae supra nos sunt, inuisibilia sunt: sed omnia illi sicut conprehensibilia, ita et corporea sunt, qui ex nihilo fecit omnia, quae sicut opere instituit, ita et materia incorporauit, et rebus omnibus, inter quas et anima censetur, sicut distribuit pondus, numerum ⟨atque mensuram⟩, ita et posuit quantitatem. inter haec si forte, ut dictum est, adserendum aliquis putet, quod illa angelicae subtilitate naturae quaedam contagio

9 Sap. 11, 21

1 quecūque *Z*, quaq; *Mb* accidenti *ABEFH*[1]*S*[1] uitiatur *Ma et Sch.* 2 princeps] primus *Z* tenebrorum *Z* 3 et quasi—*pag. 17, 13* habere naturam *om. Ma* 5 locum *add. Hartelius*, *om. Z*; *ceterum addita uoce* locum *opus non esse, si traditam uoculam* est *deleas, monet idem Hartelius* 7 sese *scripsi*, esse *Z*, *om. Canisius* habeat *Z* quin corporeum *Z*[1] *Canisius*, qui in corporeum *Z*[2] *post* animum *interrogationis signum a Canisio adiectum sustuli* 8 inquam *Z* 12 ego *Z* 13 si *Schottus*, sic *Z* 16 prolapsus *scripsi*, pro lapsos *Z*, per lapsos *Canisius*, per lapsus *l* errores *Z Canisius* equidem *Canisius*, s; quidem *Z* 17 illa *Canisius* 19 incorporauit *scripsi coll. Mam. libr. II cap. III*, corporauit *Z* 21 atque mensuram *addidi ex Mam. l. c.*, *om. Z* quantitatem *scripsi coll. Mam. l. c.*, qualitates *Z* 22 hae *Z* 23 subtilitas *l* quedam *Z*, quadam *l Hartelius* contagione *l Hartelius*

aeris huius admixtione collecta flammis inueniatur obnoxia, ergo in aere solo (prout ait, si aereum est, quod ardebit), non in illo, sed extra illum poena desaeuiet. sed absque dubio non aliud est, quam substantia corporis, ubi dominari poterit uis doloris. uide quo tendat inprudens et inperita persuasio, qui incorporeum cum loquitur, etiam inconprehensibilem confitetur, ac sic condito adscribit operi, quod soli conpetit conditori, ac rebus creatis communicat priuilegia maiestatis et indebitam facturae potentiam usque ad factoris extendit iniuriam. si bene requiramus ad quos rerum exitus animum referas, haec uel maxime diabolum credulitas ex illa beatae sedis statione deuoluit, et propter hoc angeli perdidit dignitatem, dum se dei praesumit habere naturam.

Vnus ergo deus incorporeus, quia et inconprehensibilis et ubique diffusus: ex nullius enim facturae corporeae materia ⟨materia⟩le sumpsit exordium, et ideo coaeternus filius patri, quia ex nullo opere conditus nullisque initiis circumscriptus super omnia, quae figulo suo conprehensibilia atque corporea intra mundi corpus operatus est, incorporea maiestate diffunditur, ex ingenito genitus id est ex patre, sed semper cum patre his quae excitauit ex nihilo indiscreta sancti spiritus societate dominatur.

1 inueniatur *Canisius*, inuenietur *Z* 2 *pro* aere *uidetur* deo *exstare in Z* 3 ex *Z* desaeuiet *Hartelius*, desaeuiret *Canisius*, desatui et *Z* 6 incorporeum cum *scripsi*, incorporecum *Z*, incorporeum *Canisius* et iam *Canisius* 8 communicant *Z* 9 facturae *scripsi*, futurae *Z*, creaturae *Canisius*, *an* feturae *scribendum ?* 11 crudelitas *Canisius* 14 et *post* quia *om. Ma et Schottus* 15 nulla enim factura *Mb* corporea *Mb Sch.*, corpore *Canisius* corporeae] subsistentia *add. S* materia materiale *Hartelius*, materia ille *ipse olim conieceram*, materiale *libri praeter E, qui* materia *habet* 16 quoaeternus *CZ*, q aeternus *R*, quia aeternus *ABEFH*, quia coaeternus *S* patri filius *ABEFHRS* 17 circumscribtus *Z*, circumscribitur *Canisius* factori *Ma et Sch.* 19 mundum *Z Canisius* operatur *b* est *om. Mb* 20 a patre *C* 21 qui *Z* nihilo] et *add. Z* 22 dominatur] amen *add. Z Canisius*

CLAVDIANI MAMERTI DE STATV ANIMAE LIBRI TRES.

PRAEFATIO.

PRAEFECTORIO PATRICIO DOCTISSIMO ET OPTIMO VIRO SOLLIO SIDONIO CLAVDIANVS.

Editionem libellorum mihi quos de animae statu condidi reticendi cautus et loquendi pensus arbiter imperasti. fas fuit memet doctissimi atque amantissimi uel peritiae cedere uel credere amicitiae. sed ut tute egregie conpertum tenes, multi hoc idem mihi et idem ipsi tecum magni admodum uiri negotium dedere, quod egomet haud temere suscepissem, nisi id spernere periculosius quam agere laboriosius iudicassem, quamquam pro uirili parte meum quoque fuerit uel non admonitum, prout posse subest, adserere ueritatem. scripsi igitur pauca haec ueluti quaedam rationum semina, quae studiosus quisque si non otiose capessat, ut ego arbitror,

1 INCIPIT PRAEFATIO LIBRORVM CLAVDIANI *ABCDEFHMRS* 2 et obtimo *superscr.* *M*[2] soli *M* 3 claudianus] salutem *add.* *Schottus* 4 mihi *om.* *p*, *inserit autem post* arbiter 7 tute] te *B*, tu *add. in marg.* *B*[2], tu tae *H* aegri//e *H*, aegre[te] *S* 8 idem] idest *A* 9 aut *HRS* haud temere suscepissem] adgressus cepissem *M*[1], *unde* aegre suscepissem *conicias* 10 spernerem *ABCR*, *H in ras.* spernere id *DEF* 11 fuit *G* uel] sed *B*[1]*DEF* admonitum *p* *Sch.*, ammonit' *M*, admonitus *b*, admonito *rell.*

multa exinde deriuare poterit, quae etsi angustis emanantia uenulis in magnos tamen amnes longiore procursu exuberabunt. ego uero et fraudatus temporis et occupatus animi satis habui, quantum ad negotii praeeminentiam spectat, quam succinctim atque uti digito uel denotare uitanda uel ostendere sequenda. sane opusculum illud sine auctore proditum et usquequaque proquiritatum, toto agmine sui in acie eductum et conserta nobis manu congressum uiceritne cesseritne, tu, potissime disertorum, ferto sententiam.

Sed ut quisque lecturus e praefato percipiat stili nostri seriem: primus liber in sui primordio breuiter adstruit inpassibilem diuinitatem nulli prorsus adfectui subiacere. post de animae statu uarium cum aduersario luctamen alternat. abhinc itidem ad erudiendum in ea quae sunt obscuriora lectorem quippiam ex geometricis et arithmeticis atque etiam ex dialecticis et nonnullis, prout interfuit usui, philosophomenon regulis modeste ac moderate et quam potuit parciter praelibauit habita identidem cum aduersa parte congressione, sicque adiectis nostris aliquot sine alienorum interpolamento finem liber accepit.

1 exinde *DM*, exhinc *rell.* 2 amnes] *om.* M^1, oms̃ *G*, omnes *R* longiorem *R*, largiore p^2 3 tempore *Mb* animo *Mb* non *ante* satis *addit b* 4 preminentiam *BHRS* spectat *G*, espectat *M*, //spectat *B*, expectat *rell. cum PT* quam] cum AB^1 *EFHRS*, tum *D*, *uocem del.* B^3 5 uti] ueluti *mauult Hartelius* 7 perquiritatum *p* tota *R* sui *post* acie *collocant HS* atię *R*, aciem *Galland.* aeductum *RS* 8 nobiscum *editores* manu] magnum *M* uicerit// *C* cesseritue *Sch.* an *ante* cesseritne *add. G* tu] tuam *B* 9 et dissertorum *B*, dissertorum *RS* uerto B^1R, expecto B^3 *in marg.*, uerte *HS* 10 e praefato HM^2, e priuato M^1, praefato *ABCRS*, praefatu *G*, praefationem *DEFP Sch.*, e praefatione *b*, praefati *Hartelius* (*iungit cum* stili = operis, *cf. pag. 26, 10*) precipiat *BCR*, A^2 *in marg.* stilo *R* senten^{riem}tiam *S* 11 suo *G* inpossibilem *R* 13 abhinc] ad hanc *libri praeter* CGM^2 14 obscuriosa *R* 16 *pro* nonnullis — usui *Barthius coniecit*: nonnihil — musicae filosofe me nō *M*, philosophiae nec non *b* 18 aduersa *M*, diuersa *rell.* 18 congressio *codices omnes* 19 aliquod *ABCGR*, aliquo *S*, aliquo// *H*

Secundus post principium de mensura, numero et pondere non otiose et uti autumo non infructuose dissertat, ubi si cognitor adsit intentus, sub adminiculo pietatis per differentium creaturarum gradus ad usque nonnullam creatricis omnium trinitatis si non iam felicitatem contemplandae, certe robustius credendae perueniet firmitatem. posthinc totus usque ad metam sui liber testibus utitur.

Tertius aliquantulum in sui primordio argumentatur, post saucios ex aduersa acie palantes insequitur, demum uero nec aspernatur pacem, nec conflictum metuit aduersantis ignoti.

En legisti, eruditissime uirorum, quod lectitabis: tu modo faxis uti memineris non absque cura tui prodi oportere, quod publicari iubes. neque ego de negotii pondere, sed de actionis leuitate dubitauerim. proinde consilium tuum adserito et defensitato: quoniam, si in his secus aliquid, ego conscriptionis periclitabor, sed tu editionis. uale et uige bonis uiribus, ueteris reparator eloquentiae.

2 ut *CM* disceptat *p*[2] ubi] uti *Schottus* si// *S* 3 differentiam *b* 5 felicitate *CMb*, felicitatis *R* contemplandi *Mb* robustus *B* 6 credendi *CMb* post hunc *HS* 8 primordia *AB*[1]*HRS Sch.*, primordiis *G* 9 sautios *RS* palentes *R* 10 aduersantis *om. G* 11 lectitabas *B*, lectui dabis *coni. Barthius* 12 fasis *R* faxis uti] fac sicuti *Mb* prodire *p* 13 publicare *ABC*[1]*DEF* 15 conscriptione—editione *b* 16 periclitabero (a *suprascr.*) *M*, periclitauero *b* sed *libri*, *om. editores* tuae ditionis *R* uiribus *GM*, uiris *rell. cum PT et Sch.* 17 eloquentiae] EXPLICIT PROLOGVS *add. CHRS*

CLAVDIANI MAMERTI DE STATV ANIMAE

LIBER PRIMVS.

I.

DE OPINIONIBVS INPERITORVM ET PERVICACIIS IN DEFENDENDA SVPERBIA.

Magnum in genere humano, Solli Sidoni, frater amantissime, multorum uitium est adrogans inperitia et peruicax in defendendis perperam praesumptis opinionibus pertinacia. nam plerique mortalium aut per sensus corporis corporearum rerum haustis imaginibus ueluti quibusdam rerum umbris obtutu mentis inluduntur, aut tenellis adhuc infantiae quondam suae persuasionibus in senectute puerascunt. si qua illis dicendi copia est, neglectis rerum causis rationis animam spernunt et uerborum corpora diligunt, cumque duplici ad ueritatem ueniatur uia, ut aut praeiudicatae auctoritati credulitate subdamur aut ad scientiam ratiocinatione tendamus,

1 INCIPIT LIBER DE STATV ANIMAE PRIMVS *ABCDEFHMRS* 5 soli *MR* solli sidoni] sollidini *A* 7 perpere *Mb* opinio monibus *R* 9 austis *R* rerum] uerarum *coni. Barthius* 10 obtutum *DEFP Sch.* mentis *om. Schottus membranas secutus*, mentes *coni. Barthius* inludunt *DEG* tenendis *coni. Barthius* condam *R* 11 puerescunt *ABDFHMRS* qui scilicet *ante* si qua *addit G* 14 aut//// *S* preiudicata *B²DEG HM* auctoritate *ABF*, auctoritat// *R* credulitati *ET*, credulitatem *Mb* 15 subdamus *Mb*, subdantur *R*

nihil quod uel auctoritas iubeat uel ratio suadeat potissimum dicentes, spreta paucitate doctorum inludunt inperitos, quae maxima turba est. sed et ipsi ab eisdem quos fallunt, reciproca inlusione falluntur. laudantur namque falsoque laudantur et credunt, quo mentis sanitas maxime periclitatur. accedit ad hoc etiam acescentis semper liuoris intentio, inuidentis animi crimen et poena. nam si quid ab his, quos iniquo lacessunt odio, ad utilitatem publicam ueri prodatur, diuersum protinus adstruunt, etsi idem sentiant, ac sic inexhausto firmatoque odio cum his, quos sibi odisse institutum est, nequaquam metuunt ueritatis fecisse iacturam. oderunt igitur proximum, oderunt et deum. atque in his duobus praeceptorum omnium totiusque legis spreta plenitudine non mirandum est, si uel de deo uel de homine probe non sentiant, qui utrumque a se odio mediante longinquant. sed istoc eorundem quamquam plectibili uitio moueor exilius, quia etsi maliuolentiae in alios tela moliuntur, ipsi magis propriis transfixi ictibus uulnera quae inferre conantur excipiunt: namque odiorum stimulis eorundem prius puniuntur auctores. illud

2 ? ?

1 uel quod *ABDF* ratione *G* 2 ducentes *DEFG Sch.* inperitis *G* *uerba* quae maxima turba est *hexametri clausula esse uidentur* 4 recipoc//a *R*, recepta *b*, *scil. quod in M superscripta est glossa*: reddito mendacio laudantur et] laudantibus *Schottus* 6 accidit *M* adhuc *ABHRS* aciscentis *ABCRS*^{1}, acessentis *G*, adcrescentis *M*, lacessentis *M*^{2} *in marg., ubi* lacessentis semper intentio *omissa uoce* liuoris *exstat*, macescentis *coni. Schottus in notis* liuoris] libros *M*, laboris *R* 7 animi] et *add. R* 8 iniquos *AB*^{1}*C*^{1}*R*^{1} 9 sentiant *Mb*, sentiunt *rell. et Sch.* inexhaustro *A* 10 offirmatoque *coni. Barthius* 12 et *ante* deum *om. libri praeter M et Schottus* 13 speta *S*, summa *b* 15 istoc *DEFH*^{2}*S* (*cf. indicem*), istuc *CMR Sch.*, ista *AB*, istinc *G* 16 quamquam] tam *G* exillius *ABCG*^{1}*H RS*, ex illis *Mb* exilius] tamen *add. DEF* maliuolentiae *om. G* 17 alio tela *b*, alios stela *M* 18 hictibus *R* namque] nam nequam *T*, nam neq. *R* 19 earundem *AB*^{1}*H*^{1}*RS*^{1} prius *om. S*

multo maximum longeque periculosius crimen est, quod catholicae sanitati opiniones inimicas stulte concipiunt, uane proferunt, superbe adstruunt, cum temeritate scribunt, cum intentione defendunt, et quoniam humanitus per inprudentiam lapsi sunt, eligunt audaciae culpam suae peruicaci obstinatione defendere, ne uideantur potuisse peccare. ita enim palam sententias suas adstruunt, ut clam nihilo minus mussitantes blandimentis lenocinantibus ignaros rerum sedulo precentur, ut suae potissimum sententiae adquiescant, sibimet adsentiantur: illud ueri plenum, illud esse salutiferum, quod ipsi doceant, etiam deierando confirmant. si auctoritatem quaeras, subiciunt istius modi causarum secreta adiri nequaquam posse, nisi subtilissima rerum indagatrice ratione. si eandem in articulo reposcas, adiciunt auctoritati potius oportere concedi, neque naufragiosum propter argumentorum latentes quosdam scopulos pelagus disputationis intrare. ita auctoritate rationem, ut auctoritatem obiectu rationis eludunt et utroque horum ad id utuntur, ut neutro utantur. at si eosdem paulo strictius artum disputationis includat, aiunt quosdam esse sanctorum, quibus huiusce modi sit facillimum soluere quaestiones, se ab aliena magis auctoritate pendere, illud se maxime, quod alius sanxerit, esse secuturos. haec quis ferat ulloque ferri pacto posse iudicet, hominum quempiam et infitiari scientiam et uindicare doctrinam, cogitata sua, si discussor absit, adstruere,

1 maximum] et *add.* *b* longe *M* pericliosius *G* 4 praua *ante* intentione *inserit* *p* 5 audaciam *DEFP*, audaciāe *B* culpae *BDEFP* suae peruicaci] superuicaci *Mb* 7 nihil hominus *R* musitantes *ABGHMR*, musita^{n}tes *S* 11 deierando *Barthius*, delerando *ABCH*^{1}*MR*, delirando *DEFGH*^{2}*S* *Sch.* 15 naufragosum *p*^{2}, naufragiosum *S* propter] inter *DEFP*, *om.* *B* latantes *R* 16 intrari *G* auctoritate// *C* 17 obiectum *C*^{2}, abiectu *R* 18 ad *R* paulus *B*, *om.* *HS* 19 artos disputaciones includant *Mb*, *corr.* *M*^{1} *in marg.* 22 esse *om.* *b* consecuturos *b* qui sperat *ABR* illoque *libri praeter G et b Sch.*, ulloue *Hartelius* 23 indicet] uidelicet *G*^{1} inficiare *M* 24 uendicare *S* discursor *R* adstruere] et *add.* *G*

si adsit, operire? at, inquis, quorsum sermo progreditur? ego uero longiuscule quam uolui praefatus sum, dum praesentium piget taedetque. nuper etenim offendi in quosdam, qui chartulam quandam oppido studiose lectitabant, et quia mortalium generi mos est, noui operis agnitione pellecti ad id percipiendum sedulo animo intenderant: hoc idem mihi acsi cognitu necessarium ultro ingerentibus inspicere plane non abnui.

II.

VBI LIBRVM SINE AVCTORE INCVRRISSE SE MEMINIT.

Prima opusculi facies de genito ingenitoque deo sublimissimae quaestionis uix foribus oberrans non perincatholicam praeferebat etsi longe inpari disputatione sententiam: ita penes me ratiocinandi leuitatem grauis causa pensauit. ubi legendi progressu reliquum lectionis accessi, animaduerti quibusdam circumlocutionibus id inpensius molientem opelli ipsius auctorem, ut diuinitas passibilis crederetur. percontor de nomine: nec responso nec scripto proditur. coepi, fateor, talis equidem paginae stilum oppido ferre suspectum, et ut

1 ad *ABHR* iniquis *ABC*^{1}*DFH*^{1}*S*, iniquus *M* corsuum *M*, quorum *HRS*, quonam *T* 2 praesumentium *DEFP* 3 defendi *G*^{1} in *om. T Sch.* quosdam *om. R* in quosdam offendi *S* cartolam *R* 4 stodiose *S* quia] qui *Hartelius* 5 pellecti *codices cum PT*, pellici *editores* 6 animum *DEFP Sch.*, animos *Barthius* cognitum *libri* 7 *a uerbis* |cere plane non abnui *codex L incipit* aspicere *Mb* 10 de ^{ingenito} genitoque *M*, *unde* de ingenito genitoque *editores* 11 foris *p*^{2} aberrans *ABD*^{1}*EFHLRS* perincatholicam *scripsi*, *om. G*, parem catholicam *M*, per incatholicam *rell. cum PT*, parum catholicam *editores* 12 prae se ferebat *editores* 14 progressum *S* animaduerti *Mb*, animaduertendo *G*, animaduerto *rell. et Sch.* 15 circumloquitionibus *R* inpensius *Mb*, inpendio *rell. et Sch.* molientem] adserere *add. p*^{2} opelli *HLRS Sch.*, oppelli *AB* (opusculi *in marg.*) *DEFM*, opelle *CG* 16 credatur *ABDEF Sch.* percunctor *ABR Sch.* 18 et *om. Schottus*

in eis solemus locis, quae uel humoris adsidui subterluuione cedentia uel leui prono lubrica uel cauo pendula uel sudibus aspera sunt, suspenso uestigio iter incognitum potius tentare quam currere, donec tertiae, ut illic est, partem quaestionis ingredior. hinc iam non exploranda, sed explodenda sententia nequaquam pensi sermonis adparuit satis sedulo efficere cupiens, si quo pacto queat, ut anima corpus esse uideatur. nulla igitur argumentandi uirtute, nulla iubente lege, nulla persuadente ratione in hoc nequiquam uidelicet negotio tertius sermo finitur.

Ac mihi primum quaerere cordi est, quidnam rationis exstiterit, ut tantas initurus causas deque tam sublimibus locuturus sciri uitauerit. si bene conscius disputas, cur nomen occultas? si agnosci metuis, cur opus prodis, ne dicam, cur ista conscribis? an maiorum super hoc forsitan exempla sectaris? sed uideo prophetas, euangelistas, apostolos, post etiam authenticorum plurimos tractatores sua propriis uoluminibus nomina praenotasse, alios etiam operum suorum propriis uocabulis inchoasse principia, ut est illud: Petrus apostolus Christi, et Paulus, nec non alii atque alii fundatores ecclesiae atque eruditores: uidelicet praecauenda fore nouerant apocryphorum uana uel noxia. sed ne sic quidem fallacium temerariorum uitari figmenta potuerunt. hinc est quod pleraque Pauli multorumque sanctorum uocabulis praenotata sanitas catholicae nostrae non recipit, quia non lenocinio nominis operis meritum pensat, sed auctorem sibi stili ueritate con-

1 qua $AB^1DFHLRS$ 3 asperata *G* inter *GR* temptare *BLRS* 5 hinc *Mb*, hic *rell. et Sch.* 6 sedule *L* 8 iuuante *Mb* 9 nequiquam AB^1CE^1GL, nec quiquam *S*, nequicquam DE^2FG^2H (c *in ras.*) *R*, nequam B^2Mb tertius *Hartelius*, tritus *libri et editores* 12 deque] de qua *R* 13 disputatas *S* 14 neo *Mb* 15 ita *Mb* scribis *Mb* fonsitan *R* 16 euuangelistas *S* 17 plurimos *GMb*, plurimorum *rell. et Sch.* 18 in *ante* propriis *add. Mb* 21 eruditores] excludentes *add. G* nouer̃ *ABL*, nouerunt *DEFHRS* 22 nec *HLMb* fallatia *G* 23 temerarium *C* uitare H^1 25 catholicae] ecclesiae *uel* fidei *add. editores* 26 istili *R*

ciliat. enimuero illud, quod ista pagina propalatur eiusdemque auctor occultatur, euidens facit indicium eandem scilicet, a quo sit conposita, fuisse damnatam. nemo enim studet occultari, nisi qui formidat agnosci. ego tamen satis mirari nequeo, cur in eodem uitandae noxae non fuerit studium, in quo subprimendi nominis potuit esse indicium.

III.

QVOD DIVINITAS INPASSIBILIS NVLLI PRORSVS ADFECTVI SVBIACEAT.

Sed ad propositum reuertentes ipsa praefati operis uerba uideamus: ad illum uidelicet cui talia destinat, quem perinde atque se celatum studuit, sic ait: quaeris a me quo modo iuxta substantiam dei in epistula quadam dictum sit, et hic, nec quae, nec cuius, nec ad quem, nec de quo epistula foret indicatum uoluit. continuatque de deo: nil sensit patientis sensu, sed sensit conpatientis adfectu. subiungit istud nec philosophos ignorasse: quia, inquit, in homine diuersae adfectiones, id est, iustitia, misericordia, sanctitas res accidentes sunt et ideo adfectus uocantur. deus uero his non passibiliter adficitur. o non passibiliter! o adficitur! quo

12 cf. pag. 6, 10 15 cf. pag. 6, 11 17 cf. pag. 6, 15

1 istic *CGMRb* 2 occulitur *CGMb* eundem *B³H²LMSb* 3 damnatum *B³H²LMRSb* occuli *CGMb* 4 formidet *G* mirari nequeo] miror *Mb* 5 in] me *R* 6 inditium *S* 11 uideamus] *om. ABDFHLRS*, ponamus *Schottus* quem perinde atque se] quemq secnm *Mb* 12 scel//atum *S* celatum] *libri cum PT*, esse *add. Schottus* 13 dictum] scriptum *est apud Faustum* 14 sit *om. libri praeter EGM* necquę nec *ABCD¹EGM*, neque nec *FHRS*, *L in ras.*, nec *omisso* nec quae *Schottus* quo] qua *A* 15 in *ante* epistula *add. R* indicare *Mb* 16 patienti *M* sensit *om. b*, sicut *Schottus* 17 subiunxit *Mb* 18 actiones *Galland.* 19 sanctitas] beneuolentia, pietas *add. Faustus* accedentes *Faustus* 21 quod *M*, quid *b*

adficitur, si non patitur? cur tam celer est memoria tua ad obliuionem eorum etiam ipse quae protuleris? iustitiam et misericordiam, quia in homine accidentiae sint, adfectus esse dixisti. igitur si in homine, quia accidentiae sunt, adfectus sunt, in deo quia accidentiae non sunt, adfectus non sunt. non ergo sensit conpatientis adfectu, in quo quia accidentia non fuit, adfectus esse non potuit. sed adicis: *ergo quod in homine adfectus et gratia, in deo uirtus est et natura.* at quae in deo uirtus est, cum data fuerit homini, non est uirtus? deus enim procul dubio uirtus est, qui si inmutabilis est, etiam cum se homini dederit, uirtus in homine est. ergo quod in deo uirtus est, et in homine uirtus est hoc tantum differens, quod illic substantialiter, hic accessibiliter. unde dominus ad apostolos: *sedete*, inquit, *in ciuitate, quoad usque induamini uirtute ex alto*, et propheta: *diligam te, domine, uirtus mea.* tu uero deum in se uirtutem esse et in homine dicis non esse. sed talis sententiae causa luce liquidior est: sequitur scilicet, ut quem dicis adfici, adstruas commutari.

Ac mihi primum proprietas huius nominis maxime discutienda est. adfectus nempe ab eo dicitur quod aliquid adficiat, quidquid autem adficitur, patitur. pati uero non est nisi passibilis creataeque substantiae, quae quoniam a summa essentia, quae deus est, ut exsisteret, uocata de nihilo est inter illud, de quo facta, et illud, a quo facta est, media: ita superi-

7 cf. pag. 6, 18   14 Luc. 24, 49   16 Psalm. 17, 2

1 tamen *ABCH*[1]*R*   2 quae ipse *CGMb Sch.*   iustiam *S*   3 nomine *G*[1]   accidentiae—in deo quia *om. M*[1], accidentiae *om. b*   sunt *b*   4 igitur] ergo *Mb*, *fortasse* ergo igitur *scribendum, cf. lib. II cap. IIII*   quia—in deo *om. A*   5 quia] cui *b*   6 accidentiae *B*   7 fuit] sunt *b*   possunt *b*   9 at *scripsi,* et *libri*   10 *post* uirtus *interrogationis signum posui*   11 incommutabilis *L*   12 quid *R*   15 uirtutem *GHRS*[1]   17 se] uirtutem *add. M*, *om. rell.*, *inserunt autem post* non esse   18 causam *R*   20 mihi *om. p*   23 creatüraeque *S*   quoniam] quem ad modum *Schottus*   24 inter illud—media] inter hoc et illud de quo facta est media *G*   25 ad quod *p*[2]   a quo] facta *om. b*

oribus adfici potest ut proficiat, sicut inferioribus ut deficiat. de anima quippe loquor humana. igitur nec nihilum adfici aliquo pacto potest, quia substantiam non habet, nec deus, quia detrimenta non sentit augmentaue non recipit. adficiuntur autem media, sicut supra dictum est, uel profectu uel defectu. enim uero quidquid adficitur patitur, et quidquid patitur non esse deum nemo sanorum infitias ierit, quia utrumque mutuo reciprocat, ut nec mutabile nisi passibile, nec passibile possit esse nisi mutabile. quod autem philosophorum testimonio misericordiam atque iustitiam et istius modi bona adfectiones passibilis dicit esse creaturae easdemque in deo essentialiter, non accessibiliter, haud intendit animo sibi semet aduersa proferre, quia adfectio accessio est. non autem aliquid deo accidit: igitur adfectioni non subiacet. nam quidquid adficitur, contrariis congruentibusque pariter obnoxium ambifariae subditur passioni. quocirca si summa diuinitas sensit conpatientis adfectu, etiam malae passionis subiacet stimulo. sensit dicis: utique sentire accidens eius est, qui ante non sensit. aeternitati autem, quia passionem Christi sempiterne sciuit, ut pote quam ipsa disposuit, passionis tempore noui nihil, quod nosset, ne dicam quod sentiret, accessit.

1 sicut] sic *A*, item *b* ut *om.* *M*[1] 3 substantia *R* 4 augmentanaue *B* recepit *ABH*[1]*R* 5 profectu] pro affectu *Schottus* 6 uerum *ante* enim uero *add.* *G* 7 saniorum *S* inficias ierit *A*[2]*G*, inficiasserit *A*[1]*BDEF*, inficiauerit *HL*, infitiauerit *S*, inficias iuerit *PT Sch.*, inficians erit *C*, insiti adserit *R*, dubitarit inficiens est *M*, *unde* dubitarit insufficiens est *b* quia] cui *Mb* 8 motuo *S* reciprocatur *Mb* 11 bonas *G* *man. rec.* affectionis *EF* passibiles *G* easdemque *Mb*, eademque *rell. et Sch.* 12 aut *ABH*[1]*R*, haut *LS* 13 sibi semet] sibimet *HLS* aduerso *b* quia] enim *add. Schottus* affecio *R* 14 accedit *libri praeter CGM* ideo *C* 16 ambifarie *DEFMR editores*, ambifariā *G* 17 sentit *B*[2] affectum *AB* 18 stimulo] cumulo *M* (*corr. in marg.*) *b*, stimulos *G* dicit *R* accedens *ABHRS* 19 quia] quae *M* (*corr. in marg.*) *b* 20 ut pute *R* ipse *R* passionem *G*

Sed quid nunc ego de adfectu disseram eundemque inpassibilem fore disputando conuincam, cum is ipse cui contradicimus, haud dubie fassus sit crucifixo homini deum fuisse conpassum? quidnam, quaeso, istud est: non sensit patientis sensu, sed sensit conpatientis adfectu? quid est sensit, quidue non sensit? aut quo modo passus est, si non sensit? numquid si quispiam dicat: ambulat ille, et ille coambulat, aut: loquitur ille, et ille conloquitur, nonne et conloquentem loqui et coambulantem ambulare significat? aut si quis aiat: mortuus ille est, et ille commortuus, nonne utrumque mortuum fuisse confirmat? nam qui commoritur, utique moritur. ergo et qui conpatitur, utique patitur. passa est igitur, si conpassa diuinitas, ergo fortassis et mortua, aut si istud etiam cogitatu nefas est: non ergo passus est deus, igitur nec adfectus. ubi est nunc conpatientis adfectus?

Post subicit, quid prophetico spiritu ueterum quique sanctorum proterrendis coercendisque carnaliter humanitusque sapientibus tropice prophetauèrint, inquiens scriptum: domine, ne in ira tua arguas me, et: iurauit dominus, nec eum paenitebit. abhinc superius etiam per philosophos accidentias deo non òbicit et hic per prophetas etiam uitiorum necessitates inponit, quia res, quae figuraliter accipiendae sunt, nisi sòllerter intro inspiciantur, non ad uiuificantem spiritum peruenitur, sed in occidente littera remanetur. sequi-

19 Psalm. 6, 2; 37, 2   20 Psalm. 109, 4

2 ị his *R*   quem *G*   3 aut *R*, haut *S*   4 conpassum// *R*   5 conpatientis — sensit *om.* *Mb*   6 quiue *C*   compassus *G*   8 [co]ambulat *S*   10 aiat *S*, agat *M*, ait *LRb*, dicat *G*   11 confirmat] conprobatur *ABDEFP*   13 patimur *M*   14 et fortassis *editores*   at *pro* aut *Schottus*   18 proterendis *M* (*corr. in marg.*) *Sch.*   cohercendisque *LS*   19 prophetauerunt *Schottus*   20 nec eum] et eum non *G*   21 ad hinc *R*   per] *om.* *AMR*, pro *BH*, pro *C*   philosophus *A*   22 accedentias *H*   23 quia] per *L*   24 sollicite *libri praeter GM et Sch.*   inspiciuntur *G*   inspiciantur] his *add.* *S*[2]   25 manebitur *G*

tur scilicet, ut incontaminabilem praecelsae diuinitatis essentiam passibilem fore credamus, si uaticinia prophetarum allegoricis animata secretis in litterae tantum corpore cogitemus. quia cum propheticis oraculis uel irasci uel paenitere memoratur, effectus harum uidelicet passionum considerandi sunt, non adfectus. porro qui neotericus scriptor iuxta propheticae locutionis exemplum meditatiunculas suas autumat debere pensari, non tractatorem profitetur se iste, sed uatem, cum uirginis partus ora uatum obserauerit, ut uaticinia resera-ret. secus igitur est ac ratio postulat, mystico prophetarum stilo texere periodos oratorias, quo fit ut ille qui aliena expositurum se spondet, non possit exponi. igitur aut uatum uerbis non utere aut uaticinare. nequaquam profecto conducit uel praesenti uaticinium tempori uel prophetica locutio tractatori. quocirca quidquid in defensionem tui ex prophetico sermone mutuatus es, aduersatur tibi potius quam opitulatur, quia uel quaesita defensio fatetur inbecillitatem uel incongruens patrocinium non purgat errorem.

Intemerabilis ergo diuinitas haudquaquam recte adfici dicitur, quia effectus est ab opifice, adfectus in opere. quando enim deus quempiam temporaliter punit, aeterno consilio ille utique patitur qui punitur. pateretur aliquid et deus, si uel temporaliter cuiuspiam peccata cognosceret uel eundem ad exercendam iustitiam iracundia commoueret. omne etenim temporaneum mobile atque mutabile inmutabilis et stans sempiternitas

1 inconta//minabilem *R*   procelse *R*   4 irasci] deus *add.* *G*   6 quia *H*^{1}*LMb*, *om.* *S*   neutericus *ABCDEFRS* 8 profitemur *B*   se *om.* *libri praeter Mb et Sch.*   9 ore *p*^{2} obserauerit *ABHLPRST*, obserauit *G*, obseruauerit *CDEFM editores*   reserarit *libri praeter CGM et Sch.*   11 periodas *LS*^{1} oratorios *M*   12 spondit *MRS*^{1}, spopondit *p*^{2} 13 uaticinabere *G*   condecet *MPb*   14 praesente *AB*^{1} uel — tractatori *om.* *C*   lucutio *RS*^{1} 15 sermonem *R*   16 mutatus *S*   19 aut nequaquam *R*   20 in] ab *ABDEF Sch.*   22 pateretur] autem *add.* *G*   et] *om.* *ABDEF*, det *G*   24 enim *Schottus* temperamentum *p*   25 sempiterna trinitas *G*

includit adficiens salubriter aliqua, iudicialiter aliqua adfici sinens, ipsa ab omni adfectu uel motu temporis et loci satis aliena, praedita illo tantum motu qui stabilis dicitur, ex qua et per quam et in qua est omne quod solo tempore et ab ipsa tantum mouetur, et omne quod et per tempus et locum ab illa mouetur neque solo tantum tempore. sed istinc alias. nunc autem missa facientes, quae talia profecto sunt merito uel uiribus, ut eadem inprobari sit iustum, inpugnari non necessarium, ad testimonia illa ueniamus, quae ex apostolo in patrocinium sui mutuatus est. ait enim, cur dici non possit: sensit conpatientis adfectu, quando apostolus dicendum putauit: numquam dominum gloriae crucifixissent, cum, sicut lux nullam sentire possit plagam uulneris, ita et auctor lucis nullam poenam senserit passionis. potest ergo dici: sed sensit conpatientis adfectu. potest quidem, quia omnia licent, sed non debet, quia non omnia aedificant.

Risum tamen in isto conparationum ac prolocutionum tuarum genere tenere uix possum. paulo prius adstruxeras deum desinere esse uirtutem idcircoque mutari, nunc itidem sententia flaccente declamas quod sicut lux nullam sentire possit plagam uulneris, ita et auctor lucis nullam poenam senserit passionis. ergo plagam lux sola sentit. numquidnam

10 eius modi nihil in Fausti epistula hodie legitur 12 I Cor. 2, 8 16 I Cor. 6, 12; 10, 23

1 adficiens] aliqua *add. M editores* iudicaliter *S*, iudicabitur *R* 2 omini *M* 3 praeditam A^1B, predicta *M* 4 solum *A* 6 illo *GMb* illa] tantum *add.* p^2 neque *Hartelius*, non *coni. Schottus*, quod *Mb*, quae *rell.* sola *LS* tempore] mouetur *add. E*, non mouetur *add. S* istud *B man. rec.*, istec *E*, istaec *editores* 8 eandem *ABCHRS* inpugnari] inprobari *R* 11 sentit *G* 12 nequaquam *G* 15 sed *om. p* 16 debent *libri praeter* B^1Mb *et Sch.* omnia non *B* 18 insto *R* corporationum ABD^1F^1 19 astrueras B^1, astruebas *B man. rec.*, astrueras *G* 20 idcirco quem $ABCH^1MRb$, idcirco quia *coni. Barthius* idcircoque] tūc *add. Mb* itidem] id est *R* 21 nullam — lucis *om.* M^1

terra aut aqua aut aer cuiuspiam uulneris plagam sentit, aut lux fortassis animata sit, aut quodlibet corpus inanimum sentire potest, aut corpus est ullum, quod etsi uulnus non sentit, uulnerari non possit? uulnerari igitur lux potest, etsi sentire non potest, quia sicut nox inmissu luminis rumpitur, ita lux tenebris uulneratur. unde iucundissimis Asclepiadeis lusit poeta notissimus dicens:

absentemque diem lux agit aemula,
quam nox cum lacero uicta fugit peplo.

quid dicis, ut lux plagam non sentit, ita diuinitas uulnus in passione non sensit? si ita est, uulnerari ergo potuit, etsi sentire non potuit, unumque fuit insensibilitatis, aliud corruptibilitatis. non enim pro incorruptibilitate non doluit, si uulnerari potuit, quia lux et insensibilis est pariter et uulnerabilis. uide ne forsitan iste sit quem nobis adprobandum rere alti prolapsus erroris. tu dicis lucem corpoream homini communem simul et pecori eatenus, ut deum non sentire uulnus inflictum et quamlibet pulchrum corpus, corpus tamen summo incorporeo non adsimilas, sed exaequas, et in tam plectibili sententia non innocentiae tantum priuilegium tibi, sed laudis adrogas et nos, quia similitudinem dei, ut eius

8 Prudent. Cathem. V 27 sq. 15 cf. pag. 16, 16

2 ad lux *R* est *G* inanimatum (u *suprascr.*) *S* 4 uulnerare *utroque loco HR* etsi] et *Mb* 6 iocundissimis *CG*[1]*H*, iocundissimus *ABDEFG*[2], iucundissimus *LRS*, iucundissime *M editores* Asclepiadeis *scripsi*, asclepiades (asclipiades) *libri*, asclipiadis *L*, asclipiadis *R*, asclepiadeo *Schottus* 8 lux *restitui ex Prudentii libris*, nox *codices Mamerti* 9 nox] lux *coni. Schottus*, mox *tentabat amicus Schotti* fuit *BDF*, finit *ex* fuit *E* pleplo *G* 11 passionem *R* sentit *L* si ita — non potuit *om. M*[1] 13 incurruptibilitate *R* uulnerari] non *add. Mb*, *uncis inclusit Schottus* 15 unde *A*[1]*BDEF* adprobandum *G*, opprob//andum *L*[2], obprobandum *rell.*, opprobrandum *editores*, *quos si sequi uis*, *certe* sis *pro* sit *scribendum est* reere *A*[1]*BH*[1]*MR*, re//re *S* alto pr. errore *M*, altiore pr. errore *b* 17 commune *R* 18 quōlibet *b*, quomodo libet *p* 19 adsimulas *G* in amplectibili *S* 21 laudes *A* arrogans *Mb* ut] et *CG*

sicuti est similitudo sit, incorpoream dicamus, extra fidem fore pronuntias. sed hinc postmodum, de adfectu interim disseramus. ergone si sic crucifixus est Christus, ut summae diuinitatis uniuerso mundo intemerabilis incorruptibilitas crucifixa credatur, dicas uelim, nisi iniuriosum est, quem post humilitatem mortis a summo deo, id est ipsa trinitate exaltatum esse credi sit licitum, cui nomen, quod supra omne sit nomen, fuisse conlatum? illi nempe arbitror, qui oboediens factus usque ad mortem propter ineffabilis humilitatis oboedientiam ineffabiliter sublimatus in gloriam est dei patris. aude sis non fateri eundem gloriae dominum quem fateris hominis filium. uerum tu illo, quo dictum est: numquam dominum gloriae crucifixissent, in id uti uoles, ut haud dubie credatur, quod ipsa diuinitas queat adfici, si potuit crucifigi. igitur aperto proloquio manifestasti sententiam tuam. nam cum idcirco adfici deum inreprehensibiliter te dixisse arbitreris, quoniam gloriae dominum crucifixum apostolus dicit, et crucifixum gloriae dominum sic accipi ueritas suadeat, ne diuinitas crucifixa credatur, tu uero adfici diuinitatem obnixius argumentere, defensitandi erroris studio haud animaduertis poenale illud, quod in homine Christo persequentium scelus exercuit, ipsi inuiolabili diuinitati inflictum fuisse te dicere. quod si

7 Philipp. 2, 9 9 Philipp. 2, 8 13 I Cor. 2, 8

1 secuti *BR*, sicuta *C* sit] sic *p* 2 hinc *libri*, haec *editores* 3 ergo nec *R* si *om. libri praeter Mb et Sch.* summa diuinitas *b* 4 mundo *MRb Sch.*, modo *rell.* incorruptibilitatis *M*, incorruptibilis *b* 5 uelum *BR* 6 mortas *S* 8 nomen sit *Sch.* ille *CS*, illum *G* 11 gloria *ABDEFG*H^1*LSb* aude sis *scripsi sublato interrogationis post* filium *signo*, audes is *M*, audes hic A^2, *om. G*, audes his *rell.*, audes igitur *b*, audebis *Sch.* 13 quod *CR*, q̊ *G* 15 queat] que *M* 18 quem ad modum *Sch.* dominum gloriae *ABDEF* 20 tute *G* obnoxius *ACD*E^1*HLMRSb*, obnixus *G* argumentere *scripsi deleto post* studio *puncto*, argumentaris *Mb Hartelius enuntiatum* tu — argumentaris *per parenthesin dictum esse statuens*, argumentare *rell. et Sch.* 21 aut *AB*C^1*DEFHLRS* anim// aduertis *S*

ita est, pati pro hominibus deus et non adsumpto potuit homine, quia si in homine passibilis, et extra hominem potuit esse pássibilis. sed eundem forte contendas substantiae humanae contagione mutatum idcircoque post adsumptum hominem factum fuisse passibilem. non igitur incorruptibilis deus, quia quidquid deteriorari potest et corrumpi profecto potest. sed corrumpi diuinitas non potest nec commutari, igitur nec pati potest.

Nunc porro superest, ut quoniam Christus homo uerus et deus uerus ex duplici substantia una persona et deus homo et homo deus est, idem gloriae dominus et non sit crucifixus pro inuiolabili diuinitate et crucifixus sit in homine pro unitate personae. itaque miro atque incogitabili modo passus est [homo] deus, et non est passa diuinitas. cerne nunc igitur in id tantum temet apostoli testimonium uindicasse, non ut ex eodem robur sententia tua capesseret, sed ut scaeuae sententiae prauitas non lateret. tu scilicet uelut stipulante tibi per apostolum ueritate adfici diuinitatem dicis, sed apostolus crucifixum gloriae dominum in ea sui parte cogit intellegi, qua potuit crucifigi. tibi igitur, tibi admodum soli haec relicta sententia est, ut intemerabilis atque inaestimata diuinitas flagris caesa, clauis transfixa, lancea transfossa, doloribus adfecta, morte consumpta sit, quia in uno eodemque Christo credi renuis aliud subditum morti, aliud passioni. sed premente ueritate uerba commutas inquiens, quod quibus

1 patri *B* deum *p* 2 quasi *S* 4 cogitatione *A¹BDEF HLPS*, cognatione *A²* 5 corruptibilis *LS¹* incorruptibilis] est *add. Sch.* 6 deteriorare *R*, deinteriori *G* 7 sed^st *B* 9 nec *ABEFH¹R*, n̄^c *G* ut *om. ABDEFLRS Sch.* quem ad modum *Sch.* 12 uiolabili *M* 14 homo *om. libri praeter M* 15 uendicasse *S* 16 robor *R* sceuę *LMRS*, saeuae *rell. et b* 17 stimulante *C* 20 quia *B¹C¹* 21 relicta est sententia *S* sencia *M* inestimata *S*, inexistimata *C*, instimata *FR* 22 flagris *GM*, flagellis *rell. et Sch.* 23 eodem *libri praeter GM et Sch.* 24 credi renuis *M*, credi rennuit *ABCGHLR*, credi renuit *DEFS Sch.*, credi remur *PT*, *quod falso Schottus pro* credi renuis *uidetur legisse*, crederemus *b*

adficitur creata substantia substantialiter in deo sint, non accessibiliter. perge sic dicere, non interspergat sinceritati ueritatis ignorantia praesumptiosa mendacium. humanum est nempe delinquere: humanum est pro delicto paenitere. nemo periculosius peccauerit, quam qui peccata defendit. namque inpassibilem nullique adfectui subiacentem summae diuinitatis essentiam, ut tute pronuntias, cum philosophis non recusas. proinde intestinum bellum pelle animo. certum tibi sit ueritatem falso, sicut essentiam nihilo, haudquaquam posse misceri. tu autem dicis adfici, quem negas pati. si enim adfectu non caret, inpassibilitatis de eodem fallax professio est. alterum alteri inmodice repugnat: qui ait, *sensit conpatientis adfectu*, non ait, quod in passione nihil senserit. porro tu dicis, quod deus non adficitur passibiliter, ergo adficitur non passibiliter. quod ita est ac si quispiam dicat: *stat iste currens, dormit ille uigilans*, quod utique non sinit contrariorum discrepantia. quo igitur proficit quod adicis *passibiliter*, cum dici uerissime plenissimeque possit *non adficitur deus*? non caret naeuo suspicionis biceps ista prolocutio. deum non dicis pati, quem dicis adfici. adfectio et passio unum idemque significat: aut utrumque sustuleris aut in alterutro utrumque seruaueris. non igitur

1 creatura *S* 2 interspergat *G*, inter adspergat *M*, in te respergat *rell. et M in marg.* sinceritate H^1LS, sinceritatem *Mb* 3 praesumptiosā G^1, praesumptiosū G^2, p̄sumptuo^sa *S*, praesumptio et *b* praesumptiosa mendacium *om.* C^1, *add.* C^2 *in marg.* 4 humanum — delinquere *om.* M^1b derelinquere *H* 5 peccauerit *B* 6 affectu H^1 summae] sub me *R* 7 tote B^1H^1R 8 pelle] ab *add. Mb* 9 autquaquam *R* 11 affectū *R* inpassibilitatis A^2GMb, passibilitatis *rell. et Sch.* 12 immodice repugnat EF^2G, immodico impugnat *Mb*, immo dicere inpugnat $ABCF^1HLRS$, immodice impugnat *D Sch.*, alterum altero immodice impugnat, qui ait *coni. Barthius* 13 nil *libri praeter CM* 15 dicam *A* //stat (= istat) *R* 16 iste] ille *BDEF*, ste *C* 17 quo] quid *Mb* 20 ista] ta A^1B^1, tua B^2, sta *R* prolucutio *R* prolocutio] si *add. G* quo CHL^2S *Sch.*, quod $AB^1F^1L^1R$ 21 significant *G* 22 in *om. D* alterutro utrumque *G*, altero utrumque *M in marg. b Sch.*, alterutrumque *rell.* seruabis M^1

dicendum est: non adficitur passibiliter deus, sed: non adficitur deus. si non adficitur, non sensit conpatientis adfectu. si sensit conpatientis adfectu, consequenter adficitur.

Aio ego: nullis adficitur diuina substantia, inquis tu: deus non adficitur. redeamus in gratiam. pessumdetur e medio, qui te fortassis ignarum, quod certe patet, incautum respergit infamia. sed superadicis et apostolum dixisse pronuntias de Christo iam in caelis posito: habemus talem pontificem, qui possit conpati infirmitatibus nostris, et tamquam nihil hic sit pertractandum discutiendumque, satisfecisse te proposito gloriaris transiturus ad tertiam quaestionem. igitur ut quam breuissime responsum referam, pontifex ille, credo, est qui principaliter apud diuinitatem summae trinitatis humani generis oblata sacrificat, peccata expiat, uota commendat. ipse ergo uerus sacerdos est, quia si filius dei secundum id quod aequalis est patri, non tam preces fundit, quam precantes exaudit, homo potius hic intellegendus est, quem pontificem apostolus dicens nostrisque infirmitatibus conpati pronuntians de ipso itidem dicit: Christus Iesus, qui mortuus est, immo etiam qui et resurrexit, qui est in dextera dei, qui etiam interpellat pro nobis. ille ergo pontifex conpatitur nobis, qui et interpellat pro nobis. ille uero qui interpellanti adnuit, ipsa trinitas non haberet utique quem sibi interpellare necessarium foret, si pati aut adfici ullatenus posset. iamne intellegis aduersum

9 Hebr. 4, 15 20 Rom. 8, 34

2 si — adfectu *om.* *BC* 5 aio] at *ABDEFP* ergo *RT* *Sch.* diuina — adficitur *om.* M^1 7 qui] quae *coni.* *Barthius* ingratum *coni.* *Barthius* patet] aut *add.* *Schottus* incautum] in quantum *M* (*corr. in marg.*), incantum *R*, incautis *b*, incautus *p* 8 supra dicis *G* 11 praetractandum *mauult* *Barthius* 14 est credo *S* 15 sc̃ificat *M*, sanctificat *b* 16 quasi *C*, qui *R*, si *om.* *MRb* 18 quā *R* 22 ad (in *s. l.*) dexteram *C*, in dexteram *R* dextra *L* 24 cui *coni.* *Barthius* non *om.* *G* 25 habere CH^1RS^1 se ibi *coni.* *Barthius* 26 posset GS^2, possit *rell.* *et editores*

potius ueritatis testimonium in patrocinium falsitatis adsumi? quoniam si quid huius modi, sicut supra diximus, in diuinis uoluminibus inuenitur, ad unitatem personae referendum est, quia sicut anima et corpus ex diuersa substantia unus est homo, ita deus et homo ex diuersa substantia unus est Christus. ac per hoc cum sit unus ex diuersa substantia, ipse se quodam modo petit, ipse se quodam modo pro nobis exaudit. innumera sunt quae super hoc dici promptissimum sit, sed quoniam non inpendio emolienda sunt, quae per se labascunt, in praesentiarum de his ista sufficiant.

IIII.

ABHINC DE STATV ANIMAE DISPVTAT.

Status nunc animae humanae, hoc est imaginis diuinae uocatur in dubium. haec nempe est tertia illa quaestio, qua iste necessarius meus discernendarum naturarum causas ingressus spiritum uitae corpus esse pronuntiat adstruens se super hoc praeiudicatae auctoritatis patrum scita proferre, quos quidem non tam aliquid sibi perceptu mentis cognitum definisse, quam quaedam opinatos fuisse commemorat. et quia ipse, quantum loquitur, non tam probatae rationi aut intemerandae auctoritati, sed humanae magis opinioni concessit, id inpenso opere nititur, ut spreta auctoritate diuina, omissa quoque ratione perspicua, clausis ut aiunt oculis sibimet adsentiamur.

Quicumque de deo ueraciter ac pie sentiunt, nihil ab eo

1 potius *falso suspectum Barthio* patronicium *C* 3 inuenietur *Mb* perferendum *AB¹F*, proferendum *DP* 4 unius *R* 7 se] ē *M*, *unde* est qui *b* quod admodo *R utroque loco* 9 demolienda *coni. Schottus* 10 his *om. Mb* sufficient *libri praeter B²E²M*, su//ficient *R* 14 quae *B¹*, quam *B²*, que *EF*, quia *CMRb*, quod *D* 18 quidam *p²* preceptu *CM¹* intemeratae *b* 21 in *ante* id *add. G* 23 p̄spicua *HL* 24 adsentiantur *Gb*, adsen^t^siamur *S* 25 at *ante* quicumque *add. b* senciunt *M*, sensciunt *F*, sensi sunt *BCHLS*, sensi //unt *R*, senserunt *A Sch.*

non creatum, quod creari oportuerit, consequenter intellegunt. causa enim creandarum rerum bonitas creatoris est, qui creare potens uniuersa quae uelit ut nihil bonitatis exercuisset, si nihil creasset, ita semiplena benignitate usus esset, si semiplenum aliquid condidisset. mirum autem uidetur subplemento rerum defore aliquid, si rosae flosculus non exsisteret, et non defore si incorporea substantia non esset creata. ne ergo non minimum aliquid, sed uel potissimum deforet creaturae plenitudini, debuit incorporea quoque substantia creari. sed ad creatoris forte referatur iniuriam, si incorporeum aliquid ac sibi simile condidisse dicatur, quia simile deo nihil inuenitur in corpore. sed ab ipso deo similitudo dei anima dicitur humana, in corpore autem nulla esse potest similitudo diuina: incorporeum ergo erit, quod deo sit simile, humanus uero animus ad similitudinem dei factus est, incorporeus igitur est animus humanus.

V.

QVOD INCORPOREVM CORPOREO ET INLOCALE LOCALI DIGNITATE PRAEPONITVR.

Omne autem incorporeum corporeo et inlocale locali et insecabile secabili et uiuens non uiuenti in naturae dignitate praeponitur. enimuero creator omnipotentissimus idemque

1 creatori *S̈* 2 quae *B* 3 potest *CMb* uellit *BH*, uellet *LS* ut *om. Sch.* bonitas *BC* si nihil creasset *om. M*[1] 4 semiplena — si *om. G* est *BDEFHLS Sch.* 6 rerum] esse *add. Mb*, *quod transponi iubet post* uidetur *Barthius* defuturum *seruato* esse *p* ros eflosculus *M*, ros et flosculus *b*, rosa et flosculus *Barthius*, fore fl. *AB*[1], forte fl. *B man. rec.*, fiore fl. *DEFP*, rore fl. *R* existaret *HR*, existerent *Barthius* 7 defuturum *p* in corpore *C*, corporea *p* 8 sed] ne *add. G* potissimum] non *add. MPb* 9 creari] creatori *BR* 12 ad *R* 18 incorporeum — inlocale *scripsi*, incorporeus — inlocalis *libri cum M in capitulorum indice, qui hoc loco* incorporeus — illocale illocali *praebet* 20 inlocalem *B* 21 in] secabile — naturae *om. M*[1] non *om. A* in *om. Gb* dignitati *R*

benignissimus substantiam omni corpore potiorem sibique similem si non creauit, quam creari debuisse iam constitit, aut noluit aut certe non potuit. si uoluit et non potuit, omnipotentia caruit. si potuit et noluit, quod etiam cogitatu est nefas, inuidit. non autem potest uel omnipotentia non posse uel bonitas inuidere. creare ergo incorporeum et potuit et uoluit, igitur et creauit. nisi forte dicas fieri non debuisse, quod ille potuit uelle, qui non potuit uelle, nisi quod debuit facere. quid mihi nunc creatum non esse contendas, quod creari debuisse non dubitas? creari certe debuisse, quia cum creator incorporeus maximum bonum sit, et creatum incorporeum magnum bonum sit, et creatum corpus, quod nisi creatum non est, aliquod bonum sit, a summo deo qui est maximum bonum, sicut creatum est corpus aliquod bonum, ita creari debuit incorporeum magnum bonum, quia non conueniret omnipotenti bono, qui fecit omnia bona ualde, perfectionem plenitudinis rerum uel in minimis truncam facere, non dicam potissima non creare. sed fortassis adstruetur aut incorpoream creaturam bonum non esse aut bonum creari non oportuisse aut quod oportuerit fieri nequiuisse. sed summum bonum incorporeus creator, magnum bonum incorporea crea-

16 Gen. 1, 31

1 benignissimus] si *add. libri praeter Mb*   porionem *A*, portionem *B*, portiorem *G*, potionem *R*   2 si *om. libri praeter Mb*   creauit] creatum *G*   constat M^{2} *in marg. b*   3 aut *corr. in* et *H*   4 omnipotentiam R^{1} cogitatum *Mb*   5 autem] adē $A^{1}B$, adeo *E*, adest *F*, aest *R*   9 esse] fuisse *G*   10 creare *ABCDEF*H^{1}*R*S^{1} creare *ABDEF*   certe] constat *add. Sch.*   11 et creatum — sit *om. ABDF*   12 maximum H^{1} quod — non est *om.* $M^{1}b$ 13 ēē *B*   aliquid *S*   14 si *R*   aliquid *S*, aliquid *Sch.*   15 incorporeum] aliquod *add. Sch.*   16 quod *mauult Barthius, sed cf. pag. 40, 2*   perfectione *B*   17 in *Mb*, *om. rell.*   minimis] rerum *add. S*   18 potissimam *HRS Sch.*, potissimum *Mb*   asstruitur *G*, adstruetur *M*, adstruatur *b*   19 bonam *b Barthius*   20 potuisse *HMSb*   oportuit *R*   21 creator] est *add. editores*

tura: oportuit igitur a summo bono fieri magnum bonum, et potuit omnipotens facere, quod debuit bonus uelle. creauit ergo incorpoream substantiam, qui non facere non potuit quod fieri debuit, nisi forte dicatur aliquid debuisse fieri, quod ille non fecerit: consequens ergo erit aliquid illum fecisse, quod non debuerit.

Sed dices mihi: si aliquod incorporeum creatum est, aequiperat ergo creatorem. de uero homine, hoc est de hominis anima quaerimus. non est haec aequalis deo, sed similis: similis utique quantum incorporea incorporeo, inferior quantum creata creatori, similis quantum intellectualis lux luci intellegibili: quantum mutabilis creatura inmutabili creatori dissimilis. aliud namque est ueritas, aliud imago ueritatis. sed sicut rei corporeae nulla imago esse potest nisi corpus, ita nequaquam imago incorporei inuenitur in corpore. nam illic ubi de creatione hominis Moyses loquitur, sic ait: et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. et fecit hominem ad imaginem et similitudinem suam. ad imaginem dei creauit eum, masculum et feminam. diuinae istud auctoritatis oraculum nec eloquio eludi potest nec argumento falli nec uirtute uinci nec arte uitiari. si imago dei est humana anima, incorporei uidelicet imago est, si incorporei imago est, incorporea utique ipsa est. at si incorporea non

16 Gen. 1, 26 et 27

3 ergo] igitur *L* 4 ne si *G* aliquod AB^1CE^1FR decuisse *p* 5 cumsequens *HR*, ĉsequens *S* ergo *Mb*, *om. rell. et Sch.* 7 dicis *libri praeter Mb et Sch.* aliquid ABD^2 *EFG Sch.* 8 equiperat (aequiperat) *libri*, aequiparat *editores* 10 itaque *D* utique similis *Mb*, itaque similis *Sch.* similis utique—*lin. 13* dissimilis *add. L in marg.* incorporeo *del. B man. rec.* 11 creata] creatura *C man. rec.* 12 intellegibili] dissimilis *add. Galland.* 14 corporis *G* 15 imago] nisi *add. G* incorporea *G* 16 moysi $AB^1C^1EFHLMRS$ *Sch.* 18 $\overset{\text{nram}}{\text{suam}}$ *S* et fecit—suam *om. S* 20 diuinae istud auctoritatis] diuinitatis *G* 21 auctoris B^1 22 uitari *p et Barthius, qui male* uitiari *scribi dicit* 24 aut p^2

est, incorporei prorsus imago non est. sed incorporei imago est, incorporea igitur est: nam quia creata est, non est deus, quia imago dei est, non est corpus.

VI.

QVOD CVM OMNE INCORPOREVM INVISIBILE SIT, NON AVTEM OMNE CORPOREVM VISIBILE EST.

Sed subicis a nescio quibus, quorum tamen nominum nobis notitiam subripis, sic doceri, ut alia dicant esse incorporea, alia inuisibilia. tremendae scilicet peritiae tractatores, qui usque ad hoc penetrauere secretum: si alia incorporea sunt, alia inuisibilia, ergo incorporea non sunt inuisibilia. postponendum est igitur incorporeum omni corporeo, quia dicit per apostolum ueritas: quae uidentur, temporalia sunt, quae autem non uidentur, aeterna sunt. uerum tu creatricem creatamque substantiam ita discernis, ut alia sint incorporea, alia inuisibilia. inuisibile igitur omne corporeum, et incorporeum omne uisibile. istic egomet audeo sciscitari, inuisibilisne sit deus anne uisibilis? si corporeum negas, uisibilem non recusas. si inuisibilem dicis, corporeum confiteris. secundum hanc ergo sententiam, quae tibi nobisque sit procul, aeternus inuisibilis incorporeus deus aut incorpo-

13 II Cor. 4, 18

1 in corpore *G* sed] si *G*, sed si *ABDEF* 2 in corpore *G* igitur] non *add. R* *hanc periodum sic scribendam censet Barthius:* si imago dei est humana anima, incorporei est uidelicet imago. si incorporei est imago, incorporea utique et ipsa est 7 an *BC in ras.*, ā *M* nominum *uncis inclusit Schottus* nominum tamen *S* 8 subrepis *ABCMRb*, surripis *S* 9 coactores *L*[2]*S* 10 usque ad *om. G* penetrabere *R* 12 corpore *AB*, corpori *DEFP* 13 uidetur *R* 15 creatumque *R* 17 inuisibile *p* ista *ABDFP* ergomet *R* suscitari *b* 18 an *p* [in]corporeum *B* 19 uisibilem *G* incorporeum *G* 20 sententiam] tuam *add. Schottus*

reus non erit, aut uisibilis erit et aeternus non erit. quiddam tamen cogitare uoluit, sed eloqui non ualuit patentium nempe causarum doctor ignarus, quem dicere uisum reor esse quaedam corporea quae uideri nequeant, cum sit uniuerso incorporeo proprium non uideri, ac per hoc corporea quaepiam inuisibilia esse posse, porro incorporea nisi inuisibilia esse non posse. nam cum omne incorporeum inuisibile sit, non omne inuisibile incorporeum est. uox enim non uidetur et corpus est. quamquam propter eminentiam uisus etiam quae ad reliquos pertinent sensus uideri dicamus, sicut saepe dicimus: uide quid sonat, cum sonus ad auditum pertineat, non ad uisum, nec tamen ita dicimus: audi quid lucet, quia praeeminentior ceteris sensibus uisus quae inferiorum sunt abusiue sibi uindicat, cum potestatibus eorum potentiam suam non misceat. quocirca et uisibilia sunt omnia quae sentiri quocumque sensu corporis possunt, si ad uisum cuncta referamus, et non omnia uisibilia sunt, si unicuique sensui quod sibi est speciale reddamus. hinc omnia scilicet principalia corpora quae dicuntur elementa procul dubio uisibilia sunt, sicut experimur. ex quorum metrico pro portione conuentu, conpactis rate dimensionibus, uegetante anima uiuens corpus

1 non *om.* *DEFP Sch.* aut] et *DEFP Sch.* ////uisibilis *R* et] *M*, *cf. pag. 41, 14, itaque falso* aut *ABCGHLRS*, aut corporeus erit et *DEF Sch.* quiddam *CEG*H^2*S Sch.*, quadam *L*, quidam *rell.* 2 ualuit *Sch.* eloqui *scripsi praeeunte Schotto, coll. libr. I cap. XXV*, loqui *libri* ualuit *GMb Sch.*, eualuit *rell.* nempe] quippe p^2 4 corporea quaedam *S* qua *R* nequeunt *b* 6 non *om.* R^1 10 uidere *Schottus* 11 pertineat ad auditum *S* 12 praeminentior *BRS* 13 sensibus *om.* M^1 14 uendicat H^1*Lb* sunt *ex* sicut *B* 17 *ante* et *grauem interpunctionem sustuli, quare Barthii coniectura* at *non opus est* 18 hinc *om. libri praeter M et Schottum* 19 quae *om.* *R* dicat M^1 20 metrica *DEF*H^2*LP*S^2*T Sch. in notis*, metricae *coni. Sch. in textu* pro portione *scripsi*, proportionis *G Sch.*, proportione *rell. et editores* pro portione] et *add.* *p* conuentu *om. Galland.* conpactis D^2*E*F^2*GMb*, conpectis *C*H^1*R*, conspectis *AB*$D^1F^1H^2$*LS*, confectis *Sch.* 21 rite *editores*, arte *coni. Hartelius* uegitante *R*

efficitur, quamquam multa sint, quae animata non sunt et uiuere negari non possunt. sed de eis loquimur, quae non solum uiuunt, sed etiam sentiunt, sicut sunt animata rationis expertia. de quibus paululum disputatione dilata de nobis loquimur.

Igitur cum ex anima simus et corpore atque, ut corpus animus esse non potest, sic animus corpus esse non possit, animus qui sentit in corpore, etsi per uisibile sentit, inuisibiliter sentit. aliud enim est uisus, aliud oculus, aliud aures, aliud auditus, et nares aliud, aliud odoratus, et os aliud, aliud gustus. nec hoc idem manus et tactus. igitur tactu calentia frigentiaque discernimus, ipsum uero sensum tangendi non tangimus. nec frigus illic namque nec calor est. et gustatu dulcia atque amara sentimus, sed gustatum gustare non possumus. nihil enim uel amarum in illo uel dulce est. naribus odores accipimus, olfactum tamen olfactu non capimus, quia nihil olet olfactus, et auribus uoces haurimus, sed cum nihil sonet auditus, ipsum non audimus auditum. coloratas oculis formas adspicimus et oculis quia coloratae formataeque sunt, cernimus, sed uisum, quia nec coloratus nec formatus est, non uidemus: iuge namque uideremus, si luceret uisus, et audiremus semper, si sonaret auditus, et perpetuo odoraremur, si fraglaret olfactus, et indefessim gustaremus, si saperet gustatus, aeternumque tangeremus, si se ipsum tangeret tactus.

2 negare *BR* his *AMb* quaeue *A* 3 ratione *Meditores* 4 experta *ABMb* paulum *CHLRS* 5 loquamur *B man. rec. EGH*^{2}*LSb*, loquemur *Sch.* 7 sic — possit *om. p, quibus suppletis Barthii commentis non opus est* potest *Mb* 9 aures] nares *A*^{1}*BHLR*, auris *G* 10 et *ante* nares *om. editores* 13 namque illic *Schottus* gustatu *B*, gustu *Mb* 14 amara] est *add. R* gustatum *B*, gustum *Mb* 16 olfactu *b*, olfatum *HMR* olfactu *om. b*, olfatu *HMR* 17 aurimus *S*, audimus *LR* 19 oculos quia colorati formatique sunt *G* quia] quę *B*^{2} 21 iuge namque *Schottus*, iugi namqae *S*, iugiter namque *H*^{2}*L*, iuginamque *rell.* 22 odoremur *R* 23 fraglaret *EFH*^{2}*LM*, flagraret *S*, flagraret *rell.* 24 gustatus *B*, gustus *M passim*

atque ut de ceteris taceam, si gustari posset gustatus, nemo posset esse ieiunus, nec extrinsecus adhibenda forent in quae semet sensus exsereret, si se ipse sentiret. aliud est ergo membrum per quod sentimus, et sensus aliud quo sentimus, quia inter inuisibile incorporeum et corpus uisibile est illud inuisibile corporeum, quod in nobis uisus, auditus, odoratus, gustus et tactus est: quae quoniam non nisi in animato sunt corpore, ex utriusque diuersi commercio eadem et corporea sunt et inuisibilia trahentia de corpore uisibili ut corporea sint, de incorporeo animo ut sint inuisibilia. non igitur iuxta sententiam tuam illud erit inuisibile, quod incorporeum non erit, tamquam incorporeo uisibile et corporeo inuisibile esse sit proprium, quando quidem nihil inuisibile corporis foret, nisi inuisibile illud incorporei inuisibilitas faceret, quia in eodem, sicut supra diximus, homine et incorporeum inuisibile est anima et inuisibile corporeum, quod de corpore uisibili inuisibiliter agit anima.

VII.

QVOD EX QVATVOR ELEMENTIS CONSTENT QVINQVEPERTITI SENSVS CORPORIS.

Iam uero quaecumque corporis sensibus tangimus, ita ad quosque eorum quaeque ex illis speciatim pertinent, ut in

1 gustare *p* possit *ACHLMRS* 2 possit *ACHLRS* 3 exsereret *BCFR*, exereret *rell.*, exerceret *b* si se ipse] seseque ipse *Sch.* 4 per *om. A* quo *ex* quod *A*^{2} quod *G* 5 uisibile *ACDFH*^{1}*PRS*^{1}*T Sch.*, uisibilem *B* inuisibile] et *add. G* corporeum *BDFP* incorporeum] est *add. ACDE*^{1}*FH*^{1}*M Rb Sch.*, est *B* et *om. G* est *om. ACDFGMRb*, *superscr. BH* illud est *E* illud] aliud *R* 6 uisibile *RS Sch.* uisibile (est) illud *S* uisus *om. G* auditus *om. M*^{1}, *add. M*^{2}, *om. editores, inserunt autem post* gustus 7 animato] anima tota *Mb* 8 et corporea—iuxta *om. M*^{1}, et corporea sunt et inuisibilia: non igitur iuxta *add. M*^{2} *in marg.* 9 trahentia—inuisibilia *om. Mb* 11 tuam *om. BDE*^{1}*F* incorporeum *C* 12 esse *om. G* 13 erit (foret) *S* 14 nisi uisibile *Sch.* 15 hominem *R* 19 elementa quatuor quinque sensibus committit *ABRS*

communionem propriorum alios non admittant. est ergo inter uniuersa corporea solis lux sine dubitatione praestantior. haec ad illud supremum in uniuerso corporeo pertinet elementum, quod ignis dicitur. hinc est quod etiam in corpore humano principalem prae omnibus sensibus locum uisus accepit. ab interno scilicet calore cordis ac iecoris igniculi quidam indefessim scintillantes in cameram capitis quasi in caelum nostri corporis subuolant. ex quibus radii per oculorum media profusi ac lumini extero commixti corporum quae inciderint repercussu retrouersim cedentes eorundem colores ac formas hauriunt. animaduertis igitur summum in elementis ignem, pulcherrimam in coloribus lucem, praecipuum in sensibus uisum. hunc merito atque potentia auditus insequitur illi elemento compos, quod Graeci uocant aethera: qui licet aeris sit natura, tamen quia quasdam quasi faeculentias e supremis suis deorsum uersus uelut in fundum digerit, purior atque subtilior hunc procellosum aerem et naturaliter nubigenum et loco et dignitate supereminet. hinc est quod purissimus aer faciliorem et longius potentem facit auditum. nam sicut oculi sine formis corporum atque extrario lumine contemplari nequeunt, sic aures nisi aere aut percusso aut flato non sentiunt. ita et narium sensus, nam sicut aer sonis inficitur, ut in auribus operetur auditum, sic itidem hic ipse inficitur odoribus, ut in

1 proprium *A* 2 corpora *G* 5 uisus] unus *C* 9 corporum] in *add. p* corporumq̄// *S* 10 repercusso *AB*¹*DFL*, repercussim *Mb* 11 auriunt *R* animaduerte *G* 12 corporibus *G* in *ante* sensibus *om. C* 13 potentiam *B*¹*R* illę *S*¹ 14 compos *libri cum PT, quod non mutandum, sed singulari significatione dictum esse censeo cum Barthio* (*cf. indicem*), compar *p* licet] ex *add. Sch.* 15 feculentia se *R* e *om. S* 16 prior *Mb* 17 nubigosum *Mb, unde conicias exstitisse olim* nubilosum *coll. Apul. met. 11, 7* 18 supereminet *om. ABDF* 19 patentem *Sch.* 20 corporum formis *S* 21 flato *G*, flatů *LS*, flatu *rell. et b*, flante *Sch.*, inflato *Barthius*, *fortasse* aeris aut percussu aut flatu *scribendum est* 23 scididem *R* ididem *AFPT*, ididem *B* hic *om. M et editores, quamuis uoculam etiam in PT exstare Schottus testetur*

naribus faciat odoratum, quibus inesse naturaliter nisi adtracto aere non sentitur. gustandi uero sensus absque humoris adminiculo nequaquam agere se posse hinc euidens facit indicium, quod nihil sapidum, si accipitur lingua arente, sentitur. de tactu uero dubitari non aestimo ⟨imo⟩ elementorum, hoc est terrae esse simillimum.

Age nunc ut ad illud, propter quod ista tractauimus, reuertamur: en uisus et lucem et alia per eandem corpora contemplatur ac sentit. num quidnam sibi aliquid hinc usurpat auditus? rursum meatus aurium sonos et formatas accipiunt uoces. numquid hinc aliquid sibi uindicat uisus? per antra narium generis innumeri capimus odores, nihil certe de his sentire ualet auditus. forte in saporum exploratione odoratui communicat gustus, aut ad sentienda aspera uel lenia gustatui permittit aliquid tactus? ecce uox uisu sensu eminentiore non cernitur, lux perinde non auditur, uox naribus certe non capitur, gustu fraglantia non accipitur, sapor tantum in ore sentitur.

1 quibus—sentitur *om. BDF*, *in E haec uerba add. man. ant. in marg. adnotans:* 'alius codex' naturaliter] constat *add. M man. rec. in marg. et b* adtractato *M*, attrectato *M in marg. et b* 2 sentire *M*, sentiri *b* 3 ag///// *S*, uigere *G* 4 iudicium *D^1Mb* sic *R* 5 existimo *p* imo *scripsi coll. libr. II cap. IIII*, infimo uel faeci *b*, Ifimo uel faci *M superscr. man. rec.*, infimo faeci *p^2*, *om. rell. et Sch.*, *nisi quod* infimo *superscriptum exstat in S* elemento *E Sch.* 6 hoc est *om. Sch.* 7 ut *om. Sch.* 8 en] in *B* eadem *S*, eadem *p^2* 9 contemplatiua *A^1BH^1LR*, contemplatiua *S*, contemplata uidet *Sch.* numquid *H* hunc *C* 10 sonus *BF^1R*, sonas *A^1* 11 uendicat *H^2L^2Sb* 13 ualeat *L* fortis *F* saporeum *F*, saporem *$B^1CH^1L^1S^1$*, saporis *$B^2H^2L^2S^2$*, saporemus *R* 14 ad *om. $ABCF^1GHLMRSb$* assentienda *G*, sentianda *H^1*, sentiendo *B man. rec.* leuia *G falso*, *cf. libr. I cap. XVIII enuntiatum sic adornari*: aut sentiendo aspera uel lenia gustus permittit aliquid tactui *iubet Barthius* uisu] hoc ē *add. G* 15 uisus *Mb* 17 gustus *Mb*, gustat' *S* fraglantia *$DEFH^2MS$*, flagrantia *rell.* accipiuntur *B^2*

VIII.

QVOD OMNIS ANIMA EX NVLLO PRORSVS ELEMENTO AVT QVOLIBET CORPORE SIT FACTA.

Ecce habes omnigenum corpus ex omnibus elementis in fabricam corporis humani aeternae illius musicae uix cogitabilibus modis atque harmoniae ratione permixtum. elige nunc ex quo corporum genere anima sit, si corpus est anima. quia si non aut ex uno horum aut ex aliquibus aut ex omnibus corporibus est anima, non est corpus. sed quid nunc faciam? quo me uertam acutissimi et doctissimi disputatoris ingenio et arte praeuentus? qui scilicet intellegens nullum corpus esse posse, nisi aut principaliter ex nihilo creatum, sicut elementa sunt corporum, aut ex his analogica ratione formatum, animam corpus esse decernens maluit eandem ex uno principalium corporum fictam quam ex omnibus fuisse conpositam. callido uidelicet cautus ingenio noluit animae substantiam multorum corporum congregare mixtura, ne ex hisdem contracta principiis quibus corpus extrarium, si perinde diceretur potuisse formari, eatenus uideretur posse dissolui. quapropter aerem delegit, ex quo aut cui animam similem fore decernat adiciens testimonium sui nescio cuius auctoris, cuius haec uerba sunt: n o n n u l l a e s u n t, inquit, s p i r i t a l e s n a t u r a e, u t a n g e l i,

22 cf. pag. 10, 1

4 *inter hoc et superius caput quaedam excidisse arbitratur Barthius* 5 humanae *Mb*, humanam *coniecit uel potius omittendam esse uocem ut glossema censet Barthius* 7 sit anima *ABDEF* 8 non] est *b Sch.* 9 anima] aut *add. b Sch.* faciamus *R Sch.* 10 quo me] quoue *Sch.* uertamus *Sch.*, uertamur *R* 11 praeuenti *Sch.* 13 corporum sunt elementa *Sch.*, corpora sunt elementorum *Mb* anima in *R* 14 corporum] aestimare *add. Sch. e codice T* 15 factam *b* 16 noluit] in *add. G* 17 mixturam *A*[1]*B*[1]*DEFGH*[1]*R* isdem *BEFHR*, eisdem *DLS*, iisdem *Sch.* (*cf. indicem*) 18 quibus] cuius *C* perinde *GM*, proinde *rell.* 19 formari *om. HS* itatenus *coni. Barthius* 20 elegit *G et b ex glossa superscripta in M*, diligit *R* decernit *G* 22 spiritales] splendentis *C*

archangeli ceteraeque uirtutes: ipsa quoque anima nostra uel certe aer iste subtilis, tamen incorporeae nullatenus aestimandae. haeccine mandantur uerba membranis? eo istud agitur negotium, quod agimus? omissis omnibus hac tantum lance pendebit, ut si animam aut ex aere factam aut aeri similem ratio discussa patefecerit, nunc in aduersarii, tunc in magistri sententiam pedibus ut aiunt transeam ueniam deprecaturus erroris mei. sin, ut est et egomet pro ratae ueritatis iure mihi uindico, non humana tantum, sed omnis omnino anima non solum non ex aere, sed ex nullo prorsus ⟨constare⟩ corpore ratiocinando probabitur, fas erit ut nobis aut consentias aut ignoscas.

VIIII.

ARGVMENTVM QVOD ANIMA EX NVLLO PRORSVS CORPORE SIT CREATA.

Iam superius patuit ignis elementum elemento aeris sicut loco, ita etiam potentia praeeminere. quod euidenter ostendit ignis iste terrenus, qui mobilitate uix conprehensibili uelut in regionem suam sursum uersus naturali pondere rapitur.

2 incorporea *DF* 3 existimandae *ABCEHLS*, existimanda *DF*, extimandę *R* heccine *EG*, haecine *ABC*, hecine *HLS* haec in emandantur *R* 4 eo] et *BDEFP Sch.* eo istud *om. G* igitur *Gp*[2] egimus *G* omissis *Gb*, ommissis *M*, missis *rell. et Sch.* 5 etsi *R* aut *om. ABDEF* 6 aeris *AGR* 7 sentiā *S* 8 ueniam deprecaturus erroris *M*, nec deprecatus errorem *rell. cum PT* mei] *M*, *om. rell. cum P*, postponam *T* sin ut est et *scripsi cum A*[2], sint ut *G*, me nutes *M*, si nutes *rell.* 9 pro ratae *scripsi*, proparte *G*, properatae *rell.*, probatae *Hartelius*, pro speratae *Barthius* *uerba sic constituunt*: ueniam deprecaturus erroris mei egomet nuntius. sed si properatae ueritatis *b*, nec deprecatus errorem postponam. sin autem propalatae ueritatis *Sch.* uendico *H*[2]*S*[2], uindicaro *Sch.* uindico] quod *add. editores* tantum—omnino *om. M*[1] 11 constare *addidi*, *om. libri*, consistat *add. Sch.* corpore] orta *add. Barthius* rationando *R*, ratiotinandā *S* 17 loco] luto *R* preminere *BRS* quid *B*[1] 19 rursus *Mb* naturali] natura sine *coni. Barthius*

quod si etiam ex hoc non daretur agnosci, uel hinc manifesto posset intellegi, quod omnis aer solis praesentia clarescit et tenebrescit absentia. sed et illud maximae rationis est, quod aer ignem patitur ut caleat, nec tamen ab aere aliquid patitur ignis ut frigeat. aer quibuslibet uasculis includi et contineri potest, cum hoc prorsus igni non accidat. est ergo ignis aere perspicua ratione praestantior, uisus uero nobis ex igne, qui utique sensus homini belluaeque communis est, sic tamen ut nonnullae inrationales animantes prae hominibus uigeant acumine uidendi. si ergo negari nequit uisus ex igne esse et secundum tuam rationem anima ex aere, eminentior ergo est dignitate substantiae oculus pecudis, quam anima hominis, quia ille ex igne et haec ex aere.

Non inmerito animam localem putat et claustro corporis confirmat includi qui eandem aeriam iudicat. alterutrum nunc igitur eligas oportet: aut deteriorem uisu pecudis animam, si aeriam, aut non aeriam, si praestantiorem. cernis quam facile indoctae figmentum praesumptionis euanuit, praeterquam innumera super hoc argumentari promptissimum est. nempe si aeria est, ergo tenebrae illius corporei huius solis abscessus et lux eius huius ipsius itidem solis aduentus est. falsumque erit illud, quod euangelista pronuntiat dicens: erat lux uera, quae inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, et illud quod propheta sub peccatorum persona

22 Ioann. 1, 9

1 etiamsi *G* 2 posset *GS*, possit *rell.* 3 maxime *HR* 4 ab aere] habere *A* 6 porsus *S* accidat E^2GM, accedat *rell.* *cum PT* 7 praespicua (prespicua) $AB^1CF^1H^1R$ igni *G* igne] est *add. Sch.* 9 ut *Mb*, quod *rell. et Sch.* nullę *R* uigeant *Mb Sch.*, uigent *rell.* 10 ergo] ut *add. G* negare *A* BF^1 nequit] nequid *R*, quod *add.* p^2 *Sch.* igni GH^1MR ēē *HMS*, est *rell. et Sch.* 12 oculis *C* 14 non] ergo *add.* *b* 15 quia *b* aerem *R Sch.* 16 igitur *om. ABDEF* 17 *post* cernis *interpungunt ABCDEFGH* facili *G* 18 praeterea quam *coni. Barthius*, praeter hoc quod p^2 19 augmentari *B* 20 aerea *ABF passim* 21 ididem *R* 22 euuangelista *S*

loquitur: lumen ergo iustitiae non luxit nobis, et sol non est ortus nobis. numquid isti hunc corporeum solem uiuentes in hoc mundo non uiderant, sed incorporales oculi solem incorporeum requirebant? ualde autem mirum uidetur, si lux ista habeat oculos quos inluminet, illa autem uera non habeat: aut si habet, sicuti uere habet unde uideri incorporeum potest, non solum non aerium, sed arbitror non esse corporeum.

X.

QVOD IAM FORMATA SVBSTANTIA NON POTEST DICI MATERIA.

Illud iam quale est, quod in ipso disputationis tuae principio admonendum credidisti esse lectorem, ut ad subtiliora illa cogitanda animum praeparet? a summis ad ima, ab incorporeis ad corporea rationalem nostrum conaris abducere et quasi docens nos ad subtilia mentis oculum praeparare paulo post adicis et dicis: quidquid creatum est, materiam uideri, quam corpoream esse decernis. si adhuc creatura materia est, nondum ergo homo formatus est, quia dicitur deo: qui creasti hominem ex materia informi. formarum autem siue minus siue amplius pro qualitate uel genere speciosarum plenus est mundus, materia uero informis est mundusque formatus, non est ergo creatura materia.

1 Sap. 5, 6 16 cf. pag. 9, 5 19 Sap. 11, 18

1 loquitur] dicens *add.* p^2 2 ortus est *S* istic *b*, isti et *Barthius* hunc] et *add. Barthius* corpore cum *R* 3 uiderunt *libri praeter CG et editores* 6 aut si habeat *Mb* uera *LS* 7 aerium] animum *add. Barthius* 12 //lectorem *R* 13 illa *om. libri praeter M et Sch.* praepararet *G Sch.* praeparet] et nunc *add. Sch.* 14 adducere *AD* 15 ad *om. AB DEFR* 16 et] ac *HLRS* 17 qua A^2*BDEF Sch.*, qui A^1 corporeum *ABDEFR* 18 ergo *om. S* homo *Mb*, *om. rell. et Sch.* est *Mb*, es *rell. et Sch.* 21 mundus qui *b Barthius* 22 formandus *coni. Barthius* creatura] formata p^2

XI.

QVOD OMNE INCORPOREVM SIVE CORPOREVM QVIDQVID EST CREATVM EST.

Post haec argumentaris ac dicis, idcirco incorporeum creatum nil esse, quia quidquid factori suo conprehensibile sit incorporeum esse non possit. sub hac ergo ratione ipse sibi deus ignotus est: qui si idcirco incorporeum nihil creauit, ne aliquid creatum notitiam creatoris excederet, cum uel corporeum uel incorporeum nihil nisi praecedente scientia creantis exstiterit, uidelicet quia nihil nesciens fecit, se ipsum ergo prae omnibus nescit, qui incorporaliter antecellit omnem substantiam quam creauit, ac per hoc maior se ipso est, qui sui capax non est. quod quia dici ratione non sinitur, consequens est, ut ideo incorporeum quippiam non creauerit, ne sibi creatum aliquid inconprehensibile esse possit, cum ipse summus incorporeus sibi ignotus esse non possit. uide quam paruo negotio ueritatis calor frigentium uerborum pruinas liquefaciat. et cum discernere nequeas a creato materiam, ab informi formatum, ab aere spiritum, sic imaginem dei pronuntias tamquam potissimorum scitus, qui minimorum probaris ignarus. iam nunc testimoniorum uel maxime penuria coactus de quodam opere sancti Hieronymi capitulum quoddam, quod quidem te constat non intellexisse, subiungis, quo ait: globos siderum corporatos esse spiritus arbitrantur. omnem qui arbitratur dubitare non dubium est. beatum uero Hieronymum de spiritibus corporatis

4 cf. pag. 9, 6

4 ac] et *ABDEF* 5 nil *Mb Sch.*, nihil *rell.* 8 nec p^2 11 sed *Mb* qua *M*, quia *b* incorporabiliter *BE*[1]*FGPT Sch.*, incomparabiliter *E*[2] 15 non *om. Mb* 16 esse] non *add. C* 19 sic *Mb*, in *rell. et Sch.* 20 iscitus *BFR*, inscitus *D*, inscius *E*, scitor *Mb* 21 minorum *R Sch.* probaberis *AG*[1]*LM S*[2]*b*, probaueris *BCF*[1]*G*[2]*H*[1]*RS*[1] ignarus *om. D* 24 quę *B*, qui *DEFR Sch.* agit *F* globus *R* 25 omne quod *Mb* dubitare] multare *AB*, nutare *DEFP* 26 spiritalibus *LS*

quorundam referre dicis arbitrium: qui si arbitrantium, hoc est dubitantium sequitur forte sententiam, cum eiusdem ⟨quo⟩-que tu sequare, cumque non nisi ab ignorantia proficiscatur dubietas arbitrantis, agnosce te nobis quaerentibus ueritatem pro una quam polliceris scientia multorum nescientias adtulisse. nam cum quasi probatissimo testimonio eius utaris, qui de eis dubitans, quorum testimoniis utitur, eos dubitantes adfert, quos testes adhibet, quid te posse pronuntiare censendum est, qui ab auctoris tui dubitantis auctore dubio tertius ipse iam dubitas?

XII.

QVOD PHILOSOPHOS NON INTELLEGENS GLOBOS SIDERVM CORPORATOS SPIRITVS ARBITRATVS SIT ET ANGELOS CORPORA ESSE DECERNAT.

Istud ego tamen philosophos reperio dicere, qui nonnullis disputationibus adstruunt et ipsos lunae uel solis globos incorporeis uidelicet spiritibus sub diuina quadam mente uegetari. sed oportet agnoscas hoc idem testimonium non solum pro sententia tua contra nos nihil, sed aduersus eandem pro nobis ualere plurimum. quod eo tibi accidit, quia philosophicam non intellegendo sententiam illud pro tua uidelicet parte posuisti, quod probe intellectum non nisi nostris tantum possit partibus suffragari. si enim corporeos spiritus esse dixissent,

1 quasi *CG* 2 cum *om. A* eiusdem quoque *scripsi*, eiusdem quē *LS*, eodemque *M*, eodem quoque *b*, eisdem quoque *D*, eiusdemque *rell.*, eidem quoque *Sch.*, eodem ne quoque *uel* eodem neque *mauult Hartelius* 3 sequare *E*[2]*G*, sequere *rell. et editores* 4 agnoscente *B*, agnoscente *H*, agnoscis te *Sch.*, agnoscite *RS*[1] 5 qua *BCD RS* 6 utare *G* 7 dubitat *G* utitur] et *add. libri praeter Mb et Sch.*, ut *add. R* 8 pronuntiari *S* 9 quia *Mb* 15 stud *R* philosophus *CG*[1] repperio *RS* 16 globus *R* in corporeis *b* 17 u&igari *R* 18 oportet] ut *add. b*, oportet[ut] *M* pro sententia] p̄sentia *R* 19 sed] etiam *add. p*[2] aduersum *HLRS* 20 accedit *ABDEFPR* 23 partibus] par *R* esse] philosophi *add. b*, *uncis incl. Schottus*

in eorundem non definientium, sed arbitrantium potius auctoritate totus nihilominus argumentationis tuae cardo titubaret. cum uero illi non dubitanter, sed scienter, non corporeos, sed corporatos spiritus dixerint, nonne dinoscitur quodcumque est corporatum non esse corporeum? alioquin corporeos, non corporatos spiritus esse dixissent, quia illud est corporeum, quod incorporeus spiritus animat, illud autem incorporeum, quo corpus animatur. quapropter cum dilucide uiuificatum corpus ab incorporeo uiuificante discreuerint, uidetur mihi quod iste corporis aduocatus aut philosophicam de substantia incorporali sententiam non intellexerit aut nequaquam pro se obiectare debuerit sub ipso sancti Hieronymi nomine.

Sequitur, et adiungit: s i   a n g e l i,   i n q u i t,   c a e l e s t i a   e t i a m   c o r p o r a   a d   c o n p a r a t i o n e m   d e i   i n m u n d a   e s s e   d i c u n t u r,   q u i d   p u t a s   h o m o   a e s t i m a n d u s   e s t? quantum uideo, uiolentissimus disputator nec istud intellegit. angelos enim unius credit esse substantiae, ut melius de sideribus sentiat, quae corporatos spiritus iudicat. nam quid hic aliud uir doctus Hieronymus dixisse censebitur, nisi angelorum corpora habilitate sui atque potentia humanis longe praestare corporibus? pariter cum dixit: s i   a n g e l i, et adiecit: c a e l e s t i a   e t i a m   c o r p o r a, duo quaedam intellegi uoluit, angelos et caelestia corpora, quia cum angeli spiritus corporati sint,

13 cf. pag. 9, 11

1 auctoritatem *Mb*   2 totius p^2 3 corporeus *R*   4 spiritus] esse *add.* S^2p^2 5 corporeos] concorporeos ABF^1GHLPS, concorporeus *R*, incorporeos *D*   non corporatos, sed corporeos E^2 6 quo *C*   7 qui *A*   9 uiuificato *S*   quodsi *R*   10 philosophica me *BF*, philosophicam e *ADE*   11 sententia ABF^1RS 13 *num* persequitur *scribendum?*   15 aestimandus *scripsi collato Fausti loco*, existimandus *codices*   16 angelus *R*   17 credidit *p*   de *om.* $ABDEFH^1S^1$ de sideribus *om. R*   siderius A^1 18 indicat *ABP Sch.*   numquid *M editores*, nam *omisso* quid p^2 20 habilitate sui *GMTb*, humilitate sui *C*, habitate sui *HLRS*, habitante sui *AB*, habitante ui *DEFP*, ab insita ui *coni. Sch.*   ad *C*   22 uoluit *ex* uolunt *S*   angelus *R*   23 angelici *editores*

sunt in caelo quaedam quae sola sunt corpora. igitur euidenter ostendit nullum corpus quamlibet supremum loco, quamlibet potens motu incorporeis posse praeponi. rursum in conparatione gradum faciens dicit: adeo diuinis hominem conparari non posse, ut nec angelus possit. discernit praeterea corpus et carnem, quia cum omnis caro etiam corpus sit, non omne corpus est caro. unde apostolus: alia caro uolucrum, alia caro piscium, alia autem hominum. et corpora caelestia et corpora terrestria, euidenter ostendens terrenum corpus etiam carnem fore, caeleste uero non etiam carnem. ne forte hic aptari conueniat illud quod eundem Hieronymum dicere meminit: globos siderum corporatos esse spiritus arbitrantur, ut ipsa sidera siue angelorum corpora corpora utique caelestia sint, cum illi spiritus qui istis corporati sunt corporei non sint, sicut et deum dicimus incarnatum, et sicut ipsa anima humana incarnatur utique, cum administrandam suscipit carnem. cui quamlibet illud accidat, quod scriptura testatur dicens: corpus quod corrumpitur, adgrauat animam, non tamen eandem in corpus conuerti credendum est, quamlibet pondere carnis oneretur, quia nec corpus unquam in animae naturam commutabitur, quamlibet eadem uegetante moueatur, alioquin non erit corpus. unde

7 I Cor. 15, 39 sq. 18 Sap. 9, 15

1 sola] damla *B* *uerba* quae sola sunt corpora *Barthio suspecta et 'transposĩtiuncula' sananda uidentur* 2 nulli *Mb*, nullibi *coni. Barthius* 3 nutu *Mb* praeponi *Mb Sch.*, conponi *rell.* in *Mb*, ex *rell. et Sch.* 4 dixit *BDEF* 5 angelos *ABHLR S*, agl̃s *DE*, angelis *M editores* discerni *ABDEF*, *quod cum enuntiato praecedente cõniungunt* praeterea] hęc *add. HLS* 9 ostendes (n *suprascr.*) *S* 10 caelestem *CM*¹ etiam] esse *b* 11 illud hic a. c. q. *S* 13 arbitratur *Mb* si angelorum *b*, si euangeliorum *M* 15 sint *CMb* sunt *R* dñm *A* incarnata *B*² 17 suscepit *ABDEFHLRS*¹ accedat *libri praeter CGM et Sch.* 19 eandem *om. Sch.* 20 honeretur *ABC*¹ *D*¹*FL*¹ 21 corpus *om. p*² in *om. A* natura *A*²*C* 22 eandem *R* uegetate *H*, uegitate *R*, uegetata *ABE*¹*F*, uegetatum *E*²

illud quod apostolus dixit: et corpora caelestia et corpora terrestria, utrumnam de angelis an de sideribus an ⟨de⟩ terrenis quibusque corporibus, de quibus non est quaestio, intellegi uoluerit, ex consequentibus adparebit. indisiunctim namque mox adicit ac dicit: alia caelestium gloria, alia autem terrestrium. et quae ista caelestia essent corpora, ut euidenter ostenderet: alia, inquit, claritas solis et alia claritas lunae et alia claritas stellarum. stella enim ab stella differt in gloria. ita et resurrectio mortuorum, eandem scilicet docens, quae est in siderum qualitate discrepantia, resuscitatorum corporum fore pro meritorum diuersitate distantiam. hic utique absque ambiguo doctor gentium de sola resurrectione humanorum corporum disputans huius modi conparationibus usus est. nam sic causam loci huius ingreditur: dicit aliquis, quo modo resurgent mortui? quali autem corpore uenient? et ab hoc loco usque ad istam de sideribus conparationem id ipsum sine alterius cuiusquam causae interiectione persequitur nullam faciens de anima mentionem, ne scilicet illud, quod de solis lunaeue stellarumque, corporum profecto caelestium, differentiis disseruit, scaeuo forte iudicio de animabus dictum quisque sentiret.

1 I Cor. 15, 40 5 ibidem 7 I Cor. 15, 41 sq. 15 I Cor. 15, 35

2 de *ante* sideribus *om.* *S* 3 de *ante* terrenis *add. Hartelius, om. libri* corporis *R* 4 ex] et *R* indisiunctum *G* 6 illa *Sch.* 7 alia—stellarum *om.* *R* 9 a *G* gloriam *Sch.*, gloria// *R* 11 discrepantiam *Mb* resuscitantorum *M*, resuscitandorum *b* 12 utrique *ABHL*, utrimque *DEFP* 15 dicet D^{1} 16 quali// *R* 17 loco] ideo *add.* *G* 20 lunae uel $FMR^{1}b$, lunae *omisso* ue *Galland.* stellarum quae *b* de *ante* corporum *add.* p^{1} corporum *om.* *R* profecto] scilicet *Sch.* 21 differentis *R* sceuo *GHLMRS*, saeuo *rell.*, laeuo *coni. Barthius* 22 quisquam *coni. Barthius, cf. lin. 3* sentiret] putet p^{2}

XIII.

DE RESVRRECTIONE.

Nunc ergo si humanum corpus, terrenum scilicet atque moribundum, in id gloriae transformabitur, ut fiat de carnali spiritale secundum apostolum, qui ait: seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale, et anima humana sic nunc spiritalis est, ut tamen corpus sit, ergo humana caro transferetur in animae dignitatem, cum facta fuerit corpus spiritale, et anima quae corpori iuste dominata, quae domino pie iusteque famulata est, quae deum fideliter credidit aut fortassis et sciuit, exaequata sibi carne sua ipsa quoque nihil pro substantiae qualitate promouebitur. et ubi est illud, non qui oculum carnis, sed qui oculum cordis mundauerit, deum uidebit? nam beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. ergo forsan beatificabitur corpus pro modo suo et anima itidem pro modo suo. illud inmutabitur, ut spiritui per omnia ad nutum seruiat, cui contumax saepe restitit, et haec inmutabitur, ut deum uideat, quem flagrantia castae caritatis inhiauit. et quoniam apostolus spiritum, animam corpusque discreuit inquiens: ut integer spiritus uester et anima et corpus, quia post resurrectionem non animaliter uiuendum est, scilicet ubi non edendum uel bibendum, ubi non dormiendum neque coeundum est, transibit totum animale corpus in spiritale corpus, quia et anima tota transibit in spiritum, et erit totum spiritale corpus propter inhabitan-

5 I Cor. 15, 44 14 Matth. 5, 8 20 I Thess. 5, 23

3 nunc—corpus *om.* p^3 4 id gloriae] gloriam *Mb* carnale *MRb* 6 resurgit *CH*[1]*MS*[1] 8 transferetur *Mb*, transfertur *rell. et Sch.* factā *G* 10 iusteque *Mb*, *om. rell. et Sch.* 11 et] se *add. Barthius* coaequata *b ex glossa in M superscripta* 15 forsitan *libri praeter CM* 16 modulo *priore loco Mb, fortasse recte, cf. libr. II cap. IIII* 17 resistit *ABCGHLRS* 19 animam *om. A* 21 et *ante* anima *om. Mb* 22 uel bibendum *om. R* 23 neque] uel *Barthius* tansibit *R* 24 et *om. C* 25 inhabitationem spiritus *R*

tem spiritum. qui utique spiritus si in hac uita concupiuit aduersus carnem et concupiscenti aduersum se carni non cessit, iure in aeternum nihil illo difficultatis sentiet, cuius difficultates caelestis auxilii uirtute superauit, nec par erit ut exaequetur domino, qui eidem cessit inuitus, et in serui statu remaneat, qui uicit uoluntarius. quocirca datur intellegi, quod sicut in hac uita animae humanae substantia incorporaliter dignitate sui anteit corpus animale, ita post resurrectionem remunerationemque anteibit corpus spiritale. omne autem quod spiritali corpore potius est, corpus ut arbitror non est: ergo iuxta huius necessarii mei tractatum, qui angelos sola esse tantum corpora decernit, humanae substantiae angelica natura erit inferior. certum namque diuina auctoritate retinemus sanctorum corpora, quae inmutari merebuntur in gloriam, angelicis exaequanda corporibus dicente domino: et erunt sicut angeli in caelo. si igitur angeli spiritalia tantum corpora sunt uniusque substantiae et prouehetur corpus humanum ad angelici corporis dignitatem, homo angelo qualitate corporis exaequabitur, dignitate spiritus praeeminebit. quod si, ut est utique, uidetur absurdum, duplex ergo est angelica sicuti est humana substantia: habens corpus totius facilitatis maximaeque pulchritudinis, quod hominibus cum iubetur adpareat, habens incorporeum, quo deum semper uideat iuxta illud euangelicum quo dictum est: quia angeli eorum semper uident faciem patris mei.

15 Matth. 22, 30 24 Matth. 18, 10

3 illo *Mb*, in illo *G*, illud *rell. et Sch.*, ex illo *Barthius*, illic *p* sentiat *HLS* 4 caelestes *R* 7 humana *ABF*¹*HLRS* incorporabiliter *ABEFGHR*, inconparabiliter *CLS* 9 remuneratione que (quae *b*) *Mb*, remuneratione quoque *Barthius* 10 corporeum *p*² 11 tantum *om. p*² 12 discernit *S* humana substantia *p* humanae substantia angelica naturae *Mb* 15 exsequenda *G*, coaequanda *b ex glossa in M superscripta* 16 tamen *Sch.* 18 et *ante* homo *add. p* 19 coaequabitur *Mb*, exequabat' *S* si ut] sicut *LS*, si ita *A* 20 est *post* ergo *M, om. rell.* 22 uideatur apparens *M* (*corr. in marg.*) 23 quod *p*² 24 euuangeliū *S* quod *Mb* 25 uideant *AG*

XIIII.

NVLLATENVS SPIRITVALIA CORPOREIS OCVLIS VIDERI POSSE.

Valde autem stupeo quo modo quispiam Christianus doctoris praesertim loco definiat cuilibet pulchro, cuilibet sublimi corpori, corpori tamen contemplabilem deum fore et uniuersalem uideri localiter posse, cum deum uidere hoc sit intellegere. intellectum uero localem non esse uel intellegendo cognoscimus, quia si intellectus localis est, locale erit et quod intellegitur. nihil enim locale est, quod non et ipsum locus est. at si intellectus localis et in hoc deus, quia hoc intellegitur deus, ergo localis est deus. quod quia repugnat, intellegere nos oportet, constare hominem ex corporeo et incorporeo, utroque in melius reformando, constare angelum et corpore et spiritu praecipua inter creaturas dignitate formato. spiritus illi namque est omni spiritu creato potentior, corpus illi de potissimo omnium elemento sublimius secundum illud propheticum, ubi angelica substantia duplex sine dubitatione perhibetur, quo dictum est: *qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem.* ignem uero non esse spiritum et spiritum perinde ignem non esse manifestum est, quia non istic allegorice aliquid accipiendum est, sicut illud ubi ait dominus: *ignem ueni mittere in terram,* cum de sancto spiritu diceret. non enim credi fas est animas humanas ad amorem diuinum participatione angelici spiritus inflammari, quia eodem dono bonus est homo, quo bonus est

18 Psalm. 103, 4 22 Luc. 12, 49

5 uniuersaliter *AB* 8 quod si *b*, quasi *BG*[1] 9 quod non — est *om. C* 10 hoc] idē ꝑ hoc *G* 13 cumstare *R* et corpore] ex corpore *D*[2] *Sch.* 15 ille *ABDEF Sch.* spiritui *AB*[1]*CHLS* ille *AB*, illud *DEF Sch.* de *om. Galland.* 16 omnium *om. S* elementorum *Mb* sublime *ex* sublimis *R* 17 ꝑhibetur *C* 18 quod *CDMR* 21 ista[io] *S*, ista *ABDG*[1]*HL*, ista *F* alligorice *R* aliquid *om. BDFp*[1] 23 fas est credi *S* 24 partitipatione *S* 25 dono] bono *E* quia *A*

angelus, et eodem dono uterque beatus est. ambo id ipsum eadem uoluntate, eodem scilicet spiritu cupiunt, ambo hoc idem incorporea capacitate percipiunt, et fit homo, angelus et deus unus spiritus iuxta apostolum dicentem: qui adhaeret domino, unus spiritus est. non autem uideo quo pacto corpus incorporeo contemperari queat, ut unus spiritus iure dicatur. si enim corpus est anima, inmutabitur ergo corporeum, ut esse cum incorporeo unum possit, atque ita ad illam rationem necessario reditur, qua incorporeum aliquid creari potuisse dicitur. nam si potest aliquid ex corporeo incorporeum fieri, potuit et ex nihilo creari, nisi forte dicatur inmutabilis deus ueluti corporascere, ut unum possit esse cum corpore. sed hoc perditorum quorumpiam fides habeat, quia si uel angelo uel homini adhaerere deo bonum est, non ad creaturam deteriorabitur creator incommutabilis, sed ad creatorem mutabilis creatura proficiet, unde in euangelio dominus dicit: pater, sint isti in nobis unum, sicut et nos sumus unum.

XV.

QVOD CORPOREA OMNIA ADIVNCTIONE SVI MAIORA FIANT ET MVLTA QVAM PAVCA, INCORPOREA VERO OMNIA NEC AVGEANTVR IN MVLTIS, NEC MINVANTVR IN SINGVLIS.

Nec uero credi licet quorumque coniunctionem corporum unitatem trinitatis imitari aut eidem inconfusibiliter posse misceri. patet enim liquido quodlibet unum corpus paris corporis

4 I Cor. 6, 17 17 Ioann. 17, 22

1 dono *Mb*, bono *rell.* 2 eandem *AH*^{1} capiunt *p*^{2} 5 deo *editores* 7 si enim] sin *p*^{2} corporeum] in incorporeum *G* 9 quia *CGMR*, quod *b* aliquid *Mb*, *om. rell. et Sch.* 11 incorporeo *B*^{1}*H*^{1} et *om. Mb* 12 incommutabilis *PT Sch.* ueluti] ē *add. G*, uoluit *A* 13 quasi *B* 14 donum *coni. Barthius* 15 inmutabilis *Mb* 16 proficiat *H LS*^{1} euuangl̄o *S* 23 credo *A*, *om. HLS* coniunccione *M*, coniunctione *b Barthius* 24 initiari *coni. Barthius* idem *p*^{2} 25 pari *G*

adiunctione duplicari, esse illic sursum deorsum, dextrum sinistrum, anterius atque posterius, esse illic pro modo magnitudinis longitudinem, latitudinem, altitudinem. in dei uero ipsa trinitate huius secabilitatis et localitatis partes et spatia esse non dicimus, ad cuius similitudinem unum nos esse secumque uniri nos posse dicit ipse qui fecit, sicut in apostolicis actis legimus, quod unus credentium unusque uolentium erat animus et cor unum. non tamen reor multas animas ita sibi fuisse coniunctas, ut maior quaedam ex multis animabus anima fieret, quia trinitas, per quam et cum qua omnes bonae animae fiunt unum, nec in ulla ex eadem trinitate persona minor est quam in tribus, nec in tribus maior est quam in singulis. sic et animae humanae substantia ad eius imitationem, cuius imago est, nec in multis secundum aliquam molem maior est nec in singulis secundum aliquam molem minor, quia uidelicet potentiae sunt illae, non corpora. creatas autem potentias creatrix utique potentia iure supereminet eo ipso uel maxime quo creauit. nam et animam anima praestantiorem saepe et experimur et didicimus, nec tamen eandem, quam secundum potentiam praestantiorem didicimus, secundum molem, quae nulla illi est, credimus esse maiorem. illud etiam nec te arbitror diffiteri quamlibet multas animas perfecte sapientes non plus sapere idem una anima

7 Act. 4, 32

1 adiunctionē *BH*¹*R*¹, adiuntione *S* 3 dei *scripsi*, deo *libri* uero] et *add. Barthius* in deo uero ⟨·i·⟩ (= id est) ipsa trinitate *coni. Hartelius* 5 esse nos *S* 6 nos posse] non posse *A*¹ 7 actibus *D*¹*M editores* unus *Mb*, unum *rell.* unusque *Mb*, unumque *rell.* 8 animus *Mb*, anima *rell.* 10 anima *om. S* 11 bene *R* in ulla] nulla *b*, in illa *BDE*¹*F Sch.*, enim ulla *Barthius* 15 maior — molem *om. ABC*¹*DEF* 16 corporā *G* 18 quo *om. C*¹ 19 animae *AB*¹*CD*¹*GHLRS* didicimus *Mb*, dicimus *rell. et Sch.* 20 didicimus *Mb*, dicimus *rell. et Sch.* 21 illic *G* 23 non — sapiente *om. C*¹*F*¹ idem una *scripsi*, una itidem *E*²*G*, idem *omisso* una *rell. et editores* (eidem *ex* ididem *R*)

perfecte sapiente, nec quod una omnimodis uolet anima, multas id omnimodis uolendo plus uelle, nec quod quaecumque optime meminerit, multas melius memoriae tenacitate meminisse. corpus uero et plus habet ponderis magnum quam paruum, et ualidior corporum multitudo quam paucitas, et fortius quippiam manus multae, quam singulae uel retinent uel sustinent uel propellunt. nunc consequentia disquiramus.

XVI.

QVOD ANIMAE INCORPOREAE SINT.

Habent, inquis, animae secundum se corpus quo subsistunt, licet multum et inconparabiliter tenuius quam nostra sunt corpora. accipiatur ita, si ita est. illud respondeas uelim, quis est iste qui dicit: habet anima corpus inconparabiliter tenuius, quam nostra sunt corpora? si animae uerba ista sunt, quod corpus esse suum dicit, quod ipsa est, aut istud quod sentificat uegetatque carnale? ipsa enim dicit anima: tenuius est corpus animae, quam corpus meum. quod est corpus quod suum dicat anima, nisi illud quod ipsa est, si corpus est anima? aut igitur anima corpus est nec recte corpus istud carneum suum dicit, quia potius illud est suum quod ipsa est, aut si istud corpus ani-

10 cf. pag. 10, 4

1 perfectae sapientiae *ABDF*^{2}*PT*, perfecte (*E*^{2}) sapientiae *E* sapiente// *R* ne *B* omnismodis *M*, omnibus modis *b utroque loco* 2 uelle// *R* ne *BHL*, ne° *S* quod quaecumque] quodque cumque *R*, quodcumque *Mb* 6 uel *ante* retinent *om. B DEF* 7 nunc *Mb*, sed *rell.* disqueramus *S* 10 quod *AB*^{1}*R*^{1} 11 multo *G* tenuis *BH*^{1}, tenue *ex* tenuis *R* 12 sint *ABCDEFR* 14 incō//porabiliter *R* tenuis *B*, tenuus *H*, tenue *ex* temuis (*sic!*) *R* sint *ABCDEFH*^{1}*R* 15 esse *om. Mb* 16 dicat (dicit *S*^{2}) suum *S* aut] si *add. Mb*, se *add. Barthius* istud *om. R* sc̃ificat *R* uegeatque *S* 17 tenuis *BR*, tenuus *H* 18 quid *S* est *om. B* 19 si *E*^{2}*GMb Sch.*, *om. rell.*

mae corpus est, ipsa, ut datur intellegi, non est corpus. post hinc itidem consultori suo sic loquitur: obicis mihi ideo animam non esse corpoream, quia nec localis sit nec qualitate aut quantitate subsistat: quod cuius periculi sit ita credere, in consequentibus demonstrabimus. nunc uero in hoc tractatus nostri statu habita discussione pendebit, ut si nec localis sit nec quantitati subiaceat, esse eam indubie incorpoream credas. si uero eam demonstrauerimus quantitate determinari locoue concludi, consequenter eam etiam corpore contineri nec ipse iam dubites. statum nempe tractatus tui in articuli istius condicione posuisti, ut si localis et quantitati subiacens anima probari possit, consequenter etiam corporea crederetur, quam tamen paulo post intra pectoris officinam uarietates cogitationum suarum fingere et motus agitare pronuntias.

XVII.

DE VITA QVOD ANIMA INLOCALITER VIVIFICET CORPVS.

Ac primum quaeso respondeas, ipsa anima quo in loco sit corporis: in toto est an in parte? si in parte est, quem ad modum uniuersum ubique corpus mouet atque sentificat? si in toto est, quo modo intra solius pectoris officinam cogitationes suas fingit et motus exercet? an forsitan non solum in pectore est, sed etiam in capite, nec in capite tantum, sed in planta

2 cf. pag. 10, 12

1 post hunc *R*, post *omisso* hinc *Mb* 2 consultorio *BDEF*, consultatori *G* 4 cuius modi *b* 5 ita *om. Galland.* subsequentibus *legitur apud Faustum* demonstrabitur *Faustus* 6 hac *R* status *BS Sch.* 8 quantitate *R*[1] haud dubie *Faustus* 9 eam] iam *G* 11 ipsi *A* 12 istius] tui *LS*[2] 13 subiaces *R* (n *suprascr.*) 14 *num* posset *scribendum?* 15 officium *BD*[1] *EFP* 16 fringere *G* 19 hac *HR* in quo *Mb* 21 moueat *p* sanctificat *R* 23 corpore *R*

atque in ossibus? et ubicumque animam localiter esse credis, illic etiam localiter sapere et localiter cogitare fateberis, et quoniam, si corporea est, eatenus inest corpori, ut, sicut aqua utrem, minore sui parte minores partes eius inpleat et maiore maiores, necessario sequitur, ut maior illi cogitatio in pectore sit et minor in digito. atque ita quotam partem quisque corporis uiuentis absciderit, totam quoque partem animae uegetantis abscidit, ac per hoc non tanta erit in anima utique debili uel cogitandi uis uel potentia reminiscendi. aerem namque, ex quo aut cui similem animam esse pronuntias, diuiduum secabilemque nemo dubitat. nam et cum flamus et reflamus, particulas eius haurimus et reddimus, quas in pastum totius corporis uenae illae capiunt, quas ἀρτηρίας Graeci uocant, per quas idem aer in temperamentum trium elementorum pulmonum quoque indefessa agitatione dispergitur. sed si haustus aer iuxta sententiam tuam ad animae pertinet pastum, quia scilicet res aeria conuenienter alitur aere, ergo sicut supra dictum est cum corpore quod uegetat recipit sectionem. uis certe memoriae ad totam sine quaestione pertinet animam. omne porro corpus quamlibet magnum, quamlibet paruum secari profecto potest, quod idcirco illi accidit, quia partibus constat. nam quidquid partem habet, potest utique diuidi, quia pars potest a parte diuelli. quapropter si corpus est ani-

2 illa *A*, illam *BDEFP* fateueris *R*[1] 3 quoniam si] quem ad modum *Mb* inest] idē *ABH*[1], id est *C*, idem *R*, idē *S* inest corpori] in corpore diffunditur *Mb* 4 minori *ABHLS*, minoris *R* 5 ut] et *ABDEFHLR*, et (u over e) *S*, ut et *Sch.* 7 uegitantis *R* 8 abscidiat *A*, abscidst *G* tantanta *S* 10 cuius *ABGHLR*[1]*T* 11 dubitet *H*[1] et *ante* cum *om.* *ABDEFS*[1] et reflamus *Mb Sch.*, aerem flamus et *G*, ac reflamus *rell.* 13 arterias *ELM*, artyrias *ABCD*[2]*HRS*, artirias *FG* 17 aerea *B* //g// (*erat* ego) *R* 19 totum *R* quaestionem *HR*[1]*S*[1] animam (animum *R*) pertinet *libri praeter Mb* 21 accedit *ABCH* 23 a parte *om.* *L* diuelli] diuidere illi *AB*, diuidi *DEFLPR* (*qui post hanc uocem plurium literarum rasuram habet*) diuidere a parte illi *H*, diuidere a parte illi *S* qu//a//propter *R*

ma, recipit utique sectionem: si recipit sectionem, recipit inminutionem: si inminutionem recipit, perdita quisque uiui corporis parte animae quoque perdit partem. cum parte uero animae perit pars memoriae, anima ergo, cuius inminuta substantia est, minus debet utique meminisse. ac per hoc si localis est anima, multimoda potest sectione comminui et frequentia comminutionis aboleri. sed quia istud mens sana, ne dicam docta, non recipit, ut inlocalitas animae, quantum per nos sub ope diuina proferri potuerit, magis adpareat, de motibus disseramus, quia dubium non erit, sicut corpus est quod mouetur localiter, ita non esse corpus quod localiter non mouetur.

XVIII.

TRES ESSE MOTVS.

Tres ergo esse motus, stabilem, inlocalem localemque iam notum est. stabilis motus dei est, inlocalis animae, localis corporis. stabilis motus est quod deus creaturam non semper fecit, sed tamen eandem non noua uoluntate tunc creare uoluit cum creauit, quia semper tunc uoluit creare cum fecit. tunc temporis significatio est, semper non ad tempus pertinet. tunc ergo istud ad principium temporis pertinet, non ad tempus, quia temporaneum motum stabilitas sempiternae uoluntatis includit, ac per hoc semper tunc uelle stabilis motus est. hic oportet accipias nihil moueri posse nisi ab inmoto, atque ut id doceamus exemplo, digitum certe nisi stante manu

1 inmutationem *ABD^{1}EF utroque*, *R priore loco* 3 perdit *Mb*, perdidit *rell. et Sch.* 6 multimodȏ *S*, multimodo *C* sectione// *R* comminui] diuidi *ABDEFPp^2* 10 qđ mouetur localiter *S* 14 motus esse *editores* inlocabilem *S* que iam — est *om. G* 16 quo *p* 17 sed *Mb*, et *rell. et Sch.* tum *Mb* 18 tunc semper *B* tum *p^2* creáre uoluit *ABD EFp^2* 19 significatio est temporis *S* non *om. R* 21 temporaneorum motus *G* 22 semper *om. p* 23 inmotu *R* 24 id *om. ABDEF Sch.* istante *H^1*, instante *CLBS*

mouere non possumus, motus autem brachii ab humeri stabilitate est. et ut non diutius inmoremur, in gradiendo utique pes unus figendus est, ut alter promoueri queat. tene istud cum paulisper animi motum a corporis motu discernimus. nam sicut, ut supra dictum est, deus stabiliter mouetur, sic anima temporaliter. temporale est autem, quod paulo ante superba, nunc humilis, prius laeta, nunc tristis, dilexit ante, nunc odit, prius aliquid oblita, nunc meminit. huius modi autem motibus animae non communicat corpus, quibus inmoto nihilominus corpore mouetur, unde datur intellegi animam per tempus inlocaliter moueri atque ab eadem corpus et temporaliter et localiter moueri, eandem uero a corpore localiter non moueri.

Atque ut hoc ipsum, si quo modo queam, uerbis planum faciam, adtentiorem mihi lectorem opus est. ecce ad aliquid scribendum uel fabrefaciendum ut manus moueatur animae nutus intenditur. anima conspicatur incorporeas inlocaliter formas, quibus indissociabiliter iuncta siue superiecta subiectis siue subiecta superiectis et membrum tota mouet et formarum ueritatem tota conspicit et totum praeter hoc corpus ubique tota sentificat. cum ergo, ut dictum est, aeternis illis hisdemque semper formis intenta ad exempla earundem formarum tetragonum siue hexagonum uel rotundum corporeum

1 possumus] manum n stante bracchio non mouemus *add. G* humeri// *R* 3 illud *B* 4 cum E^2 *in marg. GHMRS, om. rell. et Sch.* totum *B* 5 ut *om. Schottus, inserit autem post* est 9 animae *Mb*, anima *rell. et Sch.* corpus *Mb*, corpori *rell. et Sch.* 14 quaeam *AB* 15 adtentiorem — lectorem A^1B $C^1H^1R^1M$ (*qui* sic Plautus *literis rubris exaratum habet in marg.*), adtentiore — lectore *rell. et editores* 17 nutu *Mb* conspiciatur BC^1p^2 18 subiectis] superiectis *b* 19 subiectis superiecta *AB CFHLRS*, superiectis subiecta *DE* 20 uarietatem *PT Sch.*, *sed cf. pag. 66, 7* 21 sanctificat *p* aeternis] et ternis p^2 22 hisdemque *Mb* (*cf. indicem*), isdemque *ABCGHLRS*, eisdemque *DEF' Sch.*, iisdem *p* 23 hexagonum *b*, exagonum *DEFGM*, sexagonum *rell.*

per corpus efficere molitur, certe si aliorsum mentem oculum scilicet suum uerterit, ut puta uolens quadrum facere rotundum cogitet aut uolens scribere Pauli nomen cogitet nomen Simonis: nonne protinus ad id exprimendum siue figurandum agitur motus membri, ad quod cogitandum transiit nutus animi? stabit ergo anima in contemplatione formarum ut moueat corpus in figuratione formabilium, quae formarum ueritas nisi rationali conspicabilis non est. stat enim omnis anima in adpetitu rationalis et in consilio. non autem credibile est quod, cum nutu animae scriptoris manus ad scribendum mouetur, anima quoque manus agitatione moueatur, quae nisi literarum formas inmobiliter atque inlocaliter adspiceret, easdem motu digitorum localiter formare non posset.

Sed forsitan dicis: illa pars animae, quae in scribentis digitis est mouetur, et reliqua non mouetur. hoc illi porro contendunt qui animam partilem putant, quamquam indissociabili consequentia, si corporea foret, partilis foret, quia et partile quod corporeum et corporeum omne quod partile. inquiramus igitur disicine in partes animus queat, ut moueri parte sui pro corporis parte possit necne

1 moliuntur *ABCHS*, moliuntur *B* aliorsum mentem] aliorum sumentem *B*, alio rursum mentem DE^1FP, aliudl rursum cogitans mente alio *Mb*, *quod si tenere uis, scribendum erit*: aliud rursum cogitans alio mentem mentū *S* 2 pute *G* 3 cogitat ABF^1HLRS nomen pauli *S* 4 symeonis *S* 6 anima] humana *add.* *G* mouat BC^1R^1 7 figurationē *G* 8 rationali *E* *Schottus 'e uetere scriptura'* 10 nutus M^2b, natus M^1 11 mouet *Mb*, moueatur p^2 animam *Mb* manuum *p* moueat *Mb* 13 possit $ABCG^1H^1R$ 14 sed] si *add.* *LS* 15 rerіqua *S* mouentur p^2 16 partibilem *ABDEFMPb* 17 partibilis *ABDEFP* 18 partibile *DEFP* 19 partibile *DEFP* an *ante* inquiramus *add.* *G* igitur] si *add.* *Mb* disi cine *A*, discsicine *M*, discindi *b*, dissici an secari ne *G*, dissicine *rell. et Sch.* (dissico *i. q.* seco ac diuido, *cf. indicem*) 20 ut *om.* GM^1, et aut *uel* et an *Schottus in notis*, et *idem in textu* emouere *G*, mouere *Mb*, amoueri *Sch.* pro *om.* *Mb*, per *G* partem $GHMR^1b$ nec *ABDFP*

uideamus. ac primum illud excutiendae quaestionis huius potissimumque sit nobis, ut, si habet partes animus, secari possit in partes. aduertamus ergo animo, quod nullum corpus aut tangi simul totum aut simul tangere totum potest, et anima in suis quibusque motibus uel actibus tota simul est. nam, ut supra disputauimus, omne corpus quamlibet maximum quamlibet minimum habet longitudinem latitudinem et altitudinem. subiacet autem pro numero partium sex utique motibus. mouetur autem omne corpus sursum deorsum, in dextrum ac sinistrum, priorsus et retrorsus. mouetur autem etiam motu septimo, sicut est rotae et sphaeroidis, qui perfectus motus ad aeternitatis indicium a se et per se et in se peragitur. omne igitur corpus, ut diximus, sex partes habens, sex motibus subiacens habet utique pro crassitudine sui aliquid etiam medium. exteriora namque in corporibus omnino nulla essent, si interna quoque non essent. quodlibet ergo corpus etiamsi clausum manu in exterioribus suis per totum tangatur, in interioribus certe non tangitur. hinc patet omne corpus totum simul tangi non posse, nec uno in loco esse quamlibet minimum totum posse, ut puta granum papaueris aut quotalibet pars grani ipsius quod illic non habet inferiora sua ubi superiora, nec illic dextra ubi sinistra, nec anteriora illic ubi posteriora certum est. anima uero et tota per cor-

1 uidebimus *ABDF* uideamus //// primum *R* excutiendam (ad *supra*) *R* 2 potissimumque sit] potissimum quaesitu *coni. Barthius* 3 posset *C* animo *MR²Tb Sch.*, animum *rell.* 6 maximum *Mb*, magnum *rell. et Sch.* 7 et *om. libri praeter GM* 10 ac *om. ABDF*, a *C* retrorsus *G²Mb*, retrocessus *rell. cum PT et Sch.* 11 est] et *p* spheroidis *G*, spheroides *AHLRS*, speroides *BDEF*, sphaereides *Sch.*, sfere id ē *M*, sphaerae id est *b* profecto *p²* 12 modus *S* 13 sex partes habens *om. A¹BR* 14 subiacet *R²* grassitudine *M*, grossitudine *b* 17 clauium *C*, plausu *b* manu *om. M¹*, manuum *b* 18 tangitur *C* *uerbis* patet omne *finitur pag. 40 codicis L, sequens folium deest* 19 posset *S¹* uno *om. ABDEFPp²* loco] eodem *add. DPp²* 21 quod] non *G* illa *A* habet] in *add. R* 22. superiora] sua *add. Mb* illa *A* dextera *BDFL* 23 certum est *Mb*, *om. rell. cum PT et Sch.*

pus uidet et tota uisorum recolit et tota audit et tota sonorum reminiscitur et tota odoratur et tota odorum meminit et tota per linguam atque, ut uolunt alii, per palatum sapores sentit eosdemque discernit et tota tangit lenia quaeque et aspera, tota probat atque inprobat. mirum autem uidetur iuxta necessitatem localitatis temporum, sicut supra disserui, quod anima totum corpus tota uegetat et toto nihilominus uiuente corpore totoque sentiente per minimam partem corporis, quod est uisus, tota simul accipit formas et per eiusdem corporis partem, quod est auditus, tota simul accipit uoces et per exiguum narium membrum sentit tota fraglantias et per gustandi sensum tota diiudicat saporum differentias et calida uel frigida summo tantum digiti tota discernit. si ergo localiter tota adest oculo ut uideat, quo modo omnibus simul sensibus tota non deest, ut ubique tota sentiat et singulas corporis partes non partibus suis, sed tota se uegetet et per diuersum simul tota sentificet? cum ergo haec animam localiter actitare persuaseris, tunc localem mihi eandem uel partilem persuadebis. et tamen haec adhuc omnia homini belluaeque communia sunt.

XVIIII.

DE ANIMA QVIA QVANTITATI NON SVBIACET.

Igitur si inlocalitas animae uel aliquatenus adparuit, cum nondum de principali, hoc est de rationali nostro disputauerim, in quo utique incorporalitas atque inlocalitas clarius elucebit:

1 recolet *BCHR*^{1} 2 adoratur *C* 3 saporis *R*^{1} 4 lenia quaeque *Mb*, lenaque *HS*, leniaque *rell. et Sch.*, leuia quaeque *p*^{2} 7 toto] tota *CDEF* 9 accepit *R* corporis] formae *add. R* 10 totum *ABCHR* 11 fraglantias *DEF*^{2}*MS*^{2}, flagrantias *rell.*, fragrantias *editores* 13 digiti *Mb*, *cf. pag. 73, 6,* digito *rell.* 16 se *om. Sch.* 17 sentificat *BDF* ergo *om. S* accitare *R* 18 ////suadebis (*erat* uel *in rasura*) *R* 19 hominibus *CG* 23 aliquatinus *S* 24 de *ante* principali *om. Mb*

quatenus anima nec quantitati subiacet disseramus, quamlibet, ubi localitas non est, quantitas esse non possit, quia sibi ita mutuo haec eadem nexa sunt, ut aut utrumque in aliquo esse possit aut neutrum. ex illis Aristotelicis categoriis nulli prorsus subiacet essentia diuina, rursus anima humana non omnibus subiacet, porro corpus quodlibet subiacet omnibus. nam de deo non dicimus qualis est, quia non potest conparari quasi ad aliud, ut dicatur: talis est. nec dicimus quantus est, quia non mole magnus est, nec quid habet, quia nihil non habet, nec quo modo est, quia ipse modus est, nec habitum eius inquirimus, quia continet omnia, nec locum, quia non nisi corpus in loco est, nec tempus, quia sempiternitas est, nec actum, quoniam quietus agit, nec passionem, quia non patitur. iam decima, immo prima est ipsa substantia, de qua haec praedicamenta texuntur.

XX.

QVOD ANIMA QVALITATEM RECIPIAT.

Humana uero anima sicut quantitatem non recipit, ita subiacet qualitati. nam si de quopiam quale sit corpus eius inquirimus, sic uidelicet qualitas corporis indicatur: flauus est ille, coloratus est, pallet ille uel niger est. sin uero de anima consulamus, ita nobis qualitas eius ostenditur: superba est, humilis est, iracunda, tranquilla est, ualde meminit aut celeriter obliuiscitur. quantitas itidem corporis si quaeratur, iure

1 ne *Mb* quantitatis *R*, quantitat$\overset{i}{e}$ *S* quamlibet] licet et p^2, licet *PT Sch. in notis* 3 adnexa *Barthius* esse] non *add. A* 4 catagoriis *R* 6 quodlibet corpus *S* 8 nec] non *ABDEF* 11 quia continet omnia *om. R* 14 decimam R^1 17 recipiat] quantitatem non *cum ABR add. M*, *qui praeterea adicit* claudiani *capituli initium a uoce demum lin. 23* quantitas *sumit M* 18 ista *M* 19 si *Mb*, *om. G*, sicut *rell.* 21 coloratus *scripsi*, oculatus *libri et Sch.*, aquilus *Barthius* pallidus *b* 23 est *post* tranquilla *om. b* 24 quan$\overset{u}{t}$as *S* quantitatisit idem *R* itidem] siquidem *Mb* corpus R^2

nobis dicitur: illius in pedes quinque protenditur longitudo, latus est duobus itidem pedibus, habet in crasso tantundem. num quantitas animae istis signatur indiciis, aut in illa longum uel latum uel spissum aliquid inuenitur? quod si ita est, tanto quisque maioris erit animae, quanto corporis capacioris, nec umquam perexigui corporis hominem magnanimem uere diceremus, cum ingentis corpulentiae pusillanimes plerumque dicamus. sicut dicimus 'magnanimus Moyses', cum rubri maris uias intrepidus ductor intrauit, et 'parui animi populus', qui hoc ipsum facillimum factum fore deo promittente non credidit. ecce populi totius animo unius hominis animum sine ambiguitate maiorem uidelicet uirtute, non mole, quoniam si mole, maior moles esset uel duarum animarum quam unius, non dico multarum. est ergo in anima qualitas, sed quantitas non est, quoniam quod adfectuum mutabilitati subiacet qualitatem recipit, quod uero non habet molem, non habet quantitatem. hinc est quod emoriens omne corpus animatum non amittit animam, sed dimittit, quia non egreditur quod non includitur, nec amittitur quod non tenetur. si enim tenetur, non amittitur, et si non amitteretur, non moreretur, unde non poetice, sed philosophice Papinius ait:

2 in crasso] ingressu *R* 3 nam *Mb*, iam *Barthius* animae] non *add. Mb* 4 nisi *Barthius* 5 erit] est *HS* capacior erit *Mb* 6 perexigua *AB* magnanimum *Gp* 7 corpulentae *B*, co^{r}pulentiae *S* pusillanimos *libri praeter Mb et Schottum* 8 magnanimus *b*, magnianimus *M*, magnus animus *rell. cum PT* moyses *Mb Sch.*, moysei *CHRS*, moysi *rell. cum PT* 9 populos *ABCH*^{1}*R* 10 factum *F*^{1}*GHMRSb*, *quod defendit etiam Schottus in notis*, factu *rell.* factum] esse *add. ABDEFHRS* fore *om. DEF* 10 pmittente *Mb* 11 tocius *GM* anim$\overset{a}{o}$ *S* animo *S* 12 maiorem] dicimus *add. Sch.* 13 molis *ABCG*^{1}*H*^{1}*MRb* esset *om. libri praeter Mb et Sch.* 15 quod] si *BDEF* mutabilitate *AB* 17 demoriens (ri *in rasura*) *R* 19 teneretur *G* 20 dimittitur—dimitteretur p^{2} non amittitur—amitteretur *om. G* *uerba* et si non—moreretur *ut spuria exturbanda olim censuit Barthius, postea* et si amitteretur, moreretur *scribi iussit: utrumque falsissime* non *Mb*, nemo *rell. et Sch.*

...odi artus fragilemque hunc corporis usum
desertorem animi.

quod ut magis pateat, hoc ipsum diligentius uentilemus atque ab extremo uiuentium genere ad rationalem quoque uitam ordinatim gradatimque ueniamus, ut tria illa, memoriam consilium uoluntatem, quibus humanae animae confit unitas, uidere possimus, quamlibet rationali atque inrationali meminisse commune sit.

XXI.

QVOD MEMORIA RATIONALI ET INRATIONALI ANIMAE COMMVNIS SIT ET OMNIS CREATVRA SIT HOMO.

Vnde non absque uero dicitur in memoria esse hominis pecudisque confinium. nam et nidos ciconiae atque hirundines post annum reuisunt, et equi stabula repetunt, et canes dominos recognoscunt. sed quoniam animae belluarum etsi imagines locorum naturaliter retinent, ipsius tamen substantiae suae scientiam non habent, in recordatione corporalium rerum, quas per corporis sensus hauserunt, necessario remanent et ratiocinandi non habentes oculum, non dicam supra se aliquid, sed se ipsas uidere non possunt. gratias ergo, si non quantas debet, at quantas potest, creatori suo totus homo referat, qui illi ineffabilis benignitatis largitate essentiam cum lapidibus, uitam seminalem cum herbis et arboribus, uitam sensualem

1 Stat. Theb. 8, 738

1 usus *B* 3 mage *G* 5 gradiatimque *R* 6 cumfit *DR*, conficitur *Mb*, constat *p*^{2} 7 *uerba inde a* quamlibet *cum sequenti capite coniuncta leguntur in Mb* 12 *initio huius capitis quaedam uerba excidisse opinatur Barthius* non] nunc *HS*, ṇụṇc *B* 13 et] ad *ADEFP*, et ad *Sch.*, *om. S* irundinis *B*, irundines *S* 14 reuersi sunt *ABHPRS*, reuerse sunt *DEF*, reuersae sunt *Sch.* 17 recordationē *Mb* 20 ipsa *C*, ipsis *ex* ipsas *R* si] etsi *b*, et *ante* si *add. M man. rec.*, aut *p*^{2} 21 aut *BD*^{1}*EF*^{2}, uel *Mb* 22 benignitates *M*^{1}, *om. B* largitate *add. M*^{2} *in marg.*

eandemque animalem cum pecudibus, uitam rationalem cum angelis dedit. igitur ut herbarum quoque et fruticum uitam incorpoream esse pateat eandemque non amitti a corpore, sed dimitti, quaero a te herbas et arbusta utrumne neges uiuere, an forsan dicas his ipsis uiuentibus aliquibus ut uiuant animas inesse. sed animata si essent, motu proprio non carerent, quia sunt quae mouentur motu non proprio. sentirent etiam uulnus inflictum. sed haec talibus non inesse uel de ossuum sectione et capillorum atque unguium praecisione cognoscimus, quae sine ullo sensu doloris abscidimus. est ergo etiam ibi uita, ubi non est anima.

Adspice nunc ad conficiendam hanc ipsam arboris uitam omnium elementorum particulatim semina conuenisse. est illi uidelicet terra in crassitudine, aqua in humore, aer in progressione, ignis in germine. si autem de aere est anima aut aeri similis, ut tu pronuntias, ergo arborem non negabis animatam, quia perspicuum est aeri similem illi inesse naturam. inferiora nempe rato rerum ordine a superioribus adficiuntur: transacto scilicet frigore brumali per conuersionem caeli recursu siderum calor superne ueniens aerem sibi et loco et natura proximum prius adficit. qui quoniam tanto gradu igni cedit, quanto ipse aquis eminet, per radices arborum uel quorumpiam germinum de terrae intimis aquas adtrahit eo quod ignis elementum omnia naturaliter rapiens tepefactum aerem ad se cogit, perque arboris medullam sicut ipse haurit

2 *ad* herbarum *E in marg.*: alius codex 'beluarum quoque et hñtiū' *adnotat* 3 corpoream *GR* 4 utrumnam *G* 5 forsitan *libri praeter CGM et Sch.* aliquibus *om. Mb*, aliquas *G* 7 sentiret *S* 9 ossuum *HR*, ossum *Mb*, ossū *S*, ossium *rell. et editores* 10 agnoscimus *HS* abscindimus *M editores* 11 *a uerbis* ibi uita *incipit pag. 41 codicis L* animata *HLS* 15 autem *D*, aut *BCEFHLMRb* 16 arborem] aerem *R* 17 animatum *R* aeris *G* similem illi *scripsi*, simili *ABCH^{1}MSb*, similem *DFH^{2}LR Sch.*, illi *G*, illi similem *E*, simili similem *mauult Hartelius* 18 nempe rato] temperato *DF Sch.* rat//o *S* a *om. libri praeter Mb et Sch.* efficiuntur *C* 20 superueniens *editores praeter p^2* 21 loca *B* 23 adtrait *R* 25 sicut] sic *Sch.*

aerem, sic aer aquam, sic aqua terram. unde est quod etiam nos per fistulam uel cuiusce modi tibiam adtracto aere aquas indifficulter haurimus, et e puteorum profundis artificiose conpacto machinamento quodam sursum uersus unda grauior ob naturam cogitur et aeris adminiculo in angustos tubulorum meatus ui conpulsa labrum tenus supra summum putei expressa prolabitur. haec ergo dissonantia contrariorum sibi corporum, ut quodlibet uiuens corpus exsistat, in quandam concinentiam cogitur nutu creatoris. ex his autem elementis quattuor, quae moderate musiceque in arboris uita sibi concinunt, si quid contra mensuram uel superfuit forte uel defuit, aegrescit arbor ipsa primum, dehinc emoritur ueluti uicta languore. cernis istic dissonantibus ab unitatis concinentia corporis partibus uitam potius a corpore deseri, quam corpus a uita dimitti. constat igitur omnem uitam nec localiter abscedere a corpore nec in corpore uelut in loco esse nec localiter corpori accedere.

Hic si causalium rationum secreta rimare, animaduertas licet

2 fistulam *GM*, fistucam *BCH*[1]*R*, festucam *rell.* huiusce modi *Gp* 4 sursus uerso *ABDE* (*in marg.*: alius codex 'sursum uersus') *FP* 5 angustiis *G* tubulorum *E in marg.* alius codex *addens*, tabul^a^orum *G*, tu//barum *D*, tubarum *E in contextu*, tuborum *rell. et Sch.*, tumorum *Barthius* 6 metus *D* ui] aut *p* labrorum *C*, labro *DEFP Sch.* puteis *Mb* 7 probabitur *R* 8 existit *A* continentiam *ACR*[1]*p* 9 nuto *S* qui *ABCF*[1]*GHLRS*[1] 19 moderāt' *M*[1], *corr. M*[2] *in marg.*, moderantur *b Barthius* musice quae *MRb*, musice quibus *uel* musicae qua *coni. Barthius* uita *MRb*, uitam *rell. et Sch.* ibi *ABHLS*, mihi *R* 11 sup^a^fuit *R* arescit *b*, *quod suprascr. man. rec. in M* 12 et moritur *G* uita *p*[2] langore *ACM* 13 istis *Mb Sch. in textu*, ista *ABE*[1]*FP Sch. in notis* continentia *A* *totum enuntiatum sic exaratum est in M, ut literis rubris unicuique uoci superscriptis hanc uerborum collocationem esse librarius uoluerit*: a m n p r q s o c f d e b g i k l h 16 esse nec] esse non *C* corpori *Mb*, corp' ^ori^ *R*, ad corpus *Gp*[2], corpus *rell.* 18 hoc *M* se *b* causalibus *p* rimere *G*, rimar^i^es *R* animaduertis *MR*[1]*b* liquet *suadet Barthius*

defore fixis uiuentibus animam, sed non defore incorpoream uitam. atque ut unum aliquod ex omni seminum genere deligamus, granum certe tritici quantae sit magnitudinis scimus eiusdemque capacitate sui admodum molem metimur. cuius si quid internum corporeum uidere uelimus, scisso eodem nihil nisi tantum candentis farris adspicimus, quantum breuis capacitas tenuissimae cutis includit. ecce tibi in spatio corporali summam grani triticei. da tu nunc in hoc eodem granulo corporaliter mihi tumores germinum, herbarum uirentia, calamos stipularum, spicarum hispida, leuia palearum, pinguia frugum atque ex his indefessim multiplicandorum semina seminum, quae omnia in illo sunt granulo causalibus reposita secretis. nunc igitur aut cuncta quae de seminibus prodeunt intra eadem semina corporaliter ostende aut herbarum quoque uitam incorpoream confitere et pronuntia, si placet, corpoream hominis animam et corpoream fruticis uitam. quod quia nemo hominum incolumi potest ferre iudicio, transeamus ad animata uiuentia, quae non solum uiuunt, sed etiam sentiunt.

Est ergo in pecude corruptibile corpus et mortalis anima, quae uitam corporis nec anticipat nec posticipat. uides ergo uitae seminali, quam in herbis arbustisque repperimus, in corpore pecudis per adpetitus animae sensum motumque tribui,

1 fixis] uix his *Mb*, mox his *Barthius*, terrae fixis *G* 2 aliquid *R* diligamus ABH^1R^2, delegamus LR^1S, eligamus *G* 4 eiusdemque *EG*, eiusdem *rell. et Sch.*, et eiusdem *b* capacitatis *G*, capacitatem *HLRS* ammodum $ABCFH^1MR$, modum *G Sch.*, modi *b* molem *Mb*, mole *rell. et Sch.* mettimur LR^2, metitur *D*, mittimur BCH^1R^1, mittimus *M* 5 uolumus *Mb* iscisso *R* 8 granum tritici *M*, grani tritici *b* 9 calamostipularum *R* 10 stimularum *C* hispida] spida *CMR*, spicula *b* 11 indefessim *Barthius coll. pag. 45, 7*, indefessis *libri et editores* 12 causalib; *M*, causalibet *b*, causaliter *Barthius* posita secretim *coni. Barthius* 14 ostendere BCH^1R 15 incorpoream H^2 Sp^2 17 incolomi *RS* 20 postificat *R* ergo] quod *add. Sch.* 21 reperimus *EM editores*, inuenimus (l reperimus) *D* 22 anima *Sch.* totumque *C* tribuit BH^1MR, tribuat *Sch.*

sic tamen, si ipsum corpus conuenienter elementis analogice concinentibus probe ualeat, ut nutibus animae consentaneo motionis concordet obsequio. quo modo autem fit ut anima eodem nutu sanum infirmumque membrum dispariliter moueat? ecce ille laeuae manus uigore ualet, usum dexterae ictu ut adsolet humoris amisit: manus reliquo adhaerens corpori, etsi non in eodem uigore, in eadem permanet specie, nec tamen seruit nutibus animae. quid dicemus, pulsa exinde localiter cessit anima? et quo abiit, quo inde discessit? sed forte ad reliquam partem sui se contulit: sed iam totum corpus inplebat anima, et potest adici pleno quippiam quin superfluat? ergo fortassis exhalandum est aliquid animae uel eructuandum aut quoquo modo digerendum eo quod non integrum corpus non integram capiat animam. haec certe absque ambiguo consequi necesse est, si corpus est anima. quod quoniam fieri nequaquam potest, illud potius intuere quod non anima imperandi uim perdidit, sed uires seruiendi manus amisit. illo enim ut puta sanguinis inpetu coniuentium elementorum harmonia turbata corpori adimitur seruiendi possibilitas, et animo dominandi accidit difficultas et incipit esse oneri quod erat usui. non tamen anima mouendi uim perdidit, sed membrum conuenienter se necessariae motioni non praebuit, et in quolibet oculis capto, quantum ad animam spectat, remanet uis uidendi corporalia per corpus, sed organi membra defici-

2 continentibus *A* ut] et *R Sch.* motibus *R* 3 quo modo] qui *G* sit ut *R*, sicut *p* 5 dextrae *editores* hictu *CHR*, iactu *A* 6 humeris *R* aliquo *G* aderens *R* 7 non in *om. p* 8 dicimus *G* 9 quod inde *Mb* 11 et *CM*, nec *rell. et b Sch.*, non p^2 qui in *R* 12 superefluat p^2 13 eructandum *A editores* quo modo *BCDE*^{1}*FR* dirigendum *GM* 17 prodidit *BCHLRS* 18 coniuentium *MR*, conniuentium (l coniuentium) *Sch.*, conuenientium *E*, connentium *CG*, conuiuentium *HLS*, conuenientium *ABDFb* 19 adimittitur *R*, admittitur p^2 20 aceidit *GM*, acc[d]ipit *C*, accedit *rell. et Sch.* 21 sed *Mb*, si *rell. et Sch.* 23 expectat *R* 24 uiuendi *A* organa *ADEFP Sch.*, organis *G* membra *Mb*, membrorum *rell. et Sch.* deficitur *G*, defitiunt *S*

unt, quibus potentias suas exserat ad sentienda corporea. sicut ergo ratione perspicua claret liquido non animam membro debili localiter pulsam, sed ab animae intentione uiuaci membrum languore torpens uelut quadam mortis uicinia dissidere: ita cum animalis cuiuspiam corpus dissonantia sui dissederit, recurrentibus ad regiones suas elementorum particulis anima non habens quo intentiones suas explicet pecudis deperit, humana requiescit ab his tamen tantum motibus, quibus corpus mouebat per loca ipsa per tempus inlocaliter mota.

Non se nunc aliqua ueluti corpuscula oculis mentis obiectent, ut animas positis corporibus quaedam loca aeris aut cuiuslibet elementi occupare credamus. intellectum tuum, si potes, intellege, cui soli cum angelo haec uidere concessum est. num quippiam in intellectu tuo longum, latum aut altum uides? num splendor ullius corporeae lucis ibi rutilat? num aliquis cantilenae modificatus et per tempus fluens canor illic insonat aut euanescentis fraglantiae suauitas halat aut aliquid istic corpulentum sapit aut aliquid molle uel durum localiter tangit? uisus illius clarescit prudentia, tenebrescit insipientia. auditus illius fallacia offenditur, ueritate mulcetur. inlocaliter illi fraglat aequitas, foetet iniquitas, uanitate tabescit, uirtute pinguescit. miser est contubernio stultitiae,

2 prespicua *C* anima *R* 3 uicaci *C* 4 dissidere *Barthius*, dissidens *M superscr. man. rec. et b*, dissidentem *libri et Sch.* 5 dissederit *scripsi*, desiderit *Mb*, disciuerit *rell. et Sch.*, desierit *p* 6 recorrentibus *R* 8 tamen *om.* S^1 9 mouetur *Mb* 10 mentes ABF^1H^1R 11 animus *R* corporibus positis *R* 13 potest CS^1 solo *HS* ficessum *A* 14 in *om. S* 15 illius *p* 16 aliqui *CHLRS*, aliquid *Mb* fruens *Mb* candor *L* 17 fraglantiae $DEFMS^2$, flagrantiae *rell.*, fragrantiae *editores* alat *MRb*, halatur $ABDE^1FGP$ 18 ista $ABDE^1F$ *Sch. in notis*, stic *M* corpulentia *BDEF Sch. in notis*, corpulentium *A*, corpolentum *R* mole *R* 19 tangit *Mb*, tangitur *rell. et Sch.* prudentia] sapientia Cp^2 20 offunditur *LS* unitatem *R* mulcitur *CHLRS* 21 illic *M editores* fraglat *DEFM*, flagrat *rell.*

beatus conplexu sapientiae. totus igitur oculus est, quia totus uidet et totum quod inspicit uidet, quodlibet autem corpus nec totum uidetur nec totum uidet. totus auditus est, quia totum quod audit totus audit, corpus autem nihil totum audit. et totus odoratur, gustat ac tangit, cum huius modi unitas et potentia in corpore esse non possit. hoc autem idcirco illi suapte natura est, quia ibi hoc est uidere quod audire, hoc audire quod olfacere, hoc olfacere quod gustare, hoc gustare quod tangere. sed occurrunt animae phantasiae corporum, quibus per sensus corporis adfecta non locis, sed fallaciis circumscribitur, et quia illorum tantum meminit, quorum species per corpus accepit, nihil esse credit quidquid tale non fuerit, nec suspirare potest illi patriae, de qua in hanc peregrinationem merito praecipitata est, cum peregrinari se nesciat. peregrinam se uero in corpore scire non poterit, si corpus esse se credit, unde uir ille, quem sui iam substantia non latebat, sic ait: c u m s u m u s i n c o r p o r e, p e r e g r i n a m u r a d o m i n o. a u d e m u s a u t e m e t b o n a m u o l u n t a t e m h a b e m u s m a g i s p e r e g r i n a r i a c o r p o r e e t p r a e s e n t e s e s s e a d d o m i n u m. quid, quaeso, dici clarius potest? omnia corpora siue crassa uel grauia, ut est aqua uel terra, siue tenuia et leuia, ut est ignis et aer, siue illa quae ex his confiunt seminaliter coeuntibus corporis nomine includi non ambigitur. quidquid autem qualelibet corpus est, dici potest leuius corpus, tenuius corpus, habilius corpus, sublimius corpus, clarius corpus, non tamen potest dici nisi corpus. apostolus

17 II Cor. 5, 6 et 8

1 conplexus *AB* 3 nec totum uidet *add.* A^2 *in marg.* 5 cum huius modi] cuius $\overset{o}{m}$ *G* 6 uanitas BH^1 7 suaapte *BCHLM* RS^1 naturę *G* 8 olofacere *ABCHR*, olefacere *EF* hoc olfacere quod gustare *om. libri, add.* M^2 12 quidquid] quod *R* 13 suspirari *A*, suspicare BCH^1L^1R, suspicari M^1 14 nescit *Mb* 15 peregrinari *Sch.* 21 uel] et *b* $\overset{d}{\&}$ $\overset{e}{\text{est}}$ $\overset{e}{\text{aqua}}$ $\overset{a}{\text{ut}}$ (*ex* uł) $\overset{b}{\text{terra}}$ *M* 23 confinunt *F*, $\overset{ci}{\text{confiunt}}$ *B*, conficiunt *C*, conficiuntur D^2p^1 24 $\overset{lo}{\text{quaelibet}}$ *S* 25 $\overset{h}{\ }$abilius *ex* aliilius *R*

autem qui dicit: cum sumus in corpore, peregrinamur a domino, uidetur mihi quod nequaquam peregrinari in corpore animam diceret, si eandem corpus esse censeret, quia si anima corpus est et peregrinatur in corpore, in sua ergo substantia peregrinatur, nec umquam poterit non peregrinari quae sine se esse non poterit. nulla autem res ipsam se ullatenus amittit, quia non potest quidquam esse post se. facilius enim est aliquid prorsus aboleri ne quidquam sit, quam se et amittere et sibi superesse. aut igitur anima corpus est et fefellit apostolus, aut si peregrinatur in corpore, anima non est corpus.

XXII.

INTERROGATIO ADHIBITA QVALITER ANIMA PEREGRINETVR IN CORPORE.

Subicias his fortassis ac dicas: quo modo hic tantum peregrinari dicitur anima eo quod sit in corpore? si resurrectionem probe credimus, in illa quoque aeterna patria non sine corporibus futuri simus. hic respondeas uelim, utrumnam idcirco nunc anima peregrina dicatur, quia in corpore, an quia in tali sit corpore? istud nempe corpus, ut supra memoraui, adgrauat animam non illo utique pondere quod pendi potest, quia si illo, eo quisque uiribus plus ualebit, quo magis corpus inedia uel aegritudo

21 Sap. 9, 15

1 quid *M editores* peregrinemur *A* 3 animum *p* eundem *p* esse corpus *R* 6 sine inse *S* se ipsam *Sch.* 8 nec *R* 10 anima] est *add. Barthius* anime *R* 13 peregrinetur *scripsi*, peregrinatur *M cum ABRS* 15 his *om. ABD EF*, hic *G* tantum *om. R* 17 credimus] an quia in tali sit corpore *add. LRS* 18 sumus *DEFM editores* 20 dicitur *AE*, dr̄ *BF* corpore] moratur *add. T Sch.* an — corpore *om. libri praeter CGM*, *uncis inclusit Sch.* 22 ł utique quoque *S* eo *om. HLS*, quo *BCFRp²* eo////quisque *E* quisque] corpori *add. R* 23 quo] eo *p²* mage *G*

tenuauerit. unde hoc quoque multum nostris adstipulatur rationibus, quod liquido claret secundum illam uitam, quae nobis cum pecudibus est, hominis animam exeso atque arido quam pasto ac succulento corpore magis onerari. quod eo fit, quia fessum corpus non ita ualet animi nutibus facili motu seruire et onerosa illi est non ponderis grauitas, sed agendi difficultas. ac perinde si belluinam uitam, quam nobis istic inesse manifestum est, cogitamus, corpus istud non adgrauat animam: si uero illam quae cum angelis erit adspicimus, adgrauat animam occupando eam atque inliciendo uel necessariis uel uoluptuosis defigendo eandem in pulchra corpora et a contemplatione summae pulchritudinis abducendo. istud ergo quod uel esui aut potui necessario in salutem corporis opus ⟨est, si plus quam opus⟩ inpenditur, uel superflue uoluptatum nugis animus occupatur uel plagis ac doloribus per corpus adfligitur, adgrauari eandem et pro multitudine ac difficultate actionis onerari perspicuum est. et haec est illa peregrinatio, de qua dicit apostolus: cum sumus in corpore, peregrinamur a domino. cum uero ad illam corporis permutationem peruenerit qui meruerit, de qua idem dicit: omnes resurgemus, sed non omnes inmutabimur, non obuiabit tunc nutibus animae corpus animale quod non erit, sed per omnia seruiet spiritale corpus quod erit. sed nec illud quippiam concupiscet indignum, nec haec aliquid imperabit

20 I Cor. 15, 51

1 tenuauerat *BF*[1], tenuerat *Sch.*, tentauerit *p*[2] astimulatur *C*, asstipulatur *S* 4 suculento *DFS*[2], succulendo *ABCHL*, suculendo *RS*[1] 7 ista *ABEF*, $\overset{ista}{ita}$ *D* 9 animam — adgrauat *om. M*[1] uero *om. libri praeter M*[2] 10 $\overset{i}{illicendo}$ *S* innecessariis *Barthius* 11 corporea *libri praeter GMb et Schottum* 12 stud *HLR*, isto *editores* 13 opus] plus *Barthius*, si opulentius *et* necessarium *coni. Hartelius*, *sed magis speciosa altera Hartelii coniectura*: opus ⟨est, si plus quam opus⟩ *scribentis*; *uerba* est — opus *a libris absunt* 16 aggrauare *Sch.* eandem *Mb Sch.*, eundem *rell.* 17 honerari *D*, onerare *Sch.* 21 resurgimus *R* obuiauit *GH*[1] 24 concupiscit *BCEFGHLRS* imperauit *BCEFGH*[1]*R*

iniustum, et quoniam sancta anima adfectu casto in deum rapitur, animaduerte nec peregrinationem illi localem esse nec patriam. numquid in hac uita deus cum anima non est, etiam si ipsa cum deo non sit? aliud enim est esse cum deo, aliud non esse sine deo, quia non localiter ad illum uenitur nec localiter ab illo disceditur. proinde anima illa cum deo est, quae uidet, hoc est intellegit deum, et illa cum deo non est, quae utique non intellegit deum. deus autem et intellegenti et non intellegenti adest inlocaliter. sed in tantum istic peregrinatur, in quantum per uoluptatem ac dolores corporis per loca uel tempora, per phantasias et phantasmata a summi boni contemplatione reuocatur, quod tunc ad plene non erit, cum corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem et mortale hoc induerit inmortalitatem.

Quae cum ita sint, peregrinatur anima in corpore, cuius corruptione, debilitate atque indigentia a patria, hoc est a deo separatur. puto autem substantiam, cuius peregrinatio locale est atque corporeum et cuius patria incorporeum et inlocale, non ueraciter dici uel corpoream uel localem. in illo autem peregrinatio non erit, cuius nullo adpetitu prolicietur, nullo renisu occupabitur, nullo pondere praepedietur. patet, ut arbitror, animam non in omni corpore, sed in carnali tantum corpore peregrinari, quia carnale corpus obuiat et spiritale proximat incorporeis. ergo, ut aliquando de nostra tantum, sicut praelocuti sumus, substantia disseramus, quis potest memoriae solius abyssos intueri et antra penetrare? in

13 I Cor. 15, 53 sq.

1 effectu *BDEFR* 2 locabilem *libri praeter GMb et Schottum* 4 si *om. ABH* est enim *S* 5 non *ante* esse *om. G* laoaliter *R* 9 ista *ABDEFp²* 10 uoluntatem *HLRS*, uoluntates *G* hac *R* doloris *ABH¹R* 12 plenum *p²* 13 incorruptionem *G* 14 hoc *Mb*, *om. rell. et Sch.* 15 quaecumque ita sit *RT* sit *H¹MRTb* 19 inlocale] est *add. M¹b* 20 illo] loco *G* 23 carnali *R* 24 in corporeis *b* 25 p̃rolocuti *D*, prolocuti *R editores* fuimus *G* 26 abyssos memoriae solius *b Sch.*

ista mihi est quidquid usquam colorum formarumque uidi, in hac quidquid uerborum uel sonorum per aures accepi, in hac quidquid odorum per nares adtraxi, in hac quidquid saporum diuersitate cognoui, in hac quidquid tactu nuntiante discreui, in hac mihi reposita quodam modo sunt et grammatica, cum de dialecticis dissero, et rhetorica, cum de geometricis, et astrologica, cum de musicis, et hae simul omnes, cum de arithmeticis: iuxta formas partium mundi, quas uideo, de his quas non uideo adminiculante ratione cognoscens incorporea mundum capacitate conplector.

XXIII.

QVOD ANIMA INCORPOREA INCORPORALITER VIDEAT PER SE, CORPOREA VERO PER CORPVS.

Sed dicis mihi: non mundum memoria conplecteris, sed figuram mundi. uel ex hoc intellege animam non esse corpoream, quia uides eandem nec corporalia corporaliter posse conspicere. huic ergo superpositus est non loco, sed ui ac potentia oculus quidam, qui siue spiritus siue mens siue intellectus unum atque idem est, etsi diuerso nomine dicitur. ergo quod est lapis ad inanimum uiuens, hoc inanimum uiuens ad animatum uiuens, et quod est inanimum uiuens ad

1 unquam *Barthius* calorum *R* 4 nuntiate *R* 6 rethorica *RS* 7 astrologia *ABDEF*, astrologicam *R* hae *DG*, he *F*, haec *rell. et editores, quae nomin. plur. femin. forma nescio an retinenda sit* omnes (*sc.* ars grammatica, rhetorica, astrologica, *cf. pag. 87, 11*) *ABCDFGMRS*, oms̃ *EHL*, omnia *editores* 8 patrum *M* 9 complector mundum capacitate incorporea *M*[2] *literis superscriptis et b* 10 conpector *H* 16 qua *ABCR*, q̊ *M*, quo *b*, quod *p* nec corporalia] incorporea *G* corporalia] nec *add. p* 18 quidem *S* 19 unus *Barthius* uerso *Mb* 20 ad animum *ABC*[1]*F*[1]*HLR*[1]*S*, ad inanimatum *DR*[2] hoc] est *add. B Galland.* 21 est *om. libri praeter CGM et Sch.* inanimum] inanimatum *DR*[2], animum *B*

animatum uiuens, hoc est animatum uiuens ad uiuentem et intellegentem. administrat inrationalis anima corpus animale in salutem scilicet eius, et administrat animam rationalem intellectus rationis capax in salutem uidelicet animae rationalis operante atque administrante deo principali potestate et stabili motione atque ininitiato substantiarum cardine primum ut sint, deinceps ut pro modo uel merito taliter sint qualiter esse debere ille constituit, qui non nisi iuste uniuersa disponit. nam sicut de corporibus ibi uel ibi esse propter localitatis necessitatem congrue dicitur, ita de animabus propter inlocalitatem uel qualitatem taliter esse uel taliter iure pronuntiatur, quia sicut uiuenti corpori iucundum est luculentus locus uel temperatus aer, ita uiuificanti animo tranquillitas in cogitatione et securitas a timore. itidem, sicut poenalia sunt corpori tenebrosus locus et asper adtactus, sic animo cogitandi instabilitas et angustiae formidandi. agitur ergo anima non per loca, sed pro adfectuum diuersitate et delectabiliter et poenaliter. illud tamen liquet animam sine corpore incorporaliter per adfectus p⟨ropr⟩ie uel mulceri uel adfligi posse, corpus sine anima uel suauia uel poenalia sentire non posse. animae igitur corporatae est per corpus sentire corporea eidemque sine corpore uidere incorporea. ergo ut corpus inanimum nihil sentit, ita animus sine corpore corporea uniuersa non sentit. hinc est quod etiam dum corpus administrat atque sentificat, si quando in summa eademque semper ad-

6 ininitiato *Barthius*, in initiato *CEGHLMSb*, initiato *rell. et Sch.* 7 primus *B* s//int *S* 11 uelut qualitatem *Barthius* talis esse *ABDF Sch.*, tales esse p^2 esse *om. b* taliter esse uel *om. p* 12 iucundus *p* 13 uiuificandi *p* anima p^2 14 id idem *R* 15 attac̊tus *S* animo// *R* 16 cogitanti *M editores* (cogitandi *Sch. in notis*) angustia p^2 formidanti *Barthius*, formidandae *Galland.* agit *p* 17 pro *HLSp*^{2} loca *CMb*, loco *BH*^{1}*R*, locos *G*, locum *ADEF Sch.*, locorum *H*^{2}*LSp*^{2} pro] ipso *AB*, ipsa *DEF* 18 poenaliter] agit *add. p* licet *C* 19 incorporabiliter *AB Sch.* proprie *scripsi*, pie *E*, *om. G et Barthius*, pie *rell. et editores* 20 animae *BH*, animam *A* 22 eiusdemque *p*, eiusdem p^2

tollitur, ita quodam modo corporeos deserit sensus ab hisdemque inlocaliter abscedit, ut coram posita non uideat, ut iuxta sonantia non audiat, ut percursam legendo paginam non intellegat. adest anima ut per oculum literarum signa colligat eademque in syllabas sociata coniungat ac per uerba distinguat, et non adest ut quid per haec fecerit sciat. lego clare aliquid, pronuntiantem me alter intellegit, qui in id mentis oculum figit, ego uero ipse quid legerim nescio, quia in aliud anima inlocaliter intenta discessit. denique cum ad memet ipsum uel admonitus redeo, ego ipse sum, qui utique redeo, et ego ipse sum, ad quem redeo, et mecum non fui, quia ad me per interuallum non loci, sed temporis redii, et extra me non fui, quia sine me esse non potui. ipsa istic est anima, ut per oculum quae leguntur uideat, et ipsa istic non est, ut quae leguntur intellegat. aut non saepe usu euenit, ut siue cuiusce modi lectionibus adcommodantes uisum siue relationi cuiuspiam adhibentes auditum, cum haec eadem non minus intellegi quam uideri atque audiri facillimum sit, utroque tamen sensu sonos ac signa capiamus, cum quid haec eadem significent non intellegamus? et tamen rursum in id quod intellectum non erat animi referentes obtutum absque ulla hoc idem difficultate conprehendimus.

1 hisdemque *ACGHMRS* (*cf. indicem*), isdemque *BL*, eisdemque *DEF*, iisdemque *editores* 2 abscidit *BHLRS* ut] et p^2 4 ut] et p^2 collegat *R* 6 defecerit *p* 7 pronuntiante *p* intelleget *S* quid (in *superscr.*) *S*, in *om.* *HL* 8 legerem *A* 13 ista *ABDFp²* 14 ista *ABDFp²* 15 non *ante* intellegat *inserunt codices praeter GS et editores*, non (*punctis notatum*) *E* aut] ad *GHR*, at *S*, *fortasse* an *scribendum* saepius *Sch.* uso *CHLR*, usu (o *superscr.*) *S*, hoc *Sch.* uenit *p* 16 sibe *CHR* huiusce modi *Dp* dilectionibus *R* 17 cuiuspiam (l cui' *superscr.*) *Mb*, cuipiam *D*, cupiam (i *superscr.*) *F*, cuipiam *rell. et Sch.* auditum *om. Mb* non minus] comminus *M in marg.*, cominus tam *b* 19 sonus *RS*

XXIIII.

QVIA NON EST ALIVD ANIMA ALIVD MEMORIA COGITATIO VEL VOLVNTAS, CVM HAEC EADEM VNA SIT ANIMA.

Sed subiungis ac dicis: aliud est animae status, aliud is qui de anima nascitur cogitationis adfectus. quam ob rem aut hoc potius aestimandum est, quod si quando sibi aliquid imaginatur, magis cum suis intra semet ipsam motibus occupetur, et si quid aliud est, quod adspicere uidetur, magis ei in recordationis speculo describatur. istud naturam tu putas eius esse, non poenam, idcircoque anima tua in recognitione sui fallitur, quia sibi aduersantia pro se amplectitur et per sensus corporis fallaciarum adfecta ludibriis eotenus inplicatur errore, ut tamquam absens sibi se quaerat, cum ipsa sit quaerens se. non enim illud est anima quod quaeritur, sed quo quaeritur: quidquid enim quaerit, extra se est, nec quaerere illi opus est, nisi quod secum non est. ipsa autem secum est, quia sine se nihil est, quaerere se ergo non debuit, quae sine se esse non potuit. quapropter cum se non sine se quaerit, necessario in aliud incurrit, quia non potest se inuenire sine se. haec est illa inlusio, quam qui intellegit dolet ac dolens gemit et cum propheta plangit ac dicit: tota die contristatus ingredior, quoniam anima mea conpleta est inlusionibus. sed istius modi

4 cf. pag. 11, 7   23 Psalm. 37, 7 sq.

2 memoria *om. M in capitulorum indice cum ABRS*   3 cum — anima] sed utrumque uita est et anima *M in capit. indice*, sed utrumque una est anima *ABRS*   5 his *CH*[1]*R*   6 haud *Mb*   8 ipsum *ABDFGHR Sch.*   9 magis uidetur *G*   10 ei] et *G*   discribatur *H*[1]*R*   11 idcirco quae *R*, idcirco quia *S*, idcirco *p*   12 recognatione *S*, recordatione *G*   14 eatenus *DEF*[2]*p*   16 quo quaeritur] quod quaerit *PT Sch.*   quic quaerit *A*, quid quaerit *B*, quod quaerit *DEF*   17 nec] non *p*[2]   19 quae] quia *Sch.*   se *om. A*   20 incurrat *HLRS Sch.*   21 se inuenire] in se uenire *Mb*   23 ingrediebar *Sch.*

inlusiones in memoria patitur anima, ex qua nihil phantasiarum reuentilare ac proferre posset, nisi easdem a formis corporum per corporeos sensus hausisset. siue enim eadem quae per corpus adtraxit sibimet imaginatur siue ex his quae uidit illa quae non uidit coniectat atque confingit, certum tamen est imaginari illam intra quendam uentrem memoriae nequaquam posse nisi ea, quae per corpus accepit. et haec illi non naturalia, sed poenalia sunt, ut, quoniam a summo bono quod ei deus est inlecebris pellecta corporeis defluxit in corpus, persuasa patiatur illud intra semet ipsam iuste, quod extra se dilexit iniuste. non ergo mihi tu illud esse animam persuadere uelis, quo perturbari potius eandem uides. illa namque si in status pristini sublimitate mansisset, a quo sponte dilapsa est, numquam contra spiritum caro, nec contra carnem spiritus concupisset, et si homo uerus, hoc est anima rationalis honorem suum, imaginem scilicet dei intellexisset, numquam insipientibus fuisset conparata iumentis, uidelicet ut animaliter uiueret. hinc est ille prae oculis eius imaginum corporearum tumultus se semper obiectans, ut si quando uel ad se uel ad deum suum ratiocinando nititur, semper ad corporea phantasiis corporis auocetur.

Tu enim cum dicis aliud esse animam, aliud animae cogitationem, melius fortasse dixisses illa, de quibus cogitat, cum de se non cogitat, non esse animam, ipsam uero cogitationem non esse nisi animam, quia illud, quod subiciendum esse dixisti, eatenus animam solere requiescere, ut prorsus cogitet

17 Psalm. 48, 13 et 21

2 posset H^2LS, possit *rell. et editores* 3 ausisset *R*, habuisset *G* 4 per *om. A* 10 persuasa *Mb*, *om. rell. et Sch.* ipsum $A^1BF^1H^1R$ *Sch.* quod—iniuste *om.* M^1b 12 quod $ABDE^1F$ eadem *Mb* illam *R* 15 concupiscet *Gb*, concupisceret *p*, concupiscere p^2 16 suum//// *R* dei *om. G* 17 fecisset *p* 18 imaginem *BFP* 19 se *om. G* 20 nutritur *R* 21 corporeis *libri praeter* CE^2GM *et Sch.* euocetur *Mb*, seuocetur *Barthius* 23 anima *ante* cum *inserit Sch.* 25 quia illud aũ quod *S* duxisti *ACHLR* 26 adsolere *G* quiescere *G* cogitat ABL^1RS^1

nihil, caret uero. anima nempe uariare cogitata potest, non cogitare non potest. quid autem illud est quod somniare dicimus, nisi quod ne defesso quidem corpore in somnosque resoluto animae uis a cogitationibus uacat? tota uero ibi est ubi cogitat, quia tota cogitat. uerum tu idcirco uel maxime de animae statu falleris, quia aliud animam, aliud esse animae potentias credis. quod enim cogitat accidens eius est, substantia uero qua cogitat. hoc equidem de uoluntate oportet agnoscas. nam sicut tota anima cogitatio est, ita anima tota uoluntas est et quae perfecte uult tota uult, et ut supra dictum est, quaecumque illi uelle accidentia est, ipsum uero uelle substantia est. hinc etiam in sacris literis uoluntatis perfectae definitio, prout illud est, quod ita uel ita uoluit, damnabilis laudabilisue censetur. sic in euangelio dominus: qui uiderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. et in bonam partem loco alio angelorum uocibus dicitur: gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. ecce dilectio, ut tu arbitraris, animi quaedam portio est, ut ratio docet, animus totus est. si quid ergo toto amore amo, non id ipsum toto animo diligo? et ubi uacat illud quod dicitur: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua, si animae pars putatur esse dilectio? si enim parte sui diligit anima, non utique tota diligit. sin uero tota diligit, tota absque

15 Matth. 5, 28 18 Luc. 2, 14 22 Matth. 22, 37

1 anime *R* non *om. Mb* 2 gitare *A* 3 dicimur *CRS editores* nec. *Mb* fesso *libri praeter CGM et Sch.* sonosque *p*[2] 6 anime de *R* animam] et *add. R* esse *om. Mb* 8 substantiae *AB* quae *BDF Sch.*, quo *E* 12 uere *S* est *CM, om. rell. et Sch.* 13 pro ut illud est quod ita uelit uoluit *S* (*above:* ō ut put illud est) uel ita *CGMb Sch.*, uelit *ABLRS*, uellit *H*, uelit uel *DE*[1]*Fp*[2], uelit uel ita *E*[2], uelit aut *P* 14 laudabilisue *scripsi*, laudabilisque *libri* si° *M*, sicut *b* 19 arbitrare *G* 22 diligis *CH*[1]*MR* 24 dilig& (*i above*) *S* 25 si *Mb*

ambiguitate dilectio est. dicitur enim uereque dicitur, quoniam deus dilectio est. sed dilectio illa talis est, ut nec ipsa diligere nisi bonum nec per eam diligi possit nisi bene. haec autem dilectio, quod est anima humana, propter adfectuum mutabilitatem potest et in superiora, quod ei solus deus est, caelesti caritate flagrare et in inferiora damnabili amore diffluere. quodlibet tamen diligat, si toto amore diligit, tota diligit et, cum tota diligit, tota dilectio est, quae unitas in corpore scilicet non est.

XXV.

EXEMPLVM DE GEOMETRICA ARITHMETICA ATQVE DIALECTICA AD ERVDIENDVM LECTOREM IN EA QVAE OBSCVRA SVNT, QVID VIDEAT ANIMA PER SE, QVID PER CORPVS.

Sed dicis: quando absentem carum suum cogitat, numquid uelut ipso conspecto desideriis satisfecit? ista, ut ego conicio atque ut plane probo, potissima admodum causa est, quae temet ignarum perpulit animam referre corpoream. a sensibus quaeso corporis paulisper adtollere ac si uales perspice, quae uel quanta uis uidendi sit animo, et si quid potes animi uisum corporisque discerne. corpus certe

2 I Ioann. 4, 8   14 cf. pag. 11, 12

3 ipse *p*[2]   posset *ACH*[1]*R*, posse *Mb*   4 ppt̃ *H*, pro *LS*   affectum *BM*   5 mutabilitate *BCHLRS*   6 claritate *R*   in *om. R*   damnabilia *Galland.*   defluere *S*, defluere *p*   8 tota diligit *om. p*   11 hic diligenter uisionem animi lector adtende *M pro titulo et hic et in capitul. indice habet, ea quae exarauimus M praebet in marg.*, exemplum de geometrica quo facilius lector intellegat, quid uideat anima pro se, quid pro corpus *ABR*   15 numquid] iam *add. Faustus*   desiderio *Faustus*   16 coniceo *HLMR*   autque *R*   17 timet *BH*[1]*R*, te tuimet *DEF Sch.*   pepulit *D EF*   perpulit] ut *add. DEFG*   referre *Mb*, reari *L*[3], reare *rell.*, reri esse *Sch.*   localem uel *ante* corpoream *add. p*[2]   18 corporeis *b*   19 ualis *H*[1], uelis *R*   perspicere *BF*[1], percipe *D*   20 potest *ACMb*, potis es *G*   discernere *C*

nihil uidet, quia nihil utique sentit absque anima, ac per hoc animus corporea per corpus uidet, incorporea per se. haec ipsa nunc, quantum in praesentiarum res postulat, sequestremus, ut quae sint animi uisa per corpus, quae sine corpore euidenter adpareat. nam qui uel aliquid eruditus est, credo nouerit in geometrica disciplina quid sit punctum quidue linea, sed quia inter eos, qui ista dignabuntur legere, potest esse qui nesciat, de hoc ipso paululum dissertando quaeramus. linea est, ut doctissimi atque excellentes uiri non dixere solum, sed ratiocinando probauere, longitudo simplex, quae in corpore prorsus nequeat inueniri eo quod omne corpus longitudine longum sit, non tamen ipsa sit longitudo neque possit sic esse longum, ut non latum simul altumque sit. quocirca sicut aiunt etiam si araneae filum cogitaueris, quia utique corpus est, non solum longitudinem cogitasti, habet enim pro modo suo indissociabilem longitudinis suae latitudinem atque altitudinem. igitur si, ut fateri ueritas cogit, aliud est longitudo quam latitudo, seposita latitudine solam longitudinem cogitemus. scio autem hanc eandem liquido conspici non esse multorum, quam cum Marcius quoque philosophus negaret mathematico Adrasto se uidere, cum lineas fabrorum nimie uideret: utique non mirum est, inquit Adrastus, quod habes

3 sequestramus *ABDE*^{1}*FH*^{1}*R* 4 sunt *S* 5 adpareant *libri praeter EM et p*^{2} *Sch.* qui uel *GLS*^{2}*T*, qui uelut *ABCDFMR RS*^{1}, qui uel//// *EH*, uelut qui *p Sch.*, uelut qui uel *p*^{2} aliqui *b*, alioqui *p* 6 geometria *Sch.* quid uel *S* 7 quia *om. libri praeter DEG et Sch.* isti *A* 8 esse *om. M*, esse potest *editores* quis *ABCH*^{1}*MR*^{1}*S*^{1} nec sciat *R* hoc ipsa *Mb*, *corr. M*^{2} *in marg.*, hac ipsa re *p* disserando *BHLS*^{1}, disserendo *ADEFRS*^{2} *Sch.* 9 excellectes *R* 10 rationando *R*, rationando [ci] *S* 11 corpore] sola *add. b* 15 solam *DEF Sch.* 16 modo suae longitudinis indissociabilem latitudinem *Barthius* indissonabilem *M corr. in marg.* 18 altitudo *M editores praeter p*^{2} 20 marcus [i] *S*, *nomen genuinum esse negat Barthius* 21 se] posse *M man. rec. superscr. et b* nimie (= optime) *Hartelius*, minime *Mb*, *om. rell. et Sch.*, maxime *Barthius*, *ipse olim* minimas conieceram

oculos similes fabrorum, ingenium dissimile Pythagorae. sed non idcirco tardioribus desperandum est, modo ut auctoritati cedamus qui rationem forte non capimus.

Haec ergo de qua loqui institueram longitudo cum fuerit puncto inchoata punctoque finita, a Graecis γραμμή, a nostris linea dicitur. iam nunc si quid sit longitudo sine latitudine cognoscere ualuisti et lineam longitudine finita formasti, duas aequales lineas sibimet ἀντιστάτας e regione constitue, quod cum feceris, intellege te figuram duabus lineis paribus non fecisse. figura enim dicitur, cum paribus inparibusue lineis capitibus sese contingentibus locus ambitur. duabus ergo paribus lineis siue auersim positis siue capite contingentibus figura non clauditur, tribus uero aequalibus lineis figura fit trigona, et hoc aeterna atque indemutabilis ratio est omni humanae menti uel non admonitae clarens liquido. numquid ergo tribus lineis paribus quae semet mutuo capitibus tangunt fieri umquam nisi trigona poterit? aut istud magis nunc uerum est, quam fuit, aut esse hoc uerum aliquando coepit aut aliquando desinet, aut non est facilius corporeum interire mundum, cuius utique tumidae localesque formae istarum inlocalium incorporaliumque sunt imago formarum, quam ut aliquid ex his uel uariari specie uel transmoueri loco uel senio ueterescere uel quoquo pacto mutari queat? ne ergo per omnes te disci-

1 dissimile] simile *ABE*^{1}*FP*, non simile *D* 2 disperandum *R* 3 ut *scripsi*, uel *libri et editores* auctoritate *ABHLRS*^{1} 5 grama *M*, gramma *rell.* 6 lineis *A* latitudine] longitudine *Galland.* 7 uoluisti *R* finitam *Mb Schottus in textu*, finita *idem in notis* 8 antistatas *libri* e *om.* *p*^{2} 9 intellegite *R* partibus *ABR*^{1} 11 sese] esse *BCR*, ē se *G* ambitus *B* 12 auersim *Mb*, aduersim *rell. et Sch.* siue] se *add. G* a *ante* capite *add. libri praeter Mb et Sch.* 14 haec *p* indemutalibis *S*^{1}, immutabilis *Mb* 15 ammonite *E*, admonito *C* 16 tangant *DGHLRS* 17 umquam] figura *add. Sch.* stud *R* mage *G* 19 desinet *DEFGP*, desiit *Mb Sch.*, desinit *rell.* 20 starum *H*^{1} incorporaliumq//// *S* 21 sunt] et *add. M editores*, ut *add. Barthius* aliquid *GMb Sch.*, aliqui *ABCHLRS*, aliqua *DEF* 22 ueterascere *DEF Sch.* 23 non *Mb*

plinae istius minutias traham neue intentionem tuam in adspectandis planarum figurarum uel cuborum uel pyramidarum rationibus teneam, propter circuli perfectionem de una tantum figura, ut adhuc fecimus, breuiter conloquamur.

Circulus fit ex una linea. sed iure nunc illud admoneberis, quod linea sine latitudine atque altitudine perfectior est, quae tamen habet aliquid se ipsa perfectius. punctum nempe principaliter est origo lineae, ab ipso incipitur ipsoque finitur, cum punctum nec oriri a quoquam pateat nec finiri. hoc namque continet in figuris punctum, quod unus in numeris. ista ergo linea, quae transuersim secari potest, scindi per longum non potest, quia utique si scinditur, habet latitudinem, cum secanda est, puncto caeditur, cum punctum scilicet non caedatur. perfectior ergo longitudo latitudine, quia latitudo et transuersim et directim recipit sectionem. perfectior latitudo altitudine, quia altitudo non solum findi ac secari, uerum et a latere caedi potest. ergo altitudo sine latitudine et longitudine esse non potest, et ubi haec tria sunt, haud dubie corpus est. latitudo sine longitudine esse non potest, longitudo sine his omnibus esse potest, sed sine puncto esse non potest. sine his uero punctum semper est nec cuiuspiam ut sit indiget, quia unius nullum potest esse principium. circulus igitur una eademque circumflexa fit linea, sed sicut in

2 ciborum *GLS^1*, cimborum *M*, cymborum *BC*, cy//borum *AHR*, cyborum *S^2* pedamidarum *M*, pamidarum *R* 3 teneamus *S* perfectionem] et *add. R* 4 figurarum *G* collocamur *M* 5 ex *om. p* 6 quo^d *R* sine] sic *G* altitudine atque latitudine *editores*, altitudine atque altitudine *M* quae *Mb Sch.*, quod (quot *A*) *rell.* 7 tamen] non *A* ipsa// *R* 8 ipsoque *Mb*, ipso *rell. et Sch.* 10 continent *B*, obtinet *G* 11 iscindi *CH^1* 12 scinditur//// *S* 13 ceditur *et* cedatur *libri omnes, b et Sch.*, secatur *utroque loco p^2* 15 direlictim *A* recepit *AHL RS^1* perfectio *R* 16 altitudini *BCHLRS* altitudo] latitudo *ABDHLRS*, //ltitudo *C* scindi *ABDE^1F*, scyndi *R* uerum] scindi etiam *add. p^2* 17 cedi *libri et b* 18 aud *ABC H^1*, aut *R*, haut *S* 19 longitudone$^{l\ sine}$ latitudo *S* 23 linea// *S*

trigonis et tetragonis per angulos puncta sunt, quibus figurarum ratio consistit, sic in circulo eius medium puncto possidebitur, ut circulus rata dimensione formetur. nam cum unum circini radium fixeris atque alium a centro extrinsecus circumduxeris, adtende quantum potes centri potentiam ab stabili radio illum qui circumagitur radium regere et illic, ubi localiter non est, potentialiter circulum figurare.

Hic si purgata mentis intendas acie, subrutilare tibi iam debet quid sit anima. illud etiam quale est quod, si sensum corporis consulamus, per medium circulum duae pares lineae iuxtim duci posse credantur, cum ratio manifesta conuincat nequaquam per eundem medium duci duas posse nisi una sit breuior? uidetur mihi, sicut superius de trigona patuit, istic quoque circuli ratio insolubilibus atque aeternis manere legibus stabilis. tu mihi nunc dicas uelim, si ista localiter conspicit anima, quid causae est, ut mihi aliquid rotundum, trigonum uel tetragonum in occidente de corporibus formare molienti eadem sine tumore uel motu ratio rotundi uel quadri non desit, cum eodem temporis puncto secundum eandem rotundi et quadrati legem in oriente alius paria de corporibus ualeat fabricare? uidesne uel de his, quae conspicatur anima, quid sit uisus animi? intellegisne intellegibile et intellegens nequaquam posse seiungi? animaduertisne etiam quid intersit inter illas formas, quas corpore cernimus, et istas, quas mente conspicimus? istas esse sempiternum mundum, cuius hic mundus imago sit, unde diuinitus dictum est:

2 constitit *Mb* 5 potis es *G* ad *A*, ab *rell.*, a *p* 6 radio] radiū *M* ullum *R* 8 acine *S* 9 si *om. H* 10 consolamus *BCH*[1]*R* 11 non *ante* iuxtim *inserit Mb* iunctim *D*[2]*E Sch.*, iu[n]xtim *F* creduntur *G* 12 eundem] fundum *coni. Barthius* 13 trigono *p* 14 isti *AB* 15 illocaliter *Mb* 16 aliquod *editores* 18 eodem *S*[1] rotundi] uel trigoni *add. G* 19 dedit *B*, dederit *DEF* punctu *ACH*[1], punctum *R* 20 paries *G* 21 ualeat] uoluerit *male suadet Barthius* iis *b* 22 uis[us] *C*, uis *A* intellegesne *ABF*[1]*H*[1]*R* 23 iungi *G*, se subiungi *R* animaduirtisne *S* 24 illa *R*

praeterit enim figura huius mundi. uides etiam quod cum longitudines, latitudines et altitudines corporum scire nullius propemodum sit momenti, satis esse aliud, unde dicit apostolus oportere nos nosse quid sit latitudo et longitudo, sublimitas et profundum? quid enim mihi proderit uspiam altitudinem corporei caeli quaerere, planorum siderum diastemata uel circulorum uias uel singulorum interualla rimari, quid spatia terrae cognoscere uel abyssi profunda penetrare? non de his me, ut reor, apostolus commonitum uoluit, quae non solum laboriosa sunt, sed etiam noxia si, cum per haec ad aeterna semperque manentia transeundum sit, in his haereatur atque remaneatur.

Reuertere nunc atque intuere omne longum longitudine longum fieri, ipsam uero longitudinem longam dici non posse, ut omne castum castitate castum fieri, ipsam uero castam non dici ullatenus castitatem. cum ergo meram longitudinem contemplari cupis aut cum in trigonum uel hexagonum mentis oculum figis, proice quantum uales ac refuge non solum omne corporeum, sed quidquid simile potest esse corporeo, et cum trigonam uel tribus punctis ac tribus lineis uel rotundam puncto uel linea conformari incorporaliter atque inlocaliter uideris, uim quoque ac supereminentiam conspice numerorum et intellege uniuersum corporeum numerabile per numeros fieri, ipsos uero numeros non posse numerari. nam quis non dicam eloqui, sed cogitare digne ualeat, quod numerus, cum ex uno et per unum et in uno sit, principium

1 I Cor. 7, 31 4 Ephes. 3, 18

1 enim *om. libri praeter M et Sch.* 2 et *om. R* 3 satius *coni. Barthius* aliud unde *DEFMb Sch.*, aliunde *rell.* 4 oportet *p* et *om. R* 5 sublimitas *om. B* 6 planetarum (*uel* planorum) et siderum *Barthius* διαστήματος *b* 7 interualli [a ri] mari *S* 9 commoratum *R* 11 pro *C* 12 inhęreatur *HLS* atque *M editores*, ac *rell.* 15 omnem *S* ipsum *AH²LS* castum *AH²LS* 17 exagonum *EG*, sexagonum *ABCHLMRS Sch.* 18 refugere *M* 19 esse potest *editores* 21 conformare *p*, confortare *p²* 26 in unum *ABDE¹FH¹R*

tamen ac finis illius non sit? si enim dixerimus unum numeri esse principium, ipsius unius quod dicemus esse principium? ecce habes principium numeri in principio, ut ex ipso sit numerus. iam uero si numerare uelimus, adicimus unum uni ut fiant duo, et unum duobus ut fiant tria, et unum tribus ut fiant quattuor, et deinceps quotiens unum multiplicauerimus, totiens quasi multi singuli in summa ducuntur, ut decies ducti decem et uicies uiginti et centies centum et millies mille nominentur, ut agnoscas omnem numerum ita per unum esse, sicut ex uno procedere. illud uero patet ad finem numeri, qui nullus est prorsus, ueniri non posse, quia trans omnem numerum, qui ex uno et per unum et in uno est, semper est unus. tria tamen ista sunt, cum dicimus ex uno et per unum et in uno, pariter aeterna, perinde inlocalia ubique tota, eidem infinito semper aequalia, quia nullum uere unum maius unumue minus est. haec sunt numerorum inchoantia ducentia perficientia: ipsa nec inchoata nec numerata nec finita, credo, quia s a p i e n t i a e d e i n o n e s t n u m e r u s. nam cum ex uno et per unum et in uno sit numerus, nec numerari nisi trifariam possit, ut per eundem numerum ordiamur numeremus finiamus, ipse est ternarius totus, per quem omnis est numerus. ecce quod habitat in

18 Psalm. 146, 5

2 dicimus *libri praeter* $CE^{2}GMb$ *et Sch.* 3 numeri in $GL^{2}Mb$ *Sch.*, numeri sine $DEFp^{2}$ *Barthius*, numeris ẽe in *R*, numeris in *rell.* 4 numer$\overset{u}{o}$s *S* ueros innumerare *R* adicimus *b*, ac dicimus *M*, adicis *rell. et Sch.* 6 fiant *ante* quattuor *om. libri praeter M* quotiens *om. ABDF* 7 quasi] quia si *F*, quia uel sic *D* multi *scripsi cum EL, qui* multi// *habent*, multis *rell. et editores* singuli// *F*, singulis *Mb* dicuntur *R* 8 uices *M*, utties *R* uigintim *M* 10 producere p^{2} 11 inueniri *b*, inde ueniri *Barthius* 13 est semper — et in uno *om. R* 14 proinde p^{2} *Sch.* 15 eidem *p*, eodem *libri et b*, eadem *Hartelius* 16 unumue] uno ł *G* 17 perficientia *b*, p̄figent[illegible] *M*, p̄figentia *rell. et Sch.* 18 sapientia *Mb* 21 ordinamus $CL^{1}Mb$, ordinem *G* nūmeremus *GMb*, numeremus et *C*, numeros *AS*, numerus *HLR*, numer$\overset{i}{o}$s. numeros *BDEF*, numeros et *PT Sch.* 22 quid *CM editores*, qdẽ *G*

anima humana: ecce quod oculo cordis uidere concessum est. quo diffugimus, quo distrahimur, cur in nobismet ipsis extra nos sumus? cur patriam nostram localiter quaerimus, de qua utique non ambulando, sed peccando discessimus? cur tenebras splendere credimus, quas uidere ipsum est utique non uidere? ueritatem certe quaerimus: non illam per spatia locorum oportere quaeri, non per corporeum aliquid aestimes inueniri. satis ex corpore non solum tangendo, sed etiam cogitando se separabit qui huic adhaerebit. inlocale certe quaerimus, non illud quaeso per locale quaeramus. fecit sibi ipsa ueritas sui compotem similitudinem. hoc in nobis adferamus illi quod fecit, non conuiciemur deum nostrum dicentes illi: non potuisti facere aliquid simile tui, quia, si corpus sum, similis tui non sum, quia de nobismet ipsis nos ille conuincet.

XXVI.

SECRETA DEI LOCVTIO AD ANIMAM, QVALITER SE DEBEAT SCISCITARI.

Loquitur enim silentio mihi ueritas et dicit mihi: tu certe qui corpus esse te credis, unde incorporeo uerbo uteris? aliud credo est uerbum tuum, id est consilium tuum, aliud uox uerbi, aliud quod sonat, aliud quod intellegitur. nam sicut uox potest esse sine uerbo, ita est uerbum sine uoce. utitur tamen quodam indumento uocis uerbum tuum, ut insonet auribus, sicut ego indumento carnis, ut uiderer hominibus, et

1 quo] quod *C* 2 diffigimus *R* quod *R* quur *H saepius* uobismet *R* 5 uideri *b* ipsud *R* 6 quaerimus] credimus *BDE*[1]*FP Sch.*, quaeramus *b* 7 oportet *Mb* exestimes *C*, estimemus *E* 8 ex] se a *G* 9 se *om. G* 11 in *ante* similitudinem *add. p*[1] offeramus *Sch.* 12 conuincemur *M*, conuincemus *b*, conueniemur *A*, conuiemur *B*, conuiemur *R* dñm *R* 14 conuincit *ERS*[1] 19 enim] in *add. libri praeter Mb* mihi] ipsa *p*[1] 24 insonat *BH*[1]*R* 25 ego *om. p*[2], ergo *p* uidear *b*

cum loqueris, obsequium uocis aurem tenus meat, uerbum uero inlocaliter ad animam permeat, quia, sicut ad illum cui loqueris accedit, ita a te utique non recedit, et si loquentem te unus audierit, totum uerbum tuum penes te est, totum penes illum, et si duo audierint, totum audiunt, et si multi, totum, et omnibus totum et singulis totum et tibi totum est. noli in te perdere tam magnum munus meum, similitudinem meam, quam tibi benignissime tribui, ut qualiter ad me tenderes, non extra te quaereres. *nemo uenit ad patrem, nisi per me, et nemo ad me, nisi quem pater meus adtraxerit*, et nemo ad me uel ad patrem uenit, nisi caritas diffundatur in corde eius per spiritum sanctum, qui non nisi bene credenti, bene speranti et bene quaerenti dabitur. ad istam, quod unus deus sumus, tu homo factus es trinitatem, cum dictum est: *faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* introinspice te de te ipsa, o humana anima, et te memineris. uide mentem tuam, uide uerbum tuum, uide uoluntatem tuam. nam totum est in mente quod cogitas, et quod totum simul meministi, totum simul cogitas et uis cogitare atque meminisse, hoc est, amas habere mentem et cogitationem. cogitationem ergo tuam cum mente conplecteris, hoc est, cum cogitare te memineris, totam certe

9 Io. 14, 6 10 Io. 6, 44 15 Gen. 1, 26

1 aure A^2DEFMb 2 permeatur *AB*, promeat D^2HRS, permereat *F* sicut *Mb*, sic *rell. et Sch.* cui] qui p^2 3 ita *Mb*, quod *rell. et Sch.* ita—recedit *bis exstat in M* 4 adierit *R* 5 duo si *S* 6 singuli' *R* 7 est *om. R* 9 tenderis *BHR* quereris *R* 12 cor *p* 13 nisi *om. R* 14 qua p^2 deus] est *add. DEFp*, *post* sumus *add. G* summus *libri praeter GMb et Schottum*, *cf. pag. 96, 20* es] ad *add.* p^2 16 introspice E^2G *Sch.*, introspicite *R* te de *delet Barthius* 17 anima humana *S* te *Mb et Sch. in textu*, de te *Barthius*, tui *p*, *om. rell.* memineris *p*, meminere *Mb*, *quae imperatiui forma nescio an a scriptore ipso profecta sit et a uerbo* * meminor *deriuanda*, ad me nitere *rell. et Sch.* 19 mente] me *HL* 20 amas *om. R*, *post* meminisse *transponendum censet Barthius* 22 memineris DEF^2 *Sch.*, *cf. lin. 17*, meminis $ABCF^1HLMPRSTb$ *Sch. in notis*, meministi *Gp*

cogitationem tuam tota mente conprehendis et totum amorem tuum uel mentem tuam tota cogitatione tua cogitas, cum amare uel meminisse te cogitas, et toto amore tuo eandem totam mentem atque eandem totam cogitationem tuam diligis, cum meminisse et cogitare te diligis. nullus est tamen, qui meminisse et cogitare et hoc ipsum amare non diligat: cum autem tibi in mente est cogitationis et amoris tui, si tanta illa meministi quanta sunt, tanta est mens tua quanta sunt illa, et cum dilectionem uel mentem tuam cogitas, si tanta ea quanta sunt cogitas, tanta est cogitatio tua quanta illa sunt, et si mentem uel cogitationem tuam pro sui modo diligis, haec et amor tuus aequalia certe sunt, et si se singula tota simul uel ament uel cogitent uel meminerint, non maiora erunt tota simul tria, quam uel mens tota pariter recolens uel cogitatio tota cognoscens uel amor tota diligens. haec et in te esse ac potius ista te esse me tibi radiante cognosces, si illos mihi oculos quibus me uideri dignor adtuleris. nequaquam me uel incorporeus nisi purgatus uidet, quo minus uideri me a te putes posse, si corpus es? ego et pater et caritas nostra unus deus sumus: tu, mens rationalis et uerbum uel dilectio tua unus es homo ad similitudinem auctoris tui factus, non ad aequalitatem, creatus nempe, non genitus, formatus es ipse, non formator. recede ab his quae infra te sunt minus utique formata, hoc est minus formosa quam tu es, accede formatrici formae, quo possis esse formo-

1 tuam *Mb*, *om. rell. et Sch.* 2 uel] et *R* 3 amare] te *add. RS Sch.* ∞ tegitas *R* 4 totam *ante* mentem *om. Mb* 7 es *G* est] memoria *add. DEFp² Sch.* 10 quanta] quae tanta *R* 12 amor//// *S* certe *om. Mb* 13 uel *post* simul *om. Mb* non *om. R* 15 et cogitatio *Mb* agnoscens *LS* totus *post* amor *G²p²* 16 et *om. libri praeter M* ita *Mb* radiente *BF¹R*, irradiante *coni. Barthius* 17 cognosces *G*, cognoscis *rell. et editores* dignos *R* 19 a te *om. Mb* posse *delet Barthius* es *om. Mb*, sis *Barthius* 20 rationabilis *ABHLRS* 21 uel] et *coni. Barthius falso, potius* et *post* tu *inserendum erat* delectatio *B* est *ABDFHLRSp²*, ē es *E* 23 formator] formatur *A*, forma *G* 24 intra *Mb* formosam *R*

sior, eidemque semper adiungere, quia tanto ab illa speciei amplius capies, quanto te illi caritatis pondere magis inpresseris: ab illa scilicet obtinebis imaginis huius indemutabilem statum, a qua sumpsisti principium. haec et talia loquitur ueritas ad aurem cordis intrinsecus admonens nos, ut quoniam ad similitudinem incorporei dei, non ad similitudinem corporei mundi facti sumus, incorporeos nos esse noscamus non solum quia deo incorporeo similes sumus, sed etiam quia corporeo mundo dissimiles.

XXVII.

QVOD ANIMA CARO SVO ABSENTE ETIAM CORPORE SPIRITV PRAESENS POTERIT ESSE.

Ecce de statu uel uisione rationalis animae infinitarum pro quaestionis magnitudine rationum tactis breuiter potius causis quam satis usque discussis arbitror me de inlocalitate atque incorporalitate animae sufficiens dedisse responsum. tu nunc ita longe disparilem infraque positam euidenter intellegens corpoream uisionem non ulterius isto iacteris incerto, ut si carum tuum, sicut ipse dicis, absentem cogitas, idcirco eundem quia tibi corporaliter non adparet credas absentem, quia si tibi in illa sui parte carus est, qua uterque homines estis et qua uosmet uicario amore diligitis, ita tibi ille praesens est, ut tu ipse tibi. quidquid enim tu es substantialiter, hoc

1 specie *Bp* 2 capias *ABDE*^{1}*FH*^{1}*R* illa *B* 4 a *om. HLS* quia *H* talia *M editores*, alia *rell.* 5 arem *R* quod *BDEF Sch.* 7 cognoscamus *Sch.* 8 incorporeos *R* 11 caro suo *scripsi*, carum suum *libri* 13 uel] et *Barthius* 14 quaestiones *BH*^{1}*R* magnitudine] magnitudinis *add. F*^{1} *Sch.*, magnitudine magnitudine// *E*, magnitudines *add. rell. praeter GM* potius] pro tuis *R* 16 res possum *R* 17 positum *ABH*^{1}*R* 18 alterius *p*^{2} iacterius *BH*^{1}*R* 19 suum *R* 20 adpareret *ABDE*^{1}*F* 21 si tibi] sibi *CH*, tibi *omisso* si *LS* quia *ante* uterque *CGMb* 22 quia *Rb* 23 tu// ipse *S* hoc] et *add. G*

cogitationem tuam tota mente conprehendis et totum amorem tuum uel mentem tuam tota cogitatione tua cogitas, cum amare uel meminisse te cogitas, et toto amore tuo eandem totam mentem atque eandem totam cogitationem tuam diligis, cum meminisse et cogitare te diligis. nullus est tamen, qui meminisse et cogitare et hoc ipsum amare non diligat: cum autem tibi in mente est cogitationis et amoris tui, si tanta illa meministi quanta sunt, tanta est mens tua quanta sunt illa, et cum dilectionem uel mentem tuam cogitas, si tanta ea quanta sunt cogitas, tanta est cogitatio tua quanta illa sunt, et si mentem uel cogitationem tuam pro sui modo diligis, haec et amor tuus aequalia certe sunt, et si se singula tota simul uel ament uel cogitent uel meminerint, non maiora erunt tota simul tria, quam uel mens tota pariter recolens uel cogitatio tota cognoscens uel amor tota diligens. haec et in te esse ac potius ista te esse me tibi radiante cognosces, si illos mihi oculos quibus me uideri dignor adtuleris. nequaquam me uel incorporeus nisi purgatus uidet, quo minus uideri me a te putes posse, si corpus es? ego et pater et caritas nostra unus deus sumus: tu, mens rationalis et uerbum uel dilectio tua unus es homo ad similitudinem auctoris tui factus, non ad aequalitatem, creatus nempe, non genitus, formatus es ipse, non formator. recede ab his quae infra te sunt minus utique formata, hoc est minus formosa quam tu es, accede formatrici formae, quo possis esse formo-

1 tuam *Mb*, *om. rell. et Sch.* 2 uel] et *R* 3 amare] te *add. RS Sch.* $\overset{co}{\text{tegitas}}$ *R* 4 totam *ante* mentem *om. Mb* 7 es *G* est] memoria *add.* *DEF*p^2 *Sch.* 10 quanta] quae tanta *R* 12 amor//// *S* certe *om. Mb* 13 uel *post* simul *om. Mb* non *om. R* 15 et cogitatio *Mb* agnoscens *LS* totus *post* amor G^2p^2 16 et *om. libri praeter M* ita *Mb* radiente BF^1R, irradiante *coni. Barthius* 17 cognosces *G*, cognoscis *rell. et editores* dignos *R* 19 a te *om. Mb* posse *delet Barthius* es *om. Mb*, sis *Barthius* 20 rationabilis *ABHLRS* 21 uel] et *coni. Barthius falso, potius* et *post* tu *inserendum erat* delectatio *B* est *ABDFHLRS*p^2, ē es *E* 23 formator] formatur *A*, forma *G* 24 intra *Mb* formosam *R*

sior, eidemque semper adiungere, quia tanto ab illa speciei amplius capies, quanto te illi caritatis pondere magis inpresseris: ab illa scilicet obtinebis imaginis huius indemutabilem statum, a qua sumpsisti principium. haec et talia loquitur ueritas ad aurem cordis intrinsecus admonens nos, ut quoniam ad similitudinem incorporei dei, non ad similitudinem corporei mundi facti sumus, incorporeos nos esse noscamus non solum quia deo incorporeo similes sumus, sed etiam quia corporeo mundo dissimiles.

XXVII.

QVOD ANIMA CARO SVO ABSENTE ETIAM CORPORE SPIRITV PRAESENS POTERIT ESSE.

Ecce de statu uel uisione rationalis animae infinitarum pro quaestionis magnitudine rationum tactis breuiter potius causis quam satis usque discussis arbitror me de inlocalitate atque incorporalitate animae sufficiens dedisse responsum. tu nunc ita longe disparilem infraque positam euidenter intellegens corpoream uisionem non ulterius isto iacteris incerto, ut si carum tuum, sicut ipse dicis, absentem cogitas, idcirco eundem quia tibi corporaliter non adparet credas absentem, quia si tibi in illa sui parte carus est, qua uterque homines estis et qua uosmet uicario amore diligitis, ita tibi ille praesens est, ut tu ipse tibi. quidquid enim tu es substantialiter, hoc

1 specie *Rp* 2 capias *ABDE*¹*FH*¹*R* illa *B* 4 a *om. HLS* quia *H* talia *M editores*, alia *rell.* 5 arem *R* quod *BDEF Sch.* 7 cognoscamus *Sch.* 8 incorporeos *R* 11 caro suo *scripsi*, carum suum *libri* 13 uel] et *Barthius* 14 quaestiones *BH*¹*R* magnitudine] magnitudinis *add. F*¹ *Sch.*, magnitudine magnitudine// *E*, magnitudines *add. rell. praeter GM* potius] pro tuis *R* 16 res possum *R* 17 positum *ABH*¹*R* 18 alterius *p*² iacterius *BH*¹*R* 19 suum *R* 20 adpareret *ABDE*¹*F* 21 si tibi] sibi *CH*, tibi *omisso* si *LS* quia *ante* uterque *CGMb* 22 quia *Rb* 23 tu// ipse *S* hoc] et *add. G*

ille est. uisio uero intellectus est animae: si te uides, illum uides qui nihil est aliud quam tu, qui si corporaliter adsisteret, per signa certe corporis agnitionem sui tibi faceret. per quae si illud forte cepisses indicium, quo eundem tibi inimicum potius esse cognosceres, reuerberata utique adfectuum disparilitate anima tua ab eius anima quodam modo resiliret, et in uno corporaliter loco atque in eodem, si potest dici, uestigio satis scilicet essetis uoluntatum diuersitate seiuncti. quod cum ita sit, non arbitror animos sequestratione disici, quos uidemus iunctis corporibus posse separari. ac perinde parum est, quod officiunt corpora mutuis animorum repraesentationibus, si non aut per eadem in se imago dei quaeratur aut ipsa quaerantur. miserum namque est multumque uero contrarium, ut imago dei, id est uerus homo per corpus potius quam per se quaeratur. per se autem quaeritur atque agnoscitur, si per imaginem dei quaeritur, imago autem dei omnis anima rationalis est, proinde qui in se imaginem dei quaerit, tam se quam proximum quaerit, et qui illam in se quaerendo cognouerit, in omni eandem homine recognoscit. tu autem non inmerito carum tuum absentem te habere causaris, in quo corpus diligis, nec aliud quam corpus diligere in illo potes, quem non credis esse nisi corpus. dilige deum tuum, dilige in deo tuo carum tuum, imaginem dei tui. ille te perinde diligendo deum in deo diligat. si uterque unum quaeritis, ad unum tenditis, semper apud inuicem eritis, quia in uno consistitis. non autem uideo quod fieri queat, ut cor-

2 quia *Mb* 5 cognosceris *ABH*[1]*RS*[1] 6 disparilitatem *AB H*[1] 8 uolumptatum *M*, uoluptatum *b* seiungi *AB*, seiun^c^ti *R* 9 disici *AG*[2], dissici *rell. cum PT et Sch.*, *cf. pag. 66, 19* 10 proinde *Barthius* 11 efficiunt *B Sch.* mo^u^rtuis *S* 12 easdem *G* in se — quaeratur *om. libri praeter M*, quaeratur *scripsi*, quaeritur *M* 14 ut] aut *R* dei *om. Mb* 15 quam pro se *R* atque aut *HLS* 16 cognoscitur *G Sch.*, ignoscitur *HLS*[1] imago — quaerit *om. R*, *uncis inclusit Sch.* 17 in *om. GMb Sch.* 19 hominem *Mb* 25 apud] ad *S* 26 qui *G*, qui id *Barthius*

pora in unum posita praesentia sibi esse possint et animi in uno praesentes sibi esse non possint. sed quoniam liber iste finem flagitat eo quod aliquibus superficie tenus adtactis, quamlibet multa breuitatis studio omissa fecerim, non tamen omnibus pro causae excellentia supersedi, quae post hinc disputanda sunt, principio secundi uoluminis ordiamur.

1 sibi — praesentes *add.* C^2 *in marg.* et animi — possint *om.* M^1 2 praesentis BH^1R 3 sub efficie *M* 4 ommissa *R*, missa *Sch.* 5 haec p^2 6 principia S^2

CLAVDIANI MAMERTI DE STATV ANIMAE

LIBER SECVNDVS.

I.

QVIA ⟨OMNIA⟩ CONTRARIORVM CONPARATIONE FACILIVS DINOSCVNTVR.

Saepenumero mecum reputanti mihi, quonam pacto excellentissima ueritas tantum inimicorum semet habere siuerit, post multum de hac eadem quaestione tractatum non inprobabilis ratio, sicuti reor, adparuit: omnia scilicet dinoscuntur melius contrariorum conparatione. sic equidem lumen tenebris, sic uita morti, sic ueritas falsitati conposita plus delectat. oportuit igitur hasce distantias pro suis qualitatibus sibi compotes sortiri patronos, ut nec falsi lateret defensor nec ueri uacaret adsertor itaque fieret, ut nec ille magis noceret occultus, nec otiosus iste torperet.

1 INCIPIT LIBER SECVNDVS CVIVS SVPRA *ABM*, FINIT LIBER PRIMVS INCIPIT LIBER SECVNDVS CVIVS SVPRA *C*, CVI SVPRA FINIT LIBER PRIMVS INCIPIT SECVND *R*, EXPLICIT LIBER PRIMVS INCIPIT LIBER SECVNDVS *FHL*, INCIPIT LIBER SECVNDVS *DE*   3 omnia *addidi coll. lin. 8, om. libri*   5 saepe numerum *R*   6 tatum *S*   sciuerit *Galland.*   7 inprobab^{n}is *S*   8 sicut *R*   dignoscuntur *Sch.*   11 asce *R*   12 nec] si *add. A*   14 otiis *ex* otius *L*, ocius *S*   torqueret *p*²

II.

QVO MODO PHILOSOPHI MVNDI INDAGAVERINT VERITATEM GRADATIMQVE AD DEVM VSQVE PERVENERINT.

Et quoniam mortalium generi natura datum est ut abstrusa fortius quaerat, ut negata magis ambiat, ut tardius adepta plus diligat, eo flagrantius ametur ueritas quo uel diutius desideratur uel laboriosius quaeritur uel tardius inuenitur, hinc factum est ut philosophi quoque excellentibus ingeniis, multimodis doctrinis, pugnantibus sententiis, longis saeculis de eadem ueritate quaerentes ab usque Pythagora Italico uel Ionico Thalete semper exstiterint, qui dissidentibus aliis uel in parte operis aliquid dignum tanta indage sentirent. unde etiam doctor gentium non tam ignaros ueri philosophos iudicat, quam cogniti contemptores accusat inquiens: inuisibilia dei a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque uirtus eius et diuinitas, ut sint inexcusabiles, quoniam cum cognouissent deum, non sicut deum magnificauerunt. ergo cognouerunt, et ingressa est diuinitatis abditae mens humana secretum transcensisque corporeis omnibus emirata illum uidelicet uniuersitatis uidit esse creatorem, qui non solum corporea uniuersa praeiret sicut inrationalis anima, neque hanc etiam sicut rationalis antecelleret, sed qui his

14 Rom. 1, 20 sq.

5 ambigat *G* 6 diligat] et *add.* *p Sch.* ametur *E*, amaretur *DF*, amaretur *rell. et b* quod *Mb* 7 laboriosus *S* 9 sententiis] doctrinis *S* 11 iunico *R* exstiterit *B* 12 indagine p^2 13 ductor *G* 15 creatore *ABC*E^1*F*H^1*P* 17 quod *BDF Sch.*, q *E*^{2} 18 cum *om.* *R* deum *post* sicut *om.* *R* glorificauerunt p^2 19 ergo] cum *add.* *R* 20 transcenssisque *S* omnibus corporeis *libri praeter CGM* 21 emirata *scripsi*, se mirata E^2, se miriata *G*, semerita *S*, semerita *rell.*, semet et ita *b*, et semet et ita *Barthius*, se metita *Sch.*, emetita ita *Galland.* 23 nec que *S*

simul omnibus longe inconparabili potentia praestaret. uidebat enim moueri corpus per loca et tempora, cum uel loco in locum cederet uel aetatem temporis transcursione mutaret. apud se itaque paululum constitit potentiamque sui non sine horrore suspiciens quaerendumne supra se aliquid, an in se esset consistendum sibi dubitauit. sed dubitantem se non esse deum dubitare non potuit, quia causa dubietatis ignoratio esset, non autem nisi ignarus ambigeret, deus uero nihil ignoraret ac per hoc dubitare non posset.

Porro autem se animaduertebat et ignorare necessario et consequenter ambigere adiecto eo quod, etsi non subderetur motioni per locum, moueretur tempore per adfectum, nec principale rerum stabilimentum foret, quod uel loco uel tempore moueri posset, quia nisi per aliud moueri nihil posset, in quo autem uniuersum staret, id in se ipso consisteret. sic in auctore suo altius ratiocinata cognouit illud, quod in superiore libro memoraui, uiditque nisi ab inmoto moueri nihil posse, itaque necessario stare animam ut corpus moueat per tempus et locum, stare uero in se ipso deum, qui moueat animam per tempus, corpus uero per locum pariter et per tempus. et quoniam principio nullum potest esse principium, quod iuxta de inmensitate ac sempiternitate cogitandum est, quia sicut a nullo coepit, ita in nullo consistit, non sine quodam medio ab imis, quod omne corpus est, ad summa, quod deus est, trans-

1 incorporali *MRb Sch.* 2 loca *CGMb*, locus *R*, locos *rell. et Sch.* de *ante* loco *inserit Sch.*, e *add. p* 3 cederit $BH^{1}R$ transcussione $ABCE^{1}FGL$ 5 suscipiens *ABCHLMSb* 6 esse *om. p* 7 quia $H^{1}MSb$, qua *L*, qui $ABCGH^{1}R$, cui *DEF Sch.* non *ante* causa *inserit G* ignorantia *R* 8 est *Mb* aūm si *M*, autem si *b* 9 hac *B* possit $ABCH^{1}MRb$ 10 se] si *G* anım se aduertebat *R* 11 si *in marg. add.* S^{2} superetur *p* 12 motione p^{2} 14 moueri *om. Galland.* possit $ABCH^{1}MRb$ nisi *et* nihil *inuicem transponit R* possit *libri praeter* $D^{1}E^{2}H^{1}LS$ 15 qua *ABCHLRS*, quod *p* id *om. Mb* 16 sua *p* alterius *p* libro superiore *ABCDGHLRS* 19 et] ad *Mb*, *fortasse* ac *scribendum* istare *R* deum in se ipso *S* 21 quod $BDEFPp^{2}$ principio] principii *Gp* 24 omne] sine *R*

eundum rata se scilicet inter extrema mediam repperit eo quod nec cuiquam corporum similis exsisteret, quia similitudo dei esset, nec eidem aequari deo posset, quia etsi ab illo coepisset, de illo non esset.

Animaduertit etiam in rerum plenitudine aliud esse secundum ueritatem quod iudicaret nec iudicaretur, aliud quod iudicaret et iudicaretur, aliud quod iudicaretur nec iudicaret: secundum ueritatem deum iudicare de quo non iudicaretur, animam iudicare et iudicari, corpora iudicari nec iudicare. tunc autem minime falli iudicantem, cum adhaeret illi secundum quod iudicat, tunc maxime cum conlabitur ad illud de quo iudicat. intellexit quoque propter inmutabilem uim contrariorum sicut tenebras luci, sicut essentiae nihilum, ita incorporeo corpus esse contrarium et uidit similitudinem cuiusque rei in contrario esse non posse, quia uidelicet inmota rerum ratio non sinit, ut aliquid uiuat mortuum, uideat caecum, substantia sit simul et nihilum. hic igitur intellegens nonnihil in anima humana esse deo simile, quia sit ille lumen inluminans et haec lumen inluminabile, incorpoream non dubia decreuit illud adiciens, quod si anima corpus esset et haec eadem similitudo dei esset, corporeus ergo deus esset,

1 ratam *Mb* sed *BR* extrema] et suprema *add.* *E*^{1} repperiit *M*, reperiit *b*, reperit *CHLS* 2 ne *HLS*^{1} cuiquam] nec *add.* *R* corporis *R* qua *LS*, quę *M*, qui *ABCDFH*^{1} *R* 3 eidem *Mb*, itidem *rell. et Sch.* posset *S*, possit *rell. et editores* 4 tamen *ante* non *inserit* *G* 5 plenitudinem *Mb* 6 ueritatem *Mb*, *om. rell. cum PT et Sch.* quod] iudicaretur et *add. omnes praeter M libri cum PT et Sch.* 8 ueritate *B*^{1} deum *Mb*, iudicantem *rell. cum PT et Sch.* iudicare *EM*, iudicari *rell. et Sch.*, uideri *S*^{1} quo *Mb Sch.*, qua *rell.* 9 nec] et non *ABDEF Sch.* 10 fallit *Mb* 11 quod *Mb*, quam *rell. et Sch.* collabitur *Mb*, labitur *rell. et Sch.* 13 essenciā et *G* nihilum] ministrum *p* 14 contraria *Sch.* 16 sinit *Mb*, sinat *rell. et Sch.* 17 simul] sicut *C* hoc *C* 18 in *om.* *p* 19 incorporea *libri praeter* *E*^{1}*GM* incorpoream] se *add.* *G Sch.* 20 dubie *Mb*, dubio *E*^{2} credit *ex* decreuit *M*, credit *b* est *Mb* 21 ergo *om.* *ABDF*

simul omnibus longe inconparabili potentia praestaret. uidebat enim moueri corpus per loca et tempora, cum uel loco in locum cederet uel aetatem temporis transcursione mutaret. apud se itaque paululum constitit potentiamque sui non sine horrore suspiciens quaerendumne supra se aliquid, an in se esset consistendum sibi dubitauit. sed dubitantem se non esse deum dubitare non potuit, quia causa dubietatis ignoratio esset, non autem nisi ignarus ambigeret, deus uero nihil ignoraret ac per hoc dubitare non posset.

Porro autem se animaduertebat et ignorare necessario et consequenter ambigere adiecto eo quod, etsi non subderetur motioni per locum, moueretur tempore per adfectum, nec principale rerum stabilimentum foret, quod uel loco uel tempore moueri posset, quia nisi per aliud moueri nihil posset, in quo autem uniuersum staret, id in se ipso consisteret. sic in auctore suo altius ratiocinata cognouit illud, quod in superiore libro memoraui, uiditque nisi ab inmoto moueri nihil posse, itaque necessario stare animam ut corpus moueat per tempus et locum, stare uero in se ipso deum, qui moueat animam per tempus, corpus uero per locum pariter et per tempus. et quoniam principio nullum potest esse principium, quod iuxta de inmensitate ac sempiternitate cogitandum est, quia sicut a nullo coepit, ita in nullo consistit, non sine quodam medio ab imis, quod omne corpus est, ad summa, quod deus est, trans-

1 incorporali *MRb Sch.*   2 loca *CGMb*, locus *R*, locos *rell. et Sch.*   de *ante* loco *inserit Sch.*, e *add. p*   3 cederit *BH*^{1}*R*   transcussione *ABCE*^{1}*FGL*   5 suscipiens *ABCHLMSb*   6 esse *om. p*   7 quia *H*^{1}*MSb*, qua *L*, qui *ABCGH*^{1}*R*, cui *DEF Sch.*   non *ante* causa *inserit G*   ignorantia *R*   8 est *Mb*   aūm si *M*, autem si *b*   9 hac *B*   possit *ABCH*^{1}*MRb*   10 se] si *G*   anım se aduertebat *R*   11 si *in marg. add. S*^{2} superetur *p*   12 motione *p*^{2} 14 moueri *om. Galland.*   possit *ABCH*^{1}*MRb*   nisi *et* nihil *inuicem transponit R*   possit *libri praeter D*^{1}*E*^{2}*H*^{1}*LS*   15 qua *ABCHLRS*, quod *p*   id *om. Mb*   16 sua *p*   alterius *p*   libro superiore *ABCDGHLRS*   19 et] ad *Mb*, *fortasse* ac *scribendum*   istare *R*   deum in se ipso *S*   21 quod *BDEFPp*^{2} principio] principii *Gp*   24 omne] sine *R*

eundum rata se scilicet inter extrema mediam repperit eo quod nec cuiquam corporum similis exsisteret, quia similitudo dei esset, nec eidem aequari deo posset, quia etsi ab illo coepisset, de illo non esset.

Animaduertit etiam in rerum plenitudine aliud esse secundum ueritatem quod iudicaret nec iudicaretur, aliud quod iudicaret et iudicaretur, aliud quod iudicaretur nec iudicaret: secundum ueritatem deum iudicare de quo non iudicaretur, animam iudicare et iudicari, corpora iudicari nec iudicare. tunc autem minime falli iudicantem, cum adhaeret illi secundum quod iudicat, tunc maxime cum conlabitur ad illud de quo iudicat. intellexit quoque propter inmutabilem uim contrariorum sicut tenebras luci, sicut essentiae nihilum, ita incorporeo corpus esse contrarium et uidit similitudinem cuiusque rei in contrario esse non posse, quia uidelicet inmota rerum ratio non sinit, ut aliquid uiuat mortuum, uideat caecum, substantia sit simul et nihilum. hic igitur intellegens nonnihil in anima humana esse deo simile, quia sit ille lumen inluminans et haec lumen inluminabile, incorpoream non dubia decreuit illud adiciens, quod si anima corpus esset et haec eadem similitudo dei esset, corporeus ergo deus esset,

1 ratam *Mb* sed *BR* extrema] et suprema *add.* E^2 repperiit *M*, reperiit *b*, reperit *CHLS* 2 ne *HL*S^1 cuiquam] nec *add. R* corporis *R* qua *LS*, quę *M*, qui *ABCDF*H^1 *R* 3 eidem *Mb*, itidem *rell. et Sch.* posset *S*, possit *rell. et editores* 4 tamen *ante* non *inserit G* 5 plenitudinem *Mb* 6 ueritatem *Mb*, *om. rell. cum PT et Sch.* quod] iudicaretur et *add. omnes praeter M libri cum PT et Sch.* 8 ueritate B^1 deum *Mb*, indicantem *rell. cum PT et Sch.* iudicare *EM*, iudicari *rell. et Sch.*, uideri S^1 quo *Mb Sch.*, qua *rell.* 9 nec] et non *ABDEF Sch.* 10 fallit *Mb* 11 quod *Mb*, quam *rell. et Sch.* collabitur *Mb*, labitur *rell. et Sch.* 13 essenciā et *G* nihilum] ministrum *p* 14 contraria *Sch.* 16 sinit *Mb*, sinat *rell. et Sch.* 17 simul] sicut *C* hoc *C* 18 in *om. p* 19 incorporea *libri praeter* E^2*GM* incorpoream] se *add. G Sch.* 20 dubie *Mb*, dubio E^2 credit *ex* decreuit *M*, credit *b* est *Mb* 21 ergo *om. ABDF*

iusteque maluit propter similitudinem creatoris sublimare creaturam, quam propter eandem similitudinem humiliare creatorem certo cognoscens indissolubiliter nexum, ut duo similia aut utraque incorporea sint aut utraque corporea. esse quoque in rebus substantiuis quaedam non solum specie dissimilia, sed etiam naturali uigore contraria, ut aqua uel flamma est, et haec tamen esse corporea atque hinc mirum fore, si duo dissimilia eademque contraria, ut est aqua uel flamma, corporea simul esse possint et duo similia eademque conuenientia, quod est deus et anima, incorporea simul esse non possint.

III.

PHILOSOPHIS GRAECIS VTITVR TESTIBVS DE CORPOREIS VEL INCORPOREIS EXEMPLVM CAMELI ET FORMICAE PROPONENS.

Huius modi igitur rationibus utentium philosophorum quoad potui uoluminibus perdagatis ignobilium plebe reiecta potiores quosque delegi, qui ueritati in praesentiarum testificarentur, quorum quidem ex abundanti est proferre sententias, non quo propriis deficiamur, sed quo magis mirum sit aduersum nos dimicare nostros et extraneos pugnare pro nobis. neque mihi profecto cordi foret mutuum ex his carpere quippiam, nisi iste corporis amicus sola philosophici nominis mentione terriculamenta quaedam nobis scientiae profundioris ostentauisset. ex

1 isteque *b*   aliud *M in textu*, maluit M^2 *in marg.*, *utramque uocem exarauit b*   5 rerum *G*   substantiis *G*, substancialibus *M corr. in marg.*, *b*   speciem ABH^1, *om. R*   6 ut—contraria *om. G*   ut] aut *R*   flamma] flumina *R*   7 tamen] ñ *A*   8 flamma] flumina *R*   9 simul *om. libri praeter GM et Sch.*   esse] non *add. A*   possit *R*, possent *ABDEF Sch.*   12 corporea—incorporea *libri*   14 quȧd *M*, quo ut *b*, quod p^2, prout *Barthius*   15 peragratis p^2 nobilium p^2 reiecta] te iacta *R*   16 delege *R*   17 habundantia *M*, abundantia *Rb*   quod *Mb*   18 deficiamus $D^1E^1G^1Mb$ *Sch.*   quod *M editores praeter* p^2 20 carpere *Mb*, capere *rell. et Sch.*   21 terriculam^{a}eta *S*   22 profundiores BH^1R

his igitur, quos contra ueritatem uocat, uocem ueritatis accipiat et geminae primum Graeciae classicum multisona Pythagoreorum tuba et lituum Platonis exaudiat nec tumescat sola uanitate nominum, sed pinguescat multimoda ueritate rationum. Pythagorae igitur, quia nihil ipse scriptitauerit, a posteris quaerenda sententia est. in quibus uel potissimum floruisse Philolaum reperio Tarentinum, qui multis uoluminibus de intellegendis rebus et quid quaeque significent oppido obscure dissertans, priusquam de animae substantia decernat, de mensuris ponderibus et numeris iuxta geometricam musicam atque arithmeticam mirifice disputat per haec omne uniuersum extitisse confirmans, illi uidelicet scripturae consentiens, qua deo dicitur: mensura pondere et numero omnia disposuisti, quam quidem ex diuina lectione sententiam nobis ab aduersario miror obiectam. dicit enim uerbis his: deus, qui ex nihilo fecit omnia, quae sicut opere instituit, ita materia incorporauit, rebus omnibus, inter quas et anima censetur, sicut distribuit pondus numerum atque mensuram, ita ⟨et⟩ posuit quantitatem.

Animaduerte, nostri bone cognitor, praesentis saeculi peritum facundumque doctorem: nihil incorporeum uult creatum et incorporatum dicit omne corporeum. cui incorporatur, quaeso, quod corpus est? si in pro non forte posuisti, ut incorporatum

13 Sap. 11, 21 16 cf. pag. 16, 18

1 quod p^2 2 multisonam *p Sch.* 3 tubam *M editores* lituo *G*, lituus *F* exaudiatur *AB²DEF* 4 unitate *L* pinguescit *S* 5 scriptitauerat *ABEF Sch. in notis*, scriptitaueret *H*, scriptitauer& *R*, scriptauerit *Sch. in textu* 7 repperio *RS* 9 disserans *LS¹*, disserens *S²* 10 geometrica *R* musicen *ACGHLRS* 11 omnia *Mb* 13 quo *S*, quam *BH¹R* 14 diuine *R* 16 qui] quidem *Sch.* quae *libri cum PT*, qui *editores* 17 materiam *Mb* et *post* incorporauit *additur illo Fausti loco* 19 et *addidi ex Fausto, om. libri* 21 bene *G* 22 nil *R* 23 dicit—incorporatum *om. ABDF* 24 non] aduerbio *add. Mb; haud scio an* aduerbio *tenendum sit coll. pag. 106, 6 et* non *delendum* ut *om.* p^2

pro non corporatum uelis intellegi, plus nobis quam uolumus sponte largiris, quia si auctor rerum quae fecit omnia non corporauit, sine corpore sunt ergo quaecumque sunt. enim uero quod est et absque corpore est incorporeum esse necesse est, quod Graeci elegantius ἀσώματον uocant. sin autem istius modi praepositione simpliciter usus es, incurristi nescius ueritatem, per eandem tamen ignorantiam uno tantum lapsus articulo, quod omnia incorporata dixisti, cum satis constet duplicis creaturae substantiam sic ordinatissima lege conpositam, ut omne creatum incorporeum et incorporatum sit, non autem omne corporeum sit et animatum. ac per hoc incorporatum corpus dici non potuit uelut in corpus missum, quia incorporatio ad illam pertinet absque ambiguitate naturam, quae et, priusquam incorporata est, non fuit corpus et, postquam incorporata est, non est corpus. si uero incorporata omnia eo forsitan sensu dixisti, quo dici plane potuit, etsi non debuit, omnia facta esse corporea, excidisti pariter et a proprietate uerbi et a ratione ueri, quia si omnis creatura corporea est, nihil incorporatum est: si autem incorporeum quid creatum est, non est omnis creatura corporea.

Sed una haec eademque causa est, quae te multiplici inuoluit errore: magna uidelicet rerum ignoratio et scientiae mira praesumptio. hinc quippe fit ut uel spiritus corporatos corpus esse credas uel item corpora incorporata definias. in istis tam dialecticis conclusionibus tuis semper tibi ueniat in mentem illius quam inurendam ducis aliis alti erroris infamiam. di-

1 pro *M et editores*, *om. rell.* corporato *editores* intellegi uolens *F*, uolens intellegi p^2 2 quae] qui *b* 4 necessarium *R* 5 eligantius *RS* asomaton *libri* si *Galland.*, sint *A* 6 praepositione $D^2E^2FL^2MS$, praepositionem $ABCD^1E^1GHL^1R$, propositione *editores* 8 satis] istis *G* 9 composita *b* 12 uel p^2 14 incorpora *R* et] sed *Mb* 15 si *M editores*, sin *rell.* 16 dixisti sensu *S* quod *Barthius* 17 ad *R* 18 a ratione] oratione *R* 21 haec *om. S* 24 defin^{i}as *R* ista *p* tamen p^2, iam *G* 26 aliis *om. b* infamia H^2LS, infamiae *Barthius* *uerba* illius—infamiam *sic collocari*: b e g f c d a *iubet* S^2

uinus quoque temet sermo commoueat: oportere prius deponi trabem propriam, ut possit alienam quis auferre festucam. proinde quia non lacessis quasi dubios praelii, sed percellis quietos mucrone conuicii et cunctis creaturae partibus mensuram pondus et numerum indita esse dixisti, quoniam haec simul omnibus constat inesse corporibus et animam corpus esse decernis, quae huius mensura sit, qui numerus, quod pondus inquiro. si modum uegetanti animae uiuentis corporis modus facit, quia corpus extrarium quasi uas aliquod animam ueluti minus quoddam corpus includit, ergo animae, ut tu ais, quantitas pro corporis quantitate censenda est.

O si mihi de his loqui tecum comminus palamque proueniret, liberaliter uidelicet agerem, nonnulla tibi de meo iure concederem neque protinus de homine quaererem, sed prius precario poscerem, ut rerum callens euidenti faterere responso, formicae et cameli animas utrumnam prouidentia an mole censeres? si prouidentia, luce liquidius esset animae cameli sic animam praestare formicae, ut camelus tanto paene minor formicae sit animo, quanto maior est corpore. si moles tibi in istius modi conparatione placuisset, eadem nempe replicarem et nihilo setius quaererem, si modus animae corporis modus est, cur infra corporis modum camelus brutescat et supra corporis modum formica uigeat? sisterent uerba fortassis, quae tuto tibi magna uolant. ista haec ipsa duplici sorte proponerem, utrius malles tibi copiam facerem. si mo-

1 cf. Matth. 7, 3 sqq.; Luc. 6, 4 sq. 25 Verg. Aen. XI 381

1 commoneat *EF*^{1}*HLRSb* 8 uegitanti *R* 11 tute *G* tu ais] tua his *R* ahis *BH*^{1} 14 agere *ABDF* nulla *p* 15 prius *om.* *S* 16 fatere *BRS*, fatere rem *M*, faterem rem *b*, faterer rem *p* responsio *B* 18 si] sed *G* 19 ut—formicae *om.* *C*^{1} 20 molis *ABCG*^{1}*H*^{1}*MR* 21 comparationem *HR* eandem *ABDE*^{1}*FM*, ędem *S* replicare *ABCR* 22 sitius *HR*, sicius *M*, serius *E*, ocius *B* quaerere *AB* 23 cuur *L* *saepius* camelus—modum *om.* *C* 24 uigeatur *R* si starent *LPS*, sic starent *coni.* *Sch.* 25 duplicia *p*^{2} 26 sorto *A*, forte *p*^{2} facere *B*

lem corporis elegisses, perexiguum formicae corpus obponerem, sin animi uigorem, hunc eundem nullum secundum molem fore conuincerem, cuius esse nihil in illa corporea cameli magnitudine conprobarem. hinc etiam tibi Maronianum illud obicerem, quod uerissime de apiculis dictum est:

ingentes animos angusto in pectore uersant.

Iam cum super statu hominis dissertare coepissem, a te scilicet nouo geometra, ut ingenia quorumcumque dinoscerem, decempedam, non iudicium flagitarem. ubi si illo forsitan uoluisses uti perfugio, ut diceres inuisibilia uisibilibus non posse metiri, e uestigio responderem ex magnitudine corporis quod animum includeret posse metiri animum qui corpus inpleret. si non posse dixisses, instantissime quaererem, cur fieri de corporis genere uno non posset, quod de omnibus posset? si adnuisses posse, dicerem tibi sermone prophetico: uade ad formicam, o piger, et aemulare uidendo uias eius, id est prouidentias eius, nisi forte credendum est ob id nos oraculo caelesti commonitos, ut gradiendi scientiam a formica quaereremus. non te in hac prolocutione sollicitet ambulandi cura, sed agendi sollertia, ut

6 Verg. Georg. IV 83 16 Prou. 6, 6

2 si *libri praeter M* 4 hic *libri praeter Mb et Sch.* illud] ob hoc *add. libri praeter DEFGPT et Schottum* 5 quo *S* uersissime *HL^1R* 6 uersantur *R* 7 disserta (diserta *b*) recepissem *Mb* 8 geometrȯ *S*, geometrica *R* cognoscerem *Mb* 9 decempedam non] decempedanum *p^2 Schottus e codice T in notis, sed haec lectio errori typographi tribuenda uidetur pro* decempedam in, *quod Sch. habet in textu* non iudicium *codices quos uidimus omnes*, in iudicium *Sch.*, non indicum camelum *b* 10 pfugio *Rp^2* 11 meteri *CHLS* e uestigio — metiri *om. G^1* magnitudinem *R* 12 animam *R* 13 implere *Mb* 14 c//ur (*erat* cuur) *L*, cum *R* 15 posset *GS*, possit *rell. et editores* tibi dicerem *editores* sermonem propheticum *Mb*, sermonem prophetico *R* 19 ad formicam *ABDF*, a//formic// *E*, a formicam *HR* 20 curā *R* sollertiam *R* ut *quod omnes libri praebent in* ac *immutauit et in prioris uersus initio collocauit Sch.*

ueluti ingentem formicae farris aceruum
conpopulant hiemis memores tutoque reponunt,

sic, homo hominis in conparationem inrationalium protoplasti lapse peccato, ne hieme fuga tua fiat, fidei calore et operis deuotione procures ac pariter intellegas formiculae et apiculae ingentes animos paruo corpore non includi. nihil enim magnum [locale] capitur exigua re locali, et paruum corpus atque ingens animus apiculae: non ergo capitur corpore, extra se igitur est. sed extra se nihil esse potest, est ergo totus in corpore, sed magnum corporeum corporeo paruo non capitur, quia tam magnum replet locum, quam magnum quidque locale est. aut igitur anima inlocalis et per hoc incorporea erit, aut secum tota non erit. sed nihil esse nisi secum potest, inlocaliter ergo in re parua res magna est. non igitur localis est animus et nihil inlocale corporeum: corporeus igitur non est. quidquid autem corporeum non est, non mole censendum est, non ergo ex magnitudine corporis animi magnitudo.

Quopiam nunc uideamus euadas: apicula tibi corporis, camelus animi magnitudinem negat. uideris ne istius modi rationibus sententia tibi placita labascat nec secundum corpo-

1 Verg. Aen. IV 402 sq. 4 Matth. 24, 20

1 uelut *libri praeter M* 2 compopulant *DEFMb*, cõpopulant *S*, cum populant *BG Sch. et Vergili codices* totoque *R*, tectoque *G Sch. et Verg. codices*, utoque *B* 3 hominis *Mb*, omnis *rell. et Sch.* comparatione *LS*, corporationem *E in marg.* protoplausti *R* 4 lapsus *Mb* 5 deditione *p* fomiculae *S* 6 non *om. ABDEF Sch.* 7 locale *uncis inclusi, om.* M^1b, illocale *superscr.* M^2 et] at *Barthius* 8 animus] est *add. Sch.* *comma post* corpore *exaraui, ante* igitur *interpungunt editores* 12 inlocalis] est *add.* $ABDEFp^2$ *Sch.* et *om. AB* hoc *Mb*, haec *rell. et Sch.* 14 parua *ex* praua *B* 19 copiam *B*, qdpiam *M*, quorsum autem *b*, quonam *coni. Sch. in notis*, euadas nunc uideamus *b* 20 uides ut *G* 21 sententia—labascat] sententiam tibi placitam euanescere *Mb* placida $ABCGH^1L^1R$ nec *DM editores, qui ante hanc uoculam interrogationis signum ponunt*

reas quantitates numeris ponderibus et mensuris animi magnitudo subiaceat, qui et paruus in magno totum tenet et magnus in paruo non effluit. sed forte corporaliter metiri animus non potest et pendi potest. is dicere audeat scire se posse, quot animus secundum pondus possit esse librarum, qui conprehensum tenet, quot sit secundum longitudinem pedum. uestigia uero numerorum in corporibus trifariam dinoscuntur. loco etenim primo, ut sit corpus maximum uel minimum, unum id esse necesse est, quod scilicet a numero illi est. secundo, quod partibus constat, quae profecto partes, ut iam diximus, dextra et laeua, sursum ac deorsum, ultro et citro sunt. tertio, quod iuxta praefatam diuersitatem partium secari omne corpus in partes potest, quarum item pars qualibet partium corporis propter uim primigeniam numeri et unum corpus erit et totidem partibus constabit et perinde in partes secari poterit, modo tu uideris utrumnam, cum cuiuslibet animantis una sit anima, diuidi haec eadem possit, ut iterum quotalibet pars animae anima sit, sicut quotalibet pars corporis corpus est. quod quia sanorum neminem reor posse dicere, terendum tempus non est in harum discussione causarum, quae suapte natura tam clarae sunt, ut obscurari potius disputatione uideantur.

1 qualitates *b* 3 effluitur AB^2R animus metiri *CR* 4 pendi potestur *AB* his BCH^1R, est qui *G* quod *ABCD* GH^1MRb 5 posset $ABDE^1FHR$ esse posset $ABDE^1F$ 6 quod $ABCH^1MRb$ magnitudinem *A* 7 uero] ergo *S* trifariam *EGb*, trifaria *rell. et Sch.* loca $ABCH^1L^1R$ 9 necessum *p* ille *p* 10 quot Sp^2 partibus *R* 11 dextera *Mb* et] ac *R* ultra MS^2b citra S^2b 12 quot p^2 13 iter *C* quelibet *ex* qualibet *ES*, quaelibet p^2 qualibet] a *add. Mb* 14 primigen//am *S* 16 cum *om. A* 17 quodalibet *R* 19 quod quia] quodq. *BDFR*, quodq H^1, quodque *A* tenendum *M* 20 harum *Mb*, earum *rell. et Sch.* causorumq. *R* sua apte $ABCDH^1MR$ 21 disputatione] minime *add. M*, minuta *add. b Sch.*, *fortasse* nimia *scribendum*, mihimet *coni. Hartelius*

IIII.

DE MENSVRA NVMERO ET PONDERE CORPORIS.

In illud nunc magis nisi contemnis aduertas animum, ut tibi, in quantum se uideri dignabitur, mensurae ponderis et numeri uis diuina pandatur. dici nempe deo legimus: mensura numero et pondere omnia disposuisti, quo potissimum testimonio in id scilicet usus es, ut exinde probatum uelis animabus quoque nostris corporeas quasdam inditas quantitates. uideamus ergo igitur mensura haec, pondus hoc, numerus hic ubinam loci fuerint quandoue esse coeperint, ut ad istorum quasi exemplar deus uniuersa formaret. si nihil increatum nisi creator est, haec ergo creata sunt. si creata sunt, non igitur omnia deus mensuris numeris ponderibusque disposuit, quando quidem haec ipsa non secundum ista formauit. sed auctoritati diuinae obuiare nefas est, numeris ergo ponderibus et mensuris uniuersa creata sunt. mensura ergo pondus et numerus creata non sunt: non enim secundum eadem creata sunt omnia, si et ipsa creata sunt. hic omnibus cogitandi uiribus enitendum est, ut quoquo modo possit agnosci non hoc esse pondus principale quod penditur, sed quo penditur, nec eundem esse numerum qui numeratur, sed quo numeratur, nec mensuram quae metitur, sed qua metitur, sicut item non hoc est magnitudo quod magnum, nec hoc aequale quod aequalitas, nec hoc pulchritudo quod pulchrum.

5 Sap. 11, 21

3 nisi contemnis] si contemnis *M*, si contendis *b* aduertas *Mb*, aduerte *G*, aduertes *rell. et Sch.* 4 si *G* 5 numeris *R* pendatur p^2 nempe] de *add.* p^2, *cf. pag. 105, 13* 7 exinde *Mb*, ex *C*, exin *rell. et Sch.* probare *Mb* 8 uellis *BCH*, uelles *DEF Sch.* 9 ergo *om. libri praeter M et editores* 10 ceperint *BCEL¹MR* 13 ponderibus Rp^2 15 auctoritate *CHR* obuiari *b* 17 non *ante* sunt *DEG Sch.*, *om. rell. et b* non creata *Sch.* non enim *Mb Sch.*, quia non *rell. et* p^2 non enim—sunt *om. C* 18 eandem *ABG¹HR* omnia creata sunt *S* si *om. p* 19 cogitandum *b* quo *ABDFH¹R Sch.* 20 hoc *om. CG* 23 non] in *R* haec *b*

nihil enim creatum per se magnum est, sed ex minoris conparatione magnum aliquid dicitur. hinc est quod montem paruum dicimus et grande milium, grandem quoque muscam et bouem paruum. cum uero ad ipsam creatricem uenitur magnitudinem, quia conparari non potest, nec maior nec minor est. sic et in his principalibus formis ratio par est, quas Plato ideas nominat. nam secundum eandem quadrandi legem fabricamus et quadratam tabulam et forum quadratum, et cum forum maius quadratum sit, non tamen magis quadratum est. hinc capias oportet indicium illius non pensi ponderis et inmensurabilis mensurae et innumerabilis numeri, quae tria simul aequiterna semper indiuidua ubique et ubicumque tota unus deus sunt.

Omnia etenim corpora, quibus quidque uel numeramus uel pendimus uel metimur, et numerabilia sunt et ponderabilia et mensurabilia. nam et numeris in corporibus certus est modus et pondiculi trutinae certum est pondus et decempedae certa mensura est, a cuius magnitudine et citra recurri licet usque ad uncias et semuncias et usque ad minimum, citra quod nihil est, et ultra item progredi usque ad maxima et ipsius quoque mundi inaccessa nunc sensibus spatia. habet enim certum magnitudinis modum quidquid finale est. proinde mundi moles uniuersa, quoniam ex finitis est conpacta corporibus, quippe cum alterum corpus alteri finem faciat, procul

1 sup se *L* 6 in *om.* *R* pars *AB*[1]*CGR* 7 quadrandi *Mb*, quadrati *rell. et Sch.* 9 forum] quadratum et cum forum *add.* *C* quadratum maius *ABDE*[1]*F*, quadratum maius quadrum *R* quadrum *HLS* quadrum *Sch.* 14 quidquam *G*[3] *Sch.*, quanquam *b*, quicquid *p*, quicque *ex* quicquam *D* numeras *R* 15 et *ante* numerabilia *om. Galland.* numera (*omisso* bilia sunt) *A* 16 numeris *M*, numerus *b*, numeri *rell. et Sch.* 17 pendiculi *LSb*, pondiusculi *A* trucinae *A*, trotinae *CH*[1]*R* pondus est *ABDEF* decempede[la] *S* 18 certo[a] *S* citro *HLMRSb* 19 semiuncias *M editores*, semiuntias *DR* 20 citro *Mb* 21 modi[um] *S* censibus *p*[2] 22 modum] pondum *R* 23 molis *ABCH*[1]*MRb* comparata *C*

dubio ipsa finalis est propterque et mensurabilis. trans quam si quid spatiorum humana mens cogitat, in ea certe ratione mensurae per corporales formas mitti posse non dubitat, quod quidem ita posse fieri in ueritate claret, si ullus extra mundum locus est. sed quoniam extra omnem locum locus esse non potest, localis mensura ubi locus nullus est non accedit, et cum desit quod metiri possit, quo possit metiri superest, quia finito mensurabili inmensurabilis mensura non deficit. eatenus equidem ratio ponderis eo quod pendi potest cessante non interit et numerus finito numerabili non finitur. igitur si inmensae lucis splendor aliquo nobis fulgore subrutilat, necessario scilicet istic admonebere, ut paululum seposita carnalium fallacia uisiouum dicas nobis decempedae forma corporeae cui nostro uisibilis sit? sed quia hanc, nisi nimium fortasse suscenses, corpori contemplabilem non negabis, consequenter quaero illam inmensurabilem de qua supra sumus locuti mensuram animone an corpori dicas esse conspicuam? sed non ita quempiam ueritas deserat, ut diuina corpori uisibilia fore contendat, cum nec corpora uideri ab hoc nisi animato cognoscat aut, ut dicam uerius, animam potius per corpus quam quidquam per se sentire corpus intellegat. duplex ergo est uidendi uis: anima uidet mensuram pondus et nu-

1 propter quae *Rb*, proptereaque *Sch.*, *fortasse* eapropterque *scribendum* et *om. libri praeter M et Sch.* 3 mensurãe *M*, mensura *b* 4 in *om. libri praeter M et Sch.* ullius *R* 5 modum *Mb* 6 nullus *om. Galland.* 7 occidit p^2 8 superius est *M*, superius dictum est *b* quoniam p^2 mensurabilia *R* 9 eo quod] equod *R* 10 interit *GMb Sch.*, ////terit *A*, terit *BC* H^1R, deerit H^1LST, perit *DEFP* 11 aliquod *R* fulgore *om. ABDF* 12 isti *A*, istinc $DEFp^2$ ammoneberis *M* 13 sepossita *B* 14 formam *LS* nostro *om. H*, in se *LS*, non *Sch.*, nostrum *b* 15 suscesses *MR*, successes *A*, succenses *rell.*, succenseas *b* corporis B^1C^1 *post* corpori *interpungendum esse censet Barthius* 16 mensurabilem *R* sumus *om. B* 17 animene *C*, animoũe *S* 19 forte *libri praeter* E^2 F^2GM nec *GMb Sch.*, ne *rell.* hoc] ho[mine] *B* 21 se sentire] tale p^2 22 est ergo *editores* animae (*cum enuntiato antecedente coniunctum*) *Schottus*

[illegible] mensurabilia numerabilia et ponderabilia [illegible] per corpus uidet quae sunt similia corpori, [illegible] incorporea uero per se, quibus est ipsa [illegible]

[illegible] quoniam mensuris ponderibus et numeris [illegible] sunt, eorundem in creaturis signa quaeramus. [illegible] elementorum omnium terra est. in rotundo scilicet [illegible] constat esse, quod medium est, quia in rotundi [illegible] non est. quaelibet ergo terrae pars magna uel [illegible] aut lapillus exiguus uel minutissimus puluisculus, [illegible] puncto uisibili contingi nequeant, habent et mensuram [illegible] modulo sui et numerum pro ratione partium, quibus [illegible] stant superiora ab inferioribus, dextra a sinistris, a posteri[illegible]bus priora, unde etiam quamlibet minimum diuidi in duo potest, quia corpus est. pondus uero illius hinc animaduertitur, quod hoc ipsum minimum ab origine sua sublatum et in aqua, superiore uidelicet elemento dimissum motu infatigabili non quiescit, donec naturali pondere ad solum terrae peruenerit. hunc ad modum rationis tramitem in reliquis tene corporibus, quia et aquae guttula, quam digito tincto sustuleris, habet scilicet pro magnitudinis modo mensuram, pro partium distantia numerum: lege ponderis si dimittas eam in aere, non residet nisi ad sua peruenerit. aeris quoque ratio par est, cuius

1 et *om.* *A* 2 per *post* ergo *om.* *Mb* uidit *R* 3 corporea *Mb*, corpora *rell. et Sch.* 5 ponderibus *om.* *C* 6 eorundem *E*[2] *Sch.*, earundem *rell. et b* 10 nimia *H*[1]*R* aut] uel *D*, ut *editores praeter p*[2] 11 uisibilia *ABF*[1]*H*[1]*R* contingi *supra rasuram scripsit D*[2], contigi *M* nequeāt *M*, nequeunt *b*, non queat *rell. et Sch.* habet *libri praeter M et Sch.* 13 sinixtris *M*

16 hoc *om.* *ABDEFR Sch.* origene *S* sui *Rp*[2] 17 uelicet *A* 18 solium *ABCH*[1]*R*, solidum *DEFGP* 19 hinc *C*, hanc *HLRS* reliquis] oportet *add. Sch.*, liquet *add. Barthius* tenere *BCH*[1]*MR Sch. et Barthius*, teneri *b* 20 quo *G* aqua *BH*[1]*R* guttulam *libri praeter M et Sch.* quanquam *p* habentem *libri praeter M et Sch.* 22 eam *om. libri praeter M et Sch.* aerem *DEFG Sch.*, *cf. lin. 16* resistit *G* 23 a *B* superuenerit *R* pars *B*[1]*G* par est] parem *R* cui *BDF*

nihil uel sub aqua contineri uel supra ignem ferri potest, quod, si quo pacto fiat, necessitate ponderis uel hinc naturaliter erumpat uel inde sponte desidat. mensurabilem uero aerem et pro numero partium numerosum uel hinc, ut arbitror, liquet, quia corporeum metiri posse mundum, cuius aer tertia pars est, iam constitit. sic etiam ignis elementum et pro partibus suis, quia locale est, recipit numeros et pro spatio, quia finale, mensuris subditur. pondus autem ignis iste terrenus quasi quoddam semen ignium supremorum sursum uersus habet, qui quanto maiore fomento pastus maiorum fuerit uirium, uelut in patriam tendens subtilis natura magnas partes stipati aeris inrumpit et, nisi eundem elementi alterius profundum uinceret, quo per naturam rapitur perueniret.

V.

DE MENSVRA NVMERO ET PONDERE ANIMAE.

Ecce patuit nihil esse corporeum, cui non sit mensura pondus et numerus. nunc quoniam eorundem est et partilis unitas et locale pondus et magnitudo mensurabilis, utrum tria haec eatenus in anima, ut in corpore sint, quaeramus. magnum

1 sup *LS* 2 quo *om. C* 3 decidat *G*, discedat *Mb* 5 licet *C* quid *S*, quod *Sch.*, quae *B*, ą *HLR* mundus *AR*, mundūs *F*, mund̄ *B* mundum] sciant *add. Sch.*, *qui totum hunc locum potissimum e codice T suffragante et codice P se constituisse affirmat, qua de re equidem ualde dubito* 6 tertia *M editores, om. rell.* est] quarta *add. DEFG*, quarto *add. rell.*, *uocem deleui,* sic etiam ignis elementum quarto *hic et* loco quod *post* constitit *inserit Sch.*, quarta *tenendum et post* constitit *inserendum censet Hartelius*: quarta (*scil.* pars) sic etiam ignis elementum *praeeunte Barthio, qui tamen* quarto *scribit* 7 quia locale est *om. Sch.* loca e *R* 8 finale] est *add. Gp² et Sch.* finiale *L saepius* mensura *p* 9 supernorum *coni. Barthius* 10 tanto *p²* eo *ante* maiorum *inserit p* maiorem *BH¹R* 11 subtilior *E*, subtili *Sch.* magna partes *M*, magnam partem *b* 12 idem *p* elementum *Mb* 17 quoniam] et *add. libri praeter GMb et Schottum* 18 et locale] edocale *B* 19 haec] et *add. BDEF Sch.* aut *A BCH Sch.* sint *S*

merum per se, uidet mensurabilia numerabilia et ponderabilia per corpus. ergo per corpus uidet quae sunt similia corpori, id est corporea, incorporea uero per se, quibus est ipsa similis.

Nunc si placet, quoniam mensuris ponderibus et numeris omnia disposita sunt, eorundem in creaturis signa quaeramus. imum certe elementorum omnium terra est. in rotundo scilicet illud imum constat esse, quod medium est, quia in rotundi extimis imum non est. quaelibet ergo terrae pars magna uel minima aut lapillus exiguus uel minutissimus puluisculus, qui puncto uisibili contingi nequeant, habent et mensuram pro modulo sui et numerum pro ratione partium, quibus distant superiora ab inferioribus, dextra a sinistris, a posterioribus priora, unde etiam quamlibet minimum diuidi in duo potest, quia corpus est. pondus uero illius hinc animaduertitur, quod hoc ipsum minimum ab origine sua sublatum et in aqua, superiore uidelicet elemento dimissum motu infatigabili non quiescit, donec naturali pondere ad solum terrae peruenerit. hunc ad modum rationis tramitem in reliquis tene corporibus, quia et aquae guttula, quam digito tincto sustuleris, habet scilicet pro magnitudinis modo mensuram, pro partium distantia numerum: lege ponderis si dimittas eam in aere, non residet nisi ad sua peruenerit. aeris quoque ratio par est, cuius

1 et *om.* *A* 2 per *post* ergo *om.* *Mb* uidit *R* 3 corporea *Mb*, corpora *rell. et Sch.* 5 ponderibus *om.* *C* 6 eorundem *E*[2] *Sch.*, earundem *rell. et b* 10 nimia *H*[1]*R* aut] uel *D*, ut *editores praeter p*[2] 11 uisibilia *ABF*[1]*H*[1]*R* contingi *supra rasuram scripsit D*[2], contigi *M* nequeăt *M*, nequeunt *b*, non queat *rell. et Sch.* habet *libri praeter M et Sch.* 13 sinixtris *M* 16 hoc *om.* *ABDEFR Sch.* origene *S* sui *Rp*[2] 17 uelicet *A* 18 solium *ABCH*[1]*R*, solidum *DEFGP* 19 hinc *C*, hanc *HLRS* reliquis] oportet *add. Sch.*, liquet *add. Barthius* tenere *BCH*[1]*MR Sch. et Barthius*, teneri *b* 20 quo *G* aqua *BH*[1]*R* guttulam *libri praeter M et Sch.* quanquam *p* habentem *libri praeter M et Sch.* 22 eam *om. libri praeter M et Sch.* aerem *DEFG Sch.*, *cf. lin. 16* resistit *G* 23 a *B* superuenerit *R* pars *B*[1]*G* par est] parem *R* cui *BDF*

nihil uel sub aqua contineri uel supra ignem ferri potest, quod, si quo pacto fiat, necessitate ponderis uel hinc naturaliter erumpat uel inde sponte desidat. mensurabilem uero aerem et pro numero partium numerosum uel hinc, ut arbitror, liquet, quia corporeum metiri posse mundum, cuius aer tertia pars est, iam constitit. sic etiam ignis elementum et pro partibus suis, quia locale est, recipit numeros et pro spatio, quia finale, mensuris subditur. pondus autem ignis iste terrenus quasi quoddam semen ignium supremorum sursum uersus habet, qui quanto maiore fomento pastus maiorum fuerit uirium, uelut in patriam tendens subtilis natura magnas partes stipati aeris inrumpit et, nisi eundem elementi alterius profundum uinceret, quo per naturam rapitur perueniret.

V.

DE MENSVRA NVMERO ET PONDERE ANIMAE.

Ecce patuit nihil esse corporeum, cui non sit mensura pondus et numerus. nunc quoniam eorundem est et partilis unitas et locale pondus et magnitudo mensurabilis, utrum tria haec eatenus in anima, ut in corpore sint, quaeramus. magnum

1 sup̱ *LS* 2 quo *om. C* 3 decidat *G*, discedat *Mb* 5 licet *C* quid *S*, quod *Sch.*, quae *B*, ꝗ *HLR* mundus *AR*, mundūs *F*, mund̄ *B* mundum] sciant *add. Sch.*, *qui totum hunc locum potissimum e codice T suffragante et codice P se constituisse affirmat, qua de re equidem ualde dubito* 6 tertia *M editores*, *om. rell.* est] quarta *add. DEFG*, quarto *add. rell.*, *uocem deleui*, sic etiam ignis elementum quarto *hic et* loco quod *post* constitit *inserit Sch.*, quarta *tenendum et post* constitit *inserendum censet Hartelius*: quarta (*scil.* pars) sic etiam ignis elementum *praeeunte Barthio, qui tamen* quarto *scribit* 7 quia locale est *om. Sch.* loca e *R* 8 finale] est *add. Gp² et Sch.* finiale *L saepius* mensura *p* 9 supernorum *coni. Barthius* 10 tanto *p²* eo *ante* maiorum *inserit p* maiorem *BH¹R* 11 subtilior *E*, subtili *Sch.* magna partes *M*, magnam partem *b* 12 idem *p* elementum *Mb* 17 quoniam] et *add. libri praeter GMb et Schottum* 18 et locale] edocale *B* 19 haec] et *add. BDEF Sch.* aut *A BCH Sch.* sint *S* (u above i)

certe corpus longitudine et latitudine et altitudine dicimus, cuius utique spatium grande uel paruum pro sui capacitate censemus. ergo tantum quidque corporis quodcumque corpus recipit, quantum pro amplitudine capax est. sic equidem transcenso inferioris creaturae gradu sublimiorem cerne creaturam et animi magnitudinem sui capacitate metire. ecce capax est anima humana sapientiae, capax namque est eius, quae intellegens eius est. ergo ut ante indeptam sapientiam sapientiae capax dici non potest, sic antequam particeps eius fiat, sapiens dici non potest. istic ego percontatum uenio, spatiumne loci fore iudices an inlocale aliquid, quo capitur sapientia? ego sic censeo, quod si secundum spatium sapientiae capax est sapientis anima, ergo secundum molem magna est sapientia. quod quia non sinit dici ueritas, inlocale est quod capit, ut inlocale possit esse quod capitur. en tibi humani animi sine mole magnitudinem, numeri nunc intuere rationem.

Animaduertisti, ut arbitror, haec esse in corporibus signa numerorum, quod scilicet numerosa sint corpora, quae sibi secundum praestantissimam numeri aequalitatem partium paritate respondeant, ut quoniam unius ad unum et duorum ad duo et ad tria trium summa aequalitas est, sic itidem illud numerosum corpus esse dicamus, quod rata dimensione forma-

1 altitudine et latitudine *R* 3 qu//dq· *D*, quiq *L*, quicquid *G²* *editores*, quicq *S* 4 transcensio *S* 5 creaturam cerne *M* *editores* 6 magnitudine *ABR* 7 humanę *R* capax] et pax *Mb* est *om.* *p²* eius] animae *b*, animae eius *p* quae] que uia *DE¹FP*, unda (quia?) *T*, qui et (qui *supra rasuram*) *L*, quae et *S*, qua *Sch.*, qui *R*, quia *p²* 8 eius *om.* *p et Sch.* est *om.* *A* 9 non *inclusit Barthius* 10 isti *A* ergo *BD EFMS editores* perconatum *C*, percunctatum *ABDEF* 11 sapientiam *R* sic censeo] succenseo *R* 12 sapientis (sapienti *b*) anima sapientiae capax est *editores* sapientis — molem *add.* *M² in marg.* 14 non *om.* *Sch.* sinet *libri praeter AGM* in loca est *R* 15 quo *Mb* humana *BB* 18 quae] corpora *denuo add.* *ABD EF* 20 aduo *R* 21 est] sit *Barthius*, *qui lin. 20 post* unum mente est *supplendum censet* sic] sed *p* idem *Mb* 22 numerorum *ABC* dimessione *A*

tum, ut uerbo tenus humanum quae sunt bina sic habeat ex aduerso posita, ut sibi nec magnitudine nec specie nec loco dissentiant, ut sunt aures et oculi, quae item singula, ut nasus et os, medium locum teneant atque, ut esse pulchra possint, concinentiam summae aequalitatis imitentur. quatenus igitur numeri ueritatem in anima reperiamus humana, primum debet ipsa sibimet actitandi rationem pro uirtutum parilitate concinere, ut sapientiae iustitia, temperantiae fortitudo respondeat, quae parilitas utique numerosa est, quia tanto est numeris uicinius, quanto est quidque concinentius. sed illud in anima numerosum potius arbitror, quo eadem scientialiter compos est numeri, ut non partibus sicuti corpus numerosa sit, sed ipsum dinoscat et secundum eundem iudicet numerum. nam tria et quattuor septem fore et haec et tria decem, nulla praeter humanam animam uel potest scire uel poterit. sicut igitur de mensura claruit, ita et de numeris satis adparet esse hos in corpore uisibiliter, in anima intellectualiter.

Restat nunc ut de pondere disputemus. corporum pondus illud esse patuit, quo eadem in regiones suas, unde primordialiter exsistunt, naturaliter feruntur nec quiescunt, quoad usque transmisso elementi alterius spatio in sua perueniant. animae uero pondus uoluntas est eius, quae proprie magis amor dicitur, quo scilicet uel se ipsam uel alia quaelibet

1 humanum] exemplum *add. A* 2 spetie *D*, spatio *editores* 3 ut] et *R* 5 continentiam ABE^1 6 repperiamus *DFS*, reperiemus *BCMb*, reperiemur AH^1, repperiemur *R*, reperimus *Sch.* (*an uoluit* repperimus*?*) 7 sibimet] simet *C*, et *add. b* concinere *ex* continere *E* 8 temperantia *R* 10 quicque *ex* quicquam *D*, quicquid *p*, quicquam *Sch.* 11 quod *G* 13 dignoscat *BDE FGH* 14 et haec tria et decem *AB*, et haec tria et septem decem *DF Sch.*, et hec tria et septem decem *E* trea *HS saepius* 15 humana anima *HL* 16 adpareat $ABDE^1Fp^2$ 17 intellectuabiliter *ABDFHLRS Sch.* 18 restant *R* ut] et *R* disputamus *S* corpore *ABHR*, corpori *LST* 19 potuit *C* 20 fef *AB* 22 eius est *S* 23 alia E^2T *Sch.*, aliam *rell. et b* alia quaelibet] aliquamlibet *S* quāelibet *H*, quamlibet *D FGLP*, quemlibet *b*

amat anima. siue enim sibi incorporea diligat, ut est uera sapientia, siue corpori corporea concupiscat, ut pulchra sunt corpora, inlocali amoris pondere rapitur, donec amatorum adeptione potiatur. igitur pondus corporis, quocumque corpus tulerit, mensuras eius et numeros indissociabiliter secum trahit. item pondus, hoc est amor animae in id quod diligit et memoriam et consilium secum cogit, quia nihil aliud uel meminisse uel cogitare ualet, nisi illud, cuius amore feruescit. unde diuinitus homini dicitur: d i l i g e s d o m i n u m d e u m t u u m e x t o t o c o r d e t u o e t e x t o t a a n i m a t u a, uidelicet ut, sicut corpus pondere cogitur in propria, sic anima pondere referatur in patriam. hoc pondere suo tamen anima non solum aliis iungitur, sed ipsa quoque solidatur, quia consilii ac mentis amore medio et mens consilio et consilium mente diligitur.

VI.

DE MENSVRA NVMERO ET PONDERE DIVINAE TRINITATIS QVO MODO HAEC TRIA IPSA TRINITAS SIT.

Sic et incorporaliter cuncta supereminens unitas praecelsissimae trinitatis mensura est, ut aiunt, sine mensura et pondus sine pondere et numerus sine numero. pondus ergo, quo haec eadem secum ineffabiliter unum sunt, caritas est patris et filii, quoniam spiritum sanctum apostolus proprie insinuans:

9 Matth. 22, 37

1 amat anima E^2, amat animam *G*, amat *MT Sch.*, anima S^1, animam *rell.* (*S^2 praeterea* diligit *add. in marg.*) sibi] siue *A* 2 c̄corporea S^2 4 quodcumque p^2 5 numerus BH^1R 7 scd̃m *B* cogit secum *D* uel *ante* meminisse *om. M editores* 8 ualeat *R* ferueseit] se suescit *R* 9 diligis *CHR* deum *om. B* 10 ut] et *R* 11 feratur LPp^2 12 patrium AH^1, propria *BF* 14 consilium] consilio ABH^1R 18 sic et *Sch.*, sicut *libri et b* incorporaliter *MR editores*, incorporabiliter *C*, incōpaliter *F*, inconparabiliter *rell.* p̃cellissimę (sis *supra*) *S*, praecellentissimae *b* 20 ergo] uero *mauult Hartelius* 22 quoniam *b*, qñm *M*, quem *rell. et Sch.* insinuas (n *supra*) *R*

caritas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, euidenter ostendens isto pondere, diuina scilicet caritate, illum ineffabilem numerum illamque mensuram illo stabiliter ferri, quo tale pondus accesserit. igitur tria haec inseparabilia sunt in corpore, sed multo magis in anima et indiuidua sunt in anima, sed multo magis in se, et sicut nihil sine uno creatore, hoc est ipsa trinitate exstitit, ita nihil omnino esse potest, quod non et trifarium subsistat et unum sit. omne scilicet corpus et unum erit et mensurabile erit et numerabile et ponderabile et omnis anima rationalis tribus indiuiduis, memoria consilio uoluntate subsistit, quibus capax est mensurae ponderis et numeri, secundum haec de mensurabilibus ponderabilibus et numerabilibus, hoc est de corporibus iudicans. quae si corpus esset, incorporea certe non caperet, sicut corpus etiam iudicari posset et de corporibus iudicare non posset. permanat ergo a summo, quod deus est, per medium, quod anima, ad imum, quod corpora, unitae specimen trinitatis corporibus signa sui inprimens, animabus etiam notitiam tribuens illa formans uisibiliter, has intellegibiliter. cum ergo nihil substantiam nisi essentia capiat et nihil nisi tribus, sicut supra disseruimus, unum fiat, quando tanta est unitas in corpore, hoc est in uestigio trinitatis, quanta est in anima, hoc est in imagine trinitatis, et item cum tanta sit in imagine, quanta est in ipsa trinitate?

1 Rom. 5, 5

1 caritas/// *R*   7 sine *om.* S^1 creaturae *A*   8 ipsa *om.* *AE*   omni *R*   9 trifariam E^2p^2 *Sch.*   11 memoriam *R*   13 haec] est *R*   mensurabilibus] quibus *add.* *R*, quibusque *add.* *Sch.*   14 indicans *R*   15 non *om.* *D*   careret *BDEF*, ////////ret *A*   indicari *R*   16 possit *utroque loco* $ABCDE^1FH^1$ *MRb*   permanat *B* (e *suprascr.*), permanet *p*   18 quod] est *add.* Dp^2 corporea *ABER Sch.*, corporea *H*, corpus LSp^2, corpori *p*   unite *b*, initae ABF^1HLS, in te *R*, unita *p*   19 notitiae $ABCDFH^1$ *RT Sch.*, notitiam sui E^2 20 substantiam *GMb*, substantia *rell. et Sch.*, substantiae *suspicatur Galland.*   21 essentia *Mb*, absentia *rell. et Sch.*   dixerimus *C*   22 quando] liquido *coni.* *Barthius*   23 quanta—trinitatis *add.* C^2 *in marg.*

VII.

PAGANIS VTITVR TESTIBVS NVLLAS IN ANIMA CORPOREAS ESSE MENSVRAS VEL LOCALIA PONDERA.

Sed quoniam nunc tempus aliud est, quam ut de quaestionis huius praeeminentia copiosius disputemus, tantum scilicet in his moratus sum, quantum prudentibus satis arbitror, quo adplene cognoscant nullas in anima corporeas esse mensuras uel localia pondera uel partium spatia, sed illud ab ea percipi, quod nec locus capit nec pondus mouet nec diuisio minuit, modo tu, arbiter docte, probaueris iustam gnarus ferre sententiam, anne sit locus quod inlocale recipit, an partile quod secari nequit, an mensurabile quod infinitum capit. nunc ad Philolaum redeo, a quo dudum magno interuallo digressus sum, qui in tertio uoluminum, quae περὶ ῥυθμῶν καὶ μέτρων praenotat, de anima humana sic loquitur: anima inditur corpori per numerum et inmortalem eandemque incorporalem conuenientiam. item post alia: diligitur corpus ab anima, quia sine eo non potest uti sensibus. a quo postquam morte deducta est, agit in mundo incorporalem uitam. non ego nunc rationum tramitem et nexuosissimas quaestionum minutias reuoluo, quibus haec probabilia quo uoles aduersante Philolaus efficit. in quae si quis uel curiositate uel studio forte flagrauerit, de

5 preminentia *BS*, p̄minentiā *R* 6 quoad plene *plerique editores*, quo plene *p*, quod ad plene *BD* 10 probaberis *AMb* iusta *R Sch. in textu*, iustam *idem in notis* ignarus *libri praeter* E^2*GM et Sch.* 11 an nescit *A* 14 quae *om. BDFHLMS*, quod *A* *ΠΕΡΙ ΡΥΤΜΟΝ ABCDEFHLRS*, *ΠΕΡΙ ΑΡΙΘΜΟΝ G*, epithmon *M*, ῥυθμῶν (*omisso* περὶ) *b* *ΚΑΗ ΜΗΤΡΟΝ ABDEF*, *ΚΑΕ ΜΕΤΡΟΝ CHLRS*, *ΚΑΙ ΜΕΤΡΟΥ G*, cametpon *M* 15 inditur (gi *supra*) *C*, indigitur *R*, indutur *G*, induitur p^2 16 inmortale *ABDFR*, immortalitatem E^2 17 p aliam *R* 18 ea B^2, eo *ex* eb *S* 20 uitam incorporalem *libri praeter M* 21 et] per *Galland.* 22 qui *A*, quod *Mb*, quoad *Barthius* uolet *Barthius* aduersanti *p Barthius* efficit *CGMR*, effecit *rell. et Sch.* 23 flagauerit *R*

ipso scilicet fonte hauriet. enimuero memet causa auctoritatis in eundem tanti testimonium philosophi iecisse sufficiet, sicuti ceterorum post hinc strictim proferre conueniet. iniuria nempe a quoquam poscitur et argumentum pariter et testimonium. Archytas perinde Tarentinus idemque Pythagoricus in eo opere, quod magnificum de rerum natura prodidit, post multam de numeris subtilissimamque disputationem: anima, inquit, ad exemplum unius conposita est, quae sic inlocaliter dominatur in corpore, sicut unus in numeris. quid, quaeso, praecelsius potest dici, quid uerius? ad unius uidelicet exemplum conposita, quia ad unius imaginem facta est. et idcirco unus est exemplum principale formarum, quoniam formabilia ab illo formas capiunt, qui non coepit. Hippon Metapontinus ex eadem schola Pythagorae praemissis pro statu sententiae suae insolubilibus argumentis de anima sic pronuntiat: longe aliud anima, aliud corpus est, quae corpore et torpente uiget et caeco uidet et mortuo uiuit, unde autem, [si] hoc est, quo principio nescire se dicit. sed non ita nunc omnium philosophorum Pythagoricae familiae sententias persequor, ut easdem copiosius aggerando de alienis admodum uoluminibus meum faciam satis arbitrans memet principium Pythagorici gymnasii de praesenti quaestione scita euidentia protulisse, certus scilicet neminem

1 auriet *CMR*, auriat *B*, hauriat *DEFp*² *Sch.* auctoritates *BH*¹*R* 2 eundem] medium *coni. Barthius* 4 quo *C* pascitur *CGR* 5 arcitas *ABCFHLMRS*, architas *E* itidemque *coni. Barthius* phytagoricus *S*, phitagoricus *R* 7 utilissimamque *Mb* 9 unius *BH*¹*RS*¹ 10 p̄cellius *S* dici potest *G editores* ad] aut *A* 12 formatum *Sp*² 13 coepit *BHSp*, cępit *FL*, cepit *rell. et editores* 14 hippon metapontinus *scripsi*, hyppon mettapontinus *G*, ypomme (yponme *HLRS*, ipomme *M*, ypomne *C*, yponne *D*, hypomne *PT*) tarentinus *rell.*, hippomenes tarentinus *Sch.*, eromenes tarentinus *b* promissis *R* 15 scientiae *S* insulubilibus *S* 18 si *uncis inclusi et post* dicit *interrogationis signum, quod praebent editores, sustuli* 19 dicitur *ABD HLRSp*² non *om. S* 22 pythagoricae *ABHLRS*¹ 23 scilicet] qui in hoc *add. Mb*

refutare doctorum, quin hoc idem senserint scriptoque prodiderint Archippus, Epaminondas, Aristeus, Gorgiades, Diodorus et omnes Pythagorae posteri, quorum uidelicet nominum, ne dicam sententiarum multitudine, si eadem prodita uelim, uolumen efficerem.

Igitur Platon procedat in medium, a quo uere claret quam magnum in semet bonum genus humanum neglegat nostro praesertim saeculo, quo dictis factisque caelitus editis eotenus religio conclamata est, ut paene iam credendi labore submoto tepore fidei scientiae fructum capessat laborisque mercedem opere non patrato percipiat. quo fit ut mirari admodum digne nequeam huius Platonis animum, qui tantis equidem saeculis ante puerperium uirginis, ante incarnationem dei, ante hominis resurrectionem, ante praedicatam summae trinitatis in gentibus unitatem ineffabilem una tres in diuinitate personas laudabili ausu, mirabili ingenio, inimitabili eloquio quaesiuit inuenit prodidit, patrem deum paternamque mentem, artem siue consilium et utriusque horum amorem mutuum unam summam aequiternam indiuisam diuinitatem non solum ita credi oportere docuit, sed ita esse conuicit. persuadere mihi non possum, quod philosophi huius anima corporea fuerit, ac si forsan praecipiti lapsu stultitiae ulla anima corpus esse iudicanda est, illas equidem corporeas iudicauerim, quae cor-

1 doctorum refutare *S* refūtarim *b* quin] qui in *BCGH LRS*, quū *Mb* 2 gorgiadis *libri praeter G* didiodorus *B*, uiodores *R* 3 posteris *BH*[1]*R*, posteres *H*[2]*LS* 4 multitudinem *DEFM editores* uelin *B*, uel in *HR*, uelī in̈ *S* 8 quod *B* eatenus *editores praeter b* 9 credendi *CE*[2]*GMb*, credentibus *rell. et Sch.* 10 tepore *Barthius*, tempore *libri et editores* capescat *ABF* 12 huius — saeculis *om. Mb* animam *Sch.* quantis *BG* 13 puerperum *BC* dñi *R* 15 una *Mb*, unum *rell. et Sch.* ineffabilem unitatem, ineffabile unum *suadet Sch.* 16 laudabilia usu *M*, laudabili usu *b* ingenio] studio *D*[2] imitabili *MRb* eloquio] ingenio *B* 17 arte siue consilio *Mb* 19 diuinitatem] aeternitatem *Mb* ita non solum *S* 20 sed] et *add. Barthius* conciuit *ABHRS*, consciuit *L*, concinit *Sch.*

pus esse se credunt, non per hoc animarum generi derogans, sed quosdam sententiae suae inprobitate, non mea sponte denotans. et quid hominibus fiat, quos cum eo usque inscitia teneat, ut indoctos se esse nesciant, scientiae nihilo minus priuilegium sibi uindicant, dumque in inperitas aures uerborum puerilium spumas exspuunt, uno eodemque mendacio semet scientiae fallunt, alios docendo decipiunt Lysiae similes, quem Platon idem cassa rerum uerba fundentem in Phaedro eatenus increpat, ut esse deterius adstruat gnarum uerborum, ignarum esse causarum, quam nescientem rerum uerba nescire, potius arbitrans inperitum silentium loquaci inperitia. unde etiam Tullius libro de oratore primo: eloquentia est, inquit, scientia conprehendendarum rerum plurimarum, sine qua uerborum uolubilitas inanis atque inridenda est, et paulo post: etenim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio, cui nisi subest res ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet locutionem et paene puerilem. sed hinc alias.

In Phaedro autem Platon de anima sic pronuntiat: anima, inquit, inmortalis est, quae semper a se ipsa mouetur et aliis causa motus est, corpus autem per se non mouetur. non ait tantum: mouet alia, sed: aliis causa

12 Cic. de orat. I 5, 17   15 Cic. de orat. I 6, 20   20 Plat. Phaedr. pag. 245 e

1 se *om.* *BEFHLRS*^{1}*b*   se corpus esse *Sch.*   se esse *A*   2 scientiae *S*   3 de *ante* hominibus *add. Sch.*   quos] cur *AB HLRS*^{1}, ut *DEF*   quos cum conuiceris amentia ea teneat *coni. Barthius*   inscientia *BDGMb*, insitia *R*   4 nihil hominibus *B*   5 uindicent *Barthius*   in *om.* *Mb*   6 spum̃a spuunt *M*, spuma conspuunt *b*   7 alios^{q} *S*   decipiunt] alios *add. libri*, *del.* *S*^{2} *Sch.*, illius *pro* alios *scribi iubet Barthius*   8 plato *DEF HL*   crassa *p*   phedrone *D*   9 gnarum] ignarum *A*^{1}*BCD*^{1}*F*^{1}*H*^{1}*R*^{1} uerborum ignarum *om.* *C*^{1} 12 aratore *G*   de oratore libro primo *R*   scientia *om.* *Mb*   13 conprehendarum *CF GHLRS*, conprehensarum *A*   15 et florescat *R*   16 subest res] sub efores *R*   17 aratore *G*   18 haec *b*   20 phaedrone *DF*   plato *DEFH*   nunciat *Mb*   21 ipsa *om.* *ABDEF*

motus est, animaduertens equidem uir excellentis ingenii fore nonnulla quibus sit moueri proprium causa motus alieni. quidquid enim uoluntarie mouetur, ipsum fere sibi causa motus est, quod autem mouetur uel nesciens uel inuitum penes scientem uel cogentem causas motus habet. nec repugnat anterioribus nostris disputationibus, quod istic a se moueri animam dicimus, cum principalem motionum cardinem in deo esse dicamus, quoniam id ipsum fere a deo illi est, ut sponte moueatur, uidelicet ut, sicut causa motus animi uoluntas est eius, sic substantiae, quae utitur uoluntate, causa sit deus, quia, etsi posse uelle nobis ex deo est, non omnis uoluntatis nostrae motus erit ex deo. uel tunc reor, cum uoluntate peccamus, nostri causa motus ex nobis est, ne peccatorum deum faciamus auctorem. quocirca si corpus a se non mouetur et corpus non est quod sibi causa motus est, quia in se motus sui causas habet, anima non est corpus.

Idem Platon in libro, quem *περὶ φυσικῆς* scripsit: anima, inquit, animantium omnium corporalis non est ipsaque se mouet aliorum quoque agitatrix, quae naturaliter mota sunt. in Phaedone autem sic apud eundem Platonem cum Simmia et Cebete aliisque philosophis Socrates loquitur, ut cum uideamus illic ualde consentanea nostrisque oppido coniuentia pronuntiari, quae non solum prae-

17 cf. Apul. de dogm. Plat. I 9

2 proprium] ut sunt lapides et ligna ceteraque insensibilia *add. b ex glossa in M superscripta* 3 uoluntariũ *A* 4 pene *Mb* 9 motus causa *libri praeter CE*^{2}*GM* est *om. libri praeter E*^{2}*G et b Sch.* 11 posse] ipse *B*, posse et *DE*^{1}*FGp*^{2}, iusta *coni. Barthius* omnes uoluntates *R* 13 nec *AE*^{1}*MR* 14 faciemus *A* 16 habeat *libri praeter CGM* 17 idem *CM editores*, item *rell.* plato *DEFLM* *περὶ φυσικῆς scripsi*, perifisicis (p̱ ifisicis) *BCDEGHLMS* (*in marg. man. rec. περὶ φυσικῶν*), pery fisicis *A*, peri fysicis *F*, p̱i sysicis *R*, *περὶ φύσεως editores* 18 amantium *ABH*^{1}*R* 20 immota *G* phedrone *libri praeter L* 21 siminia *R*, symmia *S* cibete *ABCM*, cybete *rell.* 22 socratis *ABCH*^{1}*MRb* 23 conuiuentia *AC*, conuentia *B*, conuentia *F*, conuenientia *DEp*^{2}, *quod Schottus 'mallet, fauerent modo libri'*

iudicio auctoritatis utuntur, sed uirtute rationis adminiculantur, animaduertamus praeter natiuum humanae mentis uigorem hasce uidelicet animas, quae tam remota persecutae sunt, tam clausa adierunt, tam operta uiderunt, idcirco scilicet lumine ueritatis adflatas, ut in salutem generis humani toto quandoque mundo diuinitus editum dogma apud rudes ueri gentium mentes gentilium testimoniis uteretur, quo magis ignorantiae nubilo caecata et infidelitatis frigore in quandam glaciem durata gentilitas euangelicae ueritatis calori cederet, si eadem ueritas aduersantium quoque sibimet ore sonuisset. aut cur non haec eadem per philosophos nobis in usum ueri caelitus procurata credamus, quae ad redarguendam nostrorum quoque inperitiam utilia fore cognoscimus? persuadens igitur in Phaedone Socrati sic ait uera ratio: donec corpus habeamus permixtusque sit tali malo noster animus, numquam nos id quod iam olim concupiscimus satis plene consecuturos. concupiscimus autem ueri scientiam. corpus enim nobis primum innumerabiles et infinitas occupationes infert, quibus conterimur ob necessarium uictum et alimenta cotidiana. deinde si qui morbi ingruerunt, inpedimento sunt, quominus inquirere et inuenire ueritatem

14 Plat. Phaed. pag. 66b — 67a

2 propter *A* 4 adiecerunt *R Sch.* operta *Barthius*, perita *libri et editores* uidelicet *b* 5 adflatus *BH*¹*R* toto *libri cum PT*, toti *b* 6 diuinitatis edituri (*scil.* philosophi) *coni. Barthius* editum] ederetur *p*, editum esset *Sch.* uer// *E*, uere *M*, uero *b* gentilium *Sch.* 7 uterentur *M editores* 8 nubilo] morbo *b* 9 calore *R* sic *BH*¹*R* 10 sonuissent *BH*¹ *R* 11 per *om. b* 13 persuadet — socrates. ait uera ratio *G* phedrone *libri et b* 14 socrates sic ait. uera ratio est donec *p* 15 permixtũque *S* 16 satis *om. F* 17 plene *om. BDF*, plane *EL*, pleno *b* 18 nobis *om. BDEF* innumerales *p* 19 inferunt *R* 20 conuictum *p* alimentum quotidianum *libri praeter CGM et Sch.* 21 deinceps *Mb* ingruerint *BE*²*G*, ingruer̃ *M*, ingruere *b* 22 cominus *Mb* inquiramus et sic uer. inu. non possumus *p* ueritatem] non *add. b*

possimus. nam cupiditatibus et cupidinibus et timoribus innumerabilibus, uariarum rerum adpetitionumque uisionibus et infinita quadam dementia corpus oneratur, ut prae illo ne sapere quidem ulla in re possimus. et si quando tempus aliquod ad philosophandum uacuum uel habuerimus uel fecerimus, tunc quoque in ipsis cogitationibus nostris corpus intercurrit turbam errorum inferens menti, ut obcaecante illo ueritatem peruidere non possimus. itaque unum hoc in omni quaestione nobis et id quidem euidentissime probatur, si quid umquam bona fide scire uolumus, recedendum esse a corpore et in ipso animo res considerandas. tunc enim uidemur consecuturi quod concupiscimus et cuius rei amatores nos profitemur, cum defuncti erimus, nam dum uiuimus, desperandum est. etenim si constat nihil sinceri mixtum corpori animum peruidere posse, sequitur alterutrum, aut nullo tempore nec usquam contingere homini ueram scientiam posse aut tunc demum, cum excesserimus e uita. defunctorum enim animus liber est et solutus a corpore. eo autem tempore quo uiuimus ita demum adpropinquabimus adplicabimurque scientiae, si nihil aut quam minimum corpore utamur neque in societate eius, nisi quatenus necesse est, animum dimittamus. ita enim minime replebimur uitiosa turbulentaque natura corporis, sed puri a contagione eius, in quantum facere possumus, erimus et, si ita fecerimus, incorrupti

1 possumus *M* iam *HLMRSp*[2] et cupidinibus *om. Galland.* cupidini[b]mus *S* 4 oneretur *C*, honoratur *R* 5 illa *AG*[1] 6 a *BR* 10 possimus *Mb*, possit *rell. et Sch.* 12 bona *om. G* 17 si *om. Mb* siceri *B* commixtum *D* 19 usq· *A* 21 e] & *R* enim *om. B* 22 solus *p* 23 ait ppinquabimus *S* 24 nihil aut *om. B* aut] aliud *M* 25 societate *Mb*, societatem *rell. et Sch.*, *cf. pag. 114, 16 et 22* 29 pussumus *R*

sincerique digredientes ad omnia incorrupta sinceraque ueniemus.

Haec ad uerbum ex dialogo philosophi admodum principis excerpenda atque huic nostro inserenda uolumini ratus sum non arbitrans fore quempiam inlectamentis fallaciarum corporalibus obsistere solitum, qui hasce repugnantias in semet ipso sentiens disparium naturarum corporis atque animi teste se in hoc ipsum sibi non indiscussis equidem longe maximi inter philosophos uiri disputationibus adsentiatur interque animum corpusque suum praeside ratione disceptet, quidnam sit illud quod, ut aiunt, corporeus animus ab omni inuentione occursante sibi semper extrarii corporis praepediatur obstaculo aut cur extrarium corpus in reatum uocet, quod semet a contemplatione ueri deuocet, cum sibi ipse sit inpedimento, si corpus est. sed super his non argumentabor. ipsa per se nimirum ueritas claret nec ornamento aut adiumento extrinsecus indiget, quae et pulchrior et fortior nuda est.

Hinc egomet testium meorum indefensis hactenus mihi testimoniis utendum ratus sum, quia penes illos tantum, qui toto sui admodum corpus sunt, de hisce ueritatis uadibus dubitabimus. uerum quid hic idem Platon in Hipparcho, quid in Lachete, in Protagora, in Symposio, in Alcibiade, in Gorgia, in Critone,

3 philosophorum — principum p^2 4 excerpendam *R*, exerenda *G* 5 illecta mente *Mb* corporibus *libri praeter DEF et b*, corporis sui *Barthius* 7 testem p^2 *Barthius* 8 non *om. Galland.* indiscursis *S*, indicet discussisque *Barthius*, discussit p^2 9 assentantur *S* 10 prae consideratione p^2 suum//// ratione (praeside *add. man. sec. in marg.*) *S* 11 inuentione] ueri *add. G* 12 accursante *p* 13 extraneum *R* inreatum *S*, increatum p^2 quod — deuocet *om. ABDEF* 14 reuocet *Galland.* 15 super bis *R* non *om. Mb* de argumentabor *M*, deargumentabor *b* 16 ornamenta BD^1H^1R 18 eorum *Mb* indefessis AE^2Mb, indefensus *Barthius* 19 utendis *Mb* 20 uatibus *Mb* dubitamus *Mb* 21 uerum] nunc *add. G* hic *om. S* idem] id est *R* ypparcho *RS*, ipparco *M* lacita *ABCMR*, lacyta *rell.* 22 simpotio *DEFR*, simpocio *M*, sympotio *rell.*

quid in Timaeo etiam arce quadam et quodam philosophiae uertice de anima pronuntiauerit, placitae breuitatis gratia missum facio. neque enim refert ad agnitionem ueri quid de eodem saepius quisque dixerit, quam quid senserit quaerere, quia in saepe dictis nec uberior est cognitio rerum, cum sit prolixitas onerosa uerborum. quapropter in adstructionem ueri magis considerandum est quid unum multi senserint, quam quid unus saepe dixerit. ego tamen Platonem, prout mea opinio est, philosophorum omnium merito principem in negotium praesens admiratione sui pellectus testem saepe uocitaui, quamlibet quae plura istic eiusdem legas innumeris conparata, quae super anima dissertauit, pauca admodum censeas. sed nec Porphyrius Platonicus multis post Platonem saeculis a magistro uspiam in hac eadem causa dissensit. inlustri quippe uoce genus humanum suae dignitatis admonuit: s i b e a t i, inquit, e s s e u o l u m u s, c o r p u s e s t o m n e f u g i e n d u m. est ergo incorporeum quiddam in nobis, cui aduersa corporis uniuersi contagio est, et quid istud erit, nisi imago dei, et quid imago dei, nisi humanus animus? qui si in corpore beatus esse non potest et incorporeus non est, numquam beatus erit, qui sine se non erit.

1 artae *G* et quodam *om. M*[1] 2 bruitatis *S* 3 refert *om. ABDEF* ueri] tam *add. Barthius* 4 deodem *S* quam qui *ABHLR*, quam qui (l in quantum) *S* 5 cum] quam *M editores praeter Barthium* 6 quipropter *A* ad instructionem *B* 7 quod *A* senserit *S* 8 ergo *p*[2] 9 oppinio//// phylosoforū *S* 10 admirationi sui *ABHLRS*[1], admirationis ui *DEF* deceptus *M*, captus *b* 11 isti *A* leges *b* in numeris *Sch.* 12 super dè *b*, super (de) *M* (de *man. sec.*), de *et sequens* anima *glossema esse censet Sch.* 13 porfiricus *ABCRL* (c *in ras.*), porfirius *EFHM*, porphyrius *S* 14 sclis *M*, secundis *b* 16 uolumus esse *R* est *om. ABDE*[1]*F* 17 corporeum *A*[1]*BCH*[1]*R* quidam *R* 18 cogitacio *M*, cogitatio *b* illud *p*[2] 19 in *om. b* 20 et incorporeus non est *om. BDEF*

VIII.

ROMANIS PAGANIS PHILOSOPHIS VTITVR TESTIBVS DE ANIMAE INCORPORALITATE.

Plurimorum in negotium praesens philosophorum plurimis testimoniis usi sumus multosque ex eadem Graecia, si uel causa posceret uel ratio sineret, proferre possemus. sed ne localiter ueritatem quaesisse uideamur, ut haec eadem ab una tantum uideri gente quiuerit et aliis ignorata sit, cum ueri compos humana substantia non sit regione, sed genere, Romanos etiam eosdemque philosophos testes citemus, apud quos Sextius pater Sextiusque filius propenso in exercitium sapientiae studio adprime philosophati sunt atque hanc super omni anima tulere sententiam: incorporalis, inquiunt, omnis est anima et inlocalis atque indeprehensa uis quaedam, quae sine spatio capax corpus haurit et continet. acrius isti, ni fallor, abstrusas rerum rationes ingressi sunt, quam nonnulli nostrates, qui cubiculariis disputationibus de sublimium indage causarum aliquid soporiferum in lectulis oscitantes perpellente copia tepentium naeniarum stolido laudatore ueternosas anilium opinionum suspiciones edormiunt innexamque uisceribus animam corporis claustris includi et contineri decernunt. sed istuc inperitiae ueri uacuae figmentum, prout locorum ratio poposcit, et superiore libro discussimus et prolatis nunc summorum magnis auctorum testimoniis

4 negotium *Mb Sch.*, negotio *rell.* praesenti *GS*[2] 5 siue *R* 6 possimus *A* nec *R* 8 alias [i above a] *S* cum — substantia] quia uera indagacio humane substantię *M*[1]*b*, *corr.* *M*[2] *in marg.* 9 insit *Barthius* 11 sextus *Mb*, exius *R* sexiusq· *R*, sextus *omisso* que *Mb Sch.* exercitu *p*, exercitio *Barthius* 12 adpmę [i above] *S* has *p*[2] omni anima] omnia *G* 13 atulere *AF*, attulere *DE*[1]*R Sch.*, atre *B* sententias *ABHRp*[2] inquit *A* 14 indepreensa *R* 16 abstrusa *ABF*[1], abtrusas *R* ratione *A*, nationes *M* 18 sopori serum *R* 19 oscitantes *editores*, suscitantes *libri cum PT* copiam *RS* uenarum *D* stolio [d above] *R* 20 opiniorum *R*

in rem sui nobis opitulante ueritate rationis quoque uiribus refellimus. Marcus Varro, sui saeculi peritissimus et teste Tullio omnium sine dubitatione doctissimus, quid in musicis, quid ⟨in arithmeticis⟩, quid in geometricis, quid in philosophomenon libris diuina quadam disputatione contendit, nisi ut a uisibilibus ad inuisibilia, a localibus ad inlocalia, a corporeis ad incorporea miris aeternae artis modis abstrahat animum et in corpora, hoc est in aduersa sibi dilapsum sui compotem faciat? cui si corpus esset, corpus aduersum esse non posset. quid ego nunc Zoroastri, quid Brachmanum ex India, quid Anacharsidis e Scythia, quid uero Catonum, quid M. Ciceronis, quid Crispi, qui ab ipso paene principio sui operis animo dominandi ius tribuit, corpori legem seruitutis inponit, in defensionem ueri sententias adferam, quid orbis uniuersi de animae statu nobis concrepare iudicium in his dumtaxat qui merito enituere conuincam?

3 cf. August. de ciu. dei VI 2 12 cf. Sallust. Catil. 1, 2

1 re *S* ueribus *coni. Sch.* 2 marcis *AH^1R* saeculi sui *R* 3 qui in musicis *R* 4 quid in arithmeticis *b*, quid *M*, *om. rell., uncis inclusit Sch.* in *ante* geometricis *et ante* philosophomenon *om. b Sch.* φιλοσοφομένων (φιλοσοφουμένων *Galland.*) *editores, cf. pag. 19, 16* 5 contend^{i}unt *R* 7 aeternae *E^2GS^2 Sch. in notis*, aeternis *rell. et b*, et arcanis *Barthius* aeternae artis] aeternitatis *coni. Sch.* abstrahebat *AB^1*, abstrabat *HL* 8 incorporea *p^2* delapsum *$HLRSp^2$* 9 qui *S* 10 zoroadhis *G*, zoroadhi *rell.* bragma^{na}rum *A*, bragmanum *rell. et b* 11 anacharsidis e *scripsi*, anatarsi de *G*, anacharsi ex *R*, anacharsi de *rell.*, anacharses e *b*, anacharsis e *Sch.* sitia *R* catone *A* 12 crispi *GS^2*, chrys^{salusti}////i *A*, chrysippi (crisippi) *rell. et editores* 13 minandi *B* inponitur *R* 15 in] ni *DEF* his *om. BDEF*

VIIII.

ABHINC ECCLESIASTICIS DOCTORIBVS VTITVR TESTIBVS DE ANIMAE INCORPORALITATE.

Facile profecto hoc idem factu mihi esset, nisi adici quempiam coacta testium turba non sineret et diuina iam nunc oracula pandere uel tempus foret uel ratio commoneret. atque ut ad ipsos caelestium uoluminum fontes illis fere ducibus, qui ex eisdem largius hausere, ueniamus, Gregorius Nazianzenus in apologetico magnum uidelicet inter animam et corpus clamat esse discrimen atque ut corpus corporalibus pasci, sic animam incorporeis saginari. beatus Ambrosius ad Mediolanensem in ecclesia populum uerbo doctissimo atque eruditissimo: *sequestremus nos*, inquit, *a corpore, contra quod nobis, si salui esse uolumus, iuge certamen est.* una praecellentium eademque sententia non nisi eodem intellectu animaduertenda est eodemque tractanda sermone. dicam nunc igitur quod saepe me, cum ad id locorum uentum est, dicere memini. *sequestrari nos a corpore* Ambrosius oportere persuadet. quis ergo iste sit, cui a corpore sequestrari conueniat quaero. ex anima enim sumus et corpore, ac per hoc cum sequestrari a semet ipso nequeat animus, nihil in nobis est, quod sequestrari possit a corpore, si corpus est animus. cur, sancte Ambrosi, cur taliter doces, cur sponsam Christi caeno falsitatis oblinis, cur eandem a

13 Ambrosius in sermone ut uidetur deperdito

4 factu H^1LSb, factum *rell. cum PT et Sch., fortasse recte, cf. pag. 70, 10* quaepiam *b*, quippiam *Sch. in notis* 5 turba] uerba *S* 6 commoueret *C*, commemorat A^1BEFP 8 longius *R* 9 anazanzenus *M*, nazazenus *S*, nazanzenus *rell.* apologenito *R*, apollogel/tico *S* 11 incorporeis saginari] spiritalibus uegetari p^2 12 populum] plurimum *b* 17 cum *om.* A^1BCM, cum *cum antecedente* me *coniungit et* si quando *add. G*, dum *Sch.* locarum *R* 18 esset *editores* 19 persuadit $BCHLRS^1$ 20 sequestrare *Galland.* 24 eam de *ex* eamdem *A*, eadem p^2 a *om.* $ABDEFH^1R$

uia ueritatis scaeuae praedicationis inpulsu in deuia abrupta propellis, cur sequestrari oportere a corpore corpus perhibes? quidnam istud, quaeso, proderit homini? num quia hominis interioris est natura subtilior, quae tamen non est nisi corpus, idcirco eandem disici conuenit atque separari? numquid quoniam in hac structura mundanae molis quaedam subtiliora et leuiora, quaedam crassiora atque grauiora sunt, idcirco tenuioribus uniuersam solidi huius conuenit rupisse conpagem, aut beatior aer erit, si cum aqua ac terra non fuerit? hisce falsiloquiis circumgarrientibus istius modi fert ille responsum: quaenam nobis oboritur uerborum nuda, uirtutis cassa, rationis aliena, ueritatis uacua, uanitatis caua, superbiae tumida nouelli huius schismatis sine auctore doctrina, elata supercilio, abiecta mendacio, referta conuicio, creatori potestatem subripiens, imagini dignitatem, quam miro stultitiae genere conparationibus substantiae corporalis infamat adserens scilicet tam nihil animo profore quoad ualeat corpore secerni, quam non sit aeri conducibile crassioribus mundanae molis corporibus separari. porro si qui estis uspiam gentium, quorum ingeniis cesserint arcana causarum, adeste praepetes, uosmet ignorantiae plectite, nouum dogma miramini: animae dignitatem capessit in solido mundi portio corporis quarta mundani.

1 scãeue *ABCR*, scẽue *DEF*, sceue *GLMSb*, saeuae *p* inde uia *b* 4 quae tamen] quit *A* tam *S* 5 eadem *Mb* disici *A*, dissici *rell. cum PT et Sch.*, disiici *b* conueniet *hic et infra p* 7 grauiora atque crassiora *R* 8 soli *C* 9 fuit *p* 10 fer *R* 11 quęnam ł quędam *utrumque in contextu F*, quonam *p*, quaedam *Sch.* uobis *S* aboritur *AE* 12 causa *C* uacua uanitatis *om. Mb* 14 si *C* 16 imagni *C* 17 comparationẽ *CMb*, *fortasse* conparatione *scribendum* corporali *R* 19 quod ad *B*, quod *Mb* corporis *BC*, corpori *AGMRb* secerni] aeterni *BC*, fecerim *R* 22 quorum *Gb*, quarum *rell. et Sch.* 24 capescit *BM*, capescit *A*, capescit capescite *F* 25 *in uerbis* portio — mundani *mendum inesse affirmat Barthius*

haec ergo nimirum animarum omnium maior est anima proque sui mole magis sapiens. itaque nunc tanto potius quispiam prudentiae copiosus erit, quanto aeris huius pro sui capacitate plus hauserit, nec iniuria genus humanum naturae incusauit iniuriam, quae tanto maiores hominibus lucas boues edidit, eo uidelicet beatiores, quo capaciores. sed hactenus satis Ambrosius, qui uel solus profecto sit satis, faxim tamen et aliis testificandi locum.

Aurelius Augustinus et acumine ingenii et rerum multitudine et operis mole ueluti quidam Chrysippus argumentandi uirtute aut Zenon sensuum subtilitate aut Varro noster uoluminum magnitudine et qui profecto talis natura adtentione disciplinis exstiterit, ut non inmerito ab istis corporalibus nostri saeculi Epicureis aut Cynicis spiritalis sophista dissenserit, libro ad Hieronymum de origine animae sic pronuntiat: incorpoream esse animam etsi difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum, cumque id ita fore rationibus magnis atque insolubili argumentatione conuincat ac super hoc Hieronymi sententiam poscat, laudis suae tantum a Hieronymo scripta recuperat, quin

16 August. de orig. anim.

1 mirum *LS* 2 ꝑ quę *M*, pro quae *b* mole sui *S* 3 copiosius *GR*, compos *Sch.* 4 auserit *ACH*¹*MR* 5 naturam *editores praeter p*² incusabit *Mp*, incusabat *b* 6 iniuriam *ACDEFG*, iniuria *BHLRSp*², *om. M editores* quanto *DEF Sch.* 7 lucus *A* beluas et boues lucas *Mb* boues lucas *Sch.* beatior *B* 8 actenus *BCGHLRS* 9 testificandum *libri praeter GM* 10 agustinus *AH*¹*S* 11 crisippus *GLM*, crissippus *R*, crassippus *ABHR* 12 zeno *DF Sch.*, cenon *M* noster] nr̃ *B*, $\overset{tot}{nt}$ *A* uolumin$\overset{\tilde{u}}{e}$m *S* 13 profecto — disciplinis *om. M*¹ naturae *M*²*S*²*b* 14 nostris *b* 15 saeculi *om. Mb* sp̃alis *M*, specialiter *b* disserit *C* 16 librum *R* incorpoream] omnem *add. b omisso* esse 17 esse — fateor *om. G* et *omisso* si *libri praeter DEFGP* 18 mihi] autem *add. R* 19 id *om. Mb* id ta *B* 20 ac] hac *CM* sententia *BH*¹*R*

haud dubie Hieronymus nihil de anima sentire dicit uerius, nihil disputare posse perfectius. en tibi duos praeclarissimos uirtutum doctrinarumque praeeminentia longe porro praeditos super statu animae sentire nobiscum inermemque te auctoritatis pondere et rationis uiribus prosternidare disparatosque corporibus unitate sapientiae duas animas unam facere. unde multum miror Hieronymum tibi testem citatum, cum potissimus tractatorum minime potuerit et pro anima et in animam disputare, quamquam quae ex eodem aduersum nos haud intellecta posuisti nobis eo usque conducant, uti quam callide non aduersarius, uerum praeuaricator subordinatus esse uidearis, qui uelut adsentante conludio feceris nos tuis admodum testibus uincere. quippe gloriosum uictoriae genus est ab eo cum quo decertes arma capere quaesitumque aduersario testem illinc stare et istinc dicere.

Ne quid tamen segnem me redhibendae uicissitudinis arbitreris, prout locus est moneo consentaneum magis tibi super sententia tua Pictauum Hilarium esse potuisse, qui scilicet inter conplura praecelsarum disputationum suarum quiddam

1 aut *BCH*[1]*R* sentiri *DEFH*[2]*L editores* dicat *Sch.* 2 disputari *LS editores* 3 praeminentia *BRS* longo *B* praeditus *A*[1]*BH*[1]*R*, praedictos *b* 4 statum *ABDEFR* inermumque *libri praeter GM* 5 prosternidare disparatosque *scripsi*, prosternidaretis paratosque (partosque *M*, paratisque *ABFHLRS*[1]) *A BCFGHLMRS*[1], prosterni claret separatisque *DE*, prosterni claret paratisque *F in marg.*, prosterni claret disparatisque *S*[2], prosterni instar Daretis partitasque (partitosque *b*) *bp*, prosternere qui disparatis *Schottus e codice T* 6 u//nitate *L*, uanitate *Sch.* animas] uis *add. Sch.* 7 iheronymum *M*, ieronimum *S* tibi *om. Rp*[2] 8 tractorum *CH*[1]*R* 9 aut *CGH*[1]*R* 10 nos *Galland.* 11 subordinatus] *in marg.* ł subornatus *add. D*, subornatus *coni. Sch.* 12 adsectante *B*, absentante *G* 14 quicum *G* decertas *Rp*[2] aduersarium *libri praeter CGM* 15 stinc *BH*, stinc *LS* deicere *Sch.* 16 tamen segnem *A Sch.*, tamen insigne *G*, tam̄ insignē *HLS*, tam insigne *rell. et b*, tamen fingere *Barthius* a me *D* redibendę *M*, redibendo *b* 17 moneat *A* 18 tua *om. BDEF* pictauium *E*, pictauium *ABCDFLS Sch.*, pectauium *HR* 19 inter] in *R*

sequius sentiens duo haec ueris aduersa disseruit: unum, quo nihil incorporeum creatum dixit, aliud, quo nihil doloris Christum in passione sensisse, cuius si uera passio non fuit, redemptio quoque nostra uera esse non potuit. sed quoniam beatus Hilarius opinionis huiusce uitium uirtute confessionis aboleuit, sic sustinet reprehensionis stilum, quod non patitur detrimenta meritorum. quapropter eatenus diuinarum tractatoribus scripturarum fidem adhiberi par est, quoad usque eidem tenore ueritatis adstipulantur. sed quamquam nonnullis dissertatoribus proferendis necessario supersederim, dum ad oracula diuina, ex quis eorundem pendet auctoritas, iure festino, haudquaquam tamen Eucherium praeterierim mihimet uiuente doctrina et praesentaneis coram disputationibus cognitum, non porro nuntiis aut lectione conpertum, qui scilicet uiridis aeui, maturus animi, terrae dispuens, caeli adpetens, humilis spiritu, arduus merito ac perinde ingenii subtilissimus, scientiae plenus, eloquii profluus, magnorum saeculi sui pontificum longe maximus editis in rem fidei multiiugis uariorum operum uoluminibus ad populum quoque his super statu animae contionatus est: quaerere, inquit, quidam solent, quo modo in Christo misceri potuerit homo et deus. quaerunt rationem huius mysterii, quod semel factum est, cum ipsi reddere rationem nequaquam possint

20 Eucher. in homilia deperdita, cf. Migne patrol. lat. L 866

1 $\overset{cus}{\text{saeuius}}$ *A*, secus *DEF Sch.*, secius S^2 *in marg. et b* quod *utroque loco Mb*, *priore loco Sch.* 4 quando p^2 5 $\overset{ce}{\text{huiusse}}$ *A*, huiusse *B* huius se uitium HL^1S^1, huius seuitiam S^2 opionis (*sic!*) se uitiū huius uirtute *R* 8 par est] parem BD^1EF^1 9 tenores *G*, tenori *Barthius et Sch.* quoniam *Barthius* 11 ex quis *om. BDEF* quibus *p* pendit $BCDEFG^1H^1MR$ 12 aut quamquam *BCGHR* heucerium *BCGHLS*, eucerium *R* praeterierem BH^1R uiuentem *M et editores praeter Barthium* 14 lectionem AB^1R 15 animi *B* 16 ingenii *B* 17 eloquii *B* 19 hoc p^2 21 quer̃ *M*, quaere *b*, quare *p* quaerunt] et *add.* E^1 *Galland.* 22 est] quaerunt *add. p* 23 cum] quae eum p^2 ipse *R* rationem] cum *add.* p^2

eius rei, quae fit semper, quo modo societur anima corpori, ut fiat homo. ergo quo modo corporea res incorporeaque coniungitur et corpori anima miscetur ut homo efficiatur, ita homo coniunctus est deo et factus est Christus: et tamen ut fieret Christus, duo illa incorporea, id est anima et deus facilius coniungi permiscerique potuerint, quam miscetur una incorporea aliaque corporea, id est anima et corpus, ut persona hominis exsistat. cedo mihi nunc illos, qui aeque talibus instituti ab hisce doctrinis degenerauerunt pessum facientes salubria sua et alienis semet noxiis obnoxiantes iniusto amantium sui odio eo usque prolapsi, ut extraneos mallent cum falsitate praeeligere et Eucherium cum ueritate damnare.

Videas hic alios quiddam socordi trutinare iudicio, alios id ipsum aut nescios stulto laudare praeconio aut sciolos subdolo ridere consensu hos inter placere sibi illum, quem nemo nisi aut ignarus laudauit aut callidus. hic iam feruntur de singulis non pro meritorum, sed pro uotorum qualitate sententiae, ob laudem praesentum quorumpiam rabularum longe maximi damnantur auctores. istic ille laudatus ne infra laudantum uideatur stare iudicium, panniculos quosdam ex diuersorum uaria lectione concerpit eosdemque uilibus suis ueluti quibusdam stuppeis adsuit laceroque uestitu turpior nudis absque furaci meditatione mutus eloquentiae palliatus incedit. cernas

3 et *ex* ut *M*, at *b* 7 potuerint *B*, potuert *ELS*, potuerunt *H*[2] *Sch.* 8 miscitur *R* 10 credo *Galland.* 11 degenerauerant *p*[2] 12 noxiis *HMb*, noxis *rell. et Sch.* animantium *C* 13 praeeligere *scripsi*, praeligere *HLMRSb Sch.*, plegere *ABDEF*, praelegere *CG* 15 hinc *Mb* 17 rideri *R*, laudare *G* 18 *uidetur* laudabit *scribendum* 20 praesentium *AEGLS Sch.* quarumpiam *p*[2] *Sch.* rabularum *CG*, fabularum *rell. et editores*

21 laudatis *S* laudantium *GL*[2]*RS Sch.*, laudatum *p* 24 stupeis *R*, struppis *coni. Barthius* adsint *Mb* uesti *A* absque metu furacis mendicatione eloquentiae *coni. Barthius* 25 metus *Mb* eloquentia *p*[2] palleatus *ACGHMRb*, pilleatus *LS* cernis *E*

hic alium situ fetidinarum turpium ex olenticetis suis ac tenebris cloacam uentris et oris inhalare sentinam interque ructandum quasdam suggillatiunculas fringultientem ab alio, qui stipem suam uariis conlurcinationibus dilapidauit, parasitico more laudari. inter has huiusdemque modi quisquilias aliquid tu sobrium tuto dixerisne? porro magnum aliquod e socordi turba periculum periclitabere: quidum? inperito quippe nihil quidquam iniustius. hos ac tales tamen egomet non pauesco ac, si qui nunc monendi locus est, moneo praeque denuntio: quique isti quique sunt alii, qui uel in magnos uiros obloquia uel de rebus summis deliramenta quaedam cum conpotatoribus mussitant, aut palam loquantur aut taceant. enimuero eruentur mihi atque extrahentur etiam nuncupatim ex abditis tenebellarum qui hactenus delituere. praenosci uero licet, tacere ne habeam facta quorum nomina non tacebo. faxint tamen isti quod foret libitum salubresque

7 Ter. Adelph. u. 98

1 hinc *ABDEFM editores* alios *Mb* si tu *T*, sicut *p* fetidiuinarum *R*, faetim diuitiarum *T*, foetidarum *p Sch. in textu* ex olenti cetis *ABCGHLMRS*, ex olenti cenis (ce//nis *E*) *DEF*, exolentem cetis *T*, exolentem coecis *Sch. in textu, corr. in notis*, exolenti caecis *b* suis *om. ABDEF* 2 cloaca *DEF Sch.*, cloaca in *p* 3 sugillatiunculas *M*, sugillatim unculas *b* singultientem *G* aliquo *B* 4 conlurcationibus *uel potius* conlurcinationibus *coni. Schottus in notis*, conlucernationibus *libri et editores* delapidauit *Mb* parastico *M*, parasito *b*, parasitco *S* 5 mole *C* eiusdemque p^2 6 t$\overset{u}{o}$to *R* aliquid *R* aliquo de *A* cordi *B*, corde *DEF*, excordi *coni. Sch.* 7 periclitauere *Mb Barthius* quidum *interrogationis signo addito Hartelius*, qui dum *libri et editores, aliquid hoc loco excidisse censet Galland.*, quidam *Barthius* imperio *Gp* uippe *BC* 8 quippiam *Barthius* iniustitius *R* ac *om. p* 9 quis *AGp* preque *ADEFHMR*, p̄que *BLS*, atque p^2, peraeque atque *Hartelius, sed cf. Sid. Apoll. epist. I 9, 23* 11 obliquia *R* deleramenta *R*, dil$\overset{i}{e}$ramenta *S* 12 conpotatoribus *Barthius et Sch.*, computatoribus *MTb*, computoribus *rell.* 13 mihi *om. BDEF* 14 tene b$\overset{i}{e}$larum *S*, tenebrarum p^2 15 abeam *CH LRS*, abea *BP*, ab eorum *A* tacita ne abeant *coni. Sch.* factis *A* 16 tamen isti *om.* $M^1 b$, *add. M man. rec.* lib//itum *S*

monitus spernant, haud inpune scilicet, ego uero praeelegerim ab istis cum Eucherio reici, quam cum istis a ueritate damnari. sed istic nunc locus et tempus est, ut sicut a philosophis ad tractatores, sic a tractatoribus ad authenticos gradum consequa ratione faciamus suadente modo scilicet plerisque testium tacitis.

X.

TESTE VTITVR IPSA DIVINA SAPIENTIA TESTIMONIA PENES SCRIPTVRARVM.

Audiamus igitur quid imaginis suae pronuntiet inimicis diuina sapientia: dixerunt, inquit, inpii cogitantes non recte: exiguum et cum taedio est tempus uitae nostrae et exstinctum cinis erit corpus nostrum et spiritus diffundetur tamquam mollis aer. inpii haec ergo dixerunt, super quis paulo post eadem scriptura sic loquitur: excaecauit enim illos malitia eorum, quoniam deus creauit hominem inexterminabilem et ad imaginem suae similitudinis fecit illum. istic ego temet in defensionem tui acrius permouendum credo proque causae merito in me etiam istius modi ferme uerba facturum: quid tu undeunde contractis testificationibus uteris haudquaquam tamen ueritate pulsantibus conscientiae nostrae

11 Sap. 2, 1 et 3 16 Sap. 2, 21 et 23

1 monitis *R*, moniti p^2 spernat *B* aut *B* praeelegerim *scripsi*, praelegerem *CG*, praeeligerem *Sch.*, preligerem *M*, pligerem S^2, perlegerem *rell.* 2 cum *om. R* ueritatē *R* 3 a *om.* ABH^1R 4 a] ad *R* ad] aut ABH^1R a philosophis et tractatoribus ad authenticos *p* 5 consequar *Mb* faciam *ABDEFP*, *om. Mb* modum *b* plerisque E^2G, plurimisque *B*, plurisque *rell.* 11 inpii inquit *libri praeter* CE^2GM cogitante *B* 13 exstinctus *G Sch.* 14 spiritus *om.* ABF^1HLRS diffunditur ABF^1HLRS 15 ergo haec *D* ergo *om. Sch.*, ẽr *HL*, erunt *R* quos *p* 16 illorum *ABCEFGR* 19 ergo *editores* 21 *alterum* unde *om. ABDEM* de *ante* contractis *inserit* M^2b 22 tamen] et non *A* ueritatem *Mb*

sincerum? quid autem mea refert, quid porro adtinet inpios ob detractam diuinae imagini dignitatem diuinitus plecti, cum memet inpietatis huiusce laqueis nouerim non teneri? proinde moneo facessas nec sententiae talis infamiam mihi mendaciter inuras. nunc ego nisi renuis in tua tecum redeo, ex quis arbitrabere, utrumnam istud in inpios prophetici sermonis oraculum an in te sit porrectum, te scilicet, te magis perstringat, qui praetento scientiae priuilegio contra famam deditus sententiae et contra sententiam sollicitus famae eadem, quae istic uelut aliena renuis, illic itidem ueluti propria defendis.

Ne quis sit tamen uel mihi secus interpretandi uel tibi forsan infitiandi locus, in praesentiarum super quibus agimus utraque uideamus. propheta nempe dicit inpios dicere: exstinctum cinis erit corpus nostrum et spiritus diffundetur tamquam mollis aer. enimuero tute quid dicis? nonnullae sunt, inquis, spiritales naturae, ut angeli, archangeli ceteraeque uirtutes, ipsa quoque anima nostra uel certe aer iste subtilis, tamen incorporeae nullatenus aestimandae. intende, quaeso, animum, pro quisque nostri arbiter, ferque iudicium, sitne aliquod prolocutionum harumce discrimen: inpii de humano spiritu, de anima uidelicet humana dixerunt, quod diffundatur

16 cf. pag. 10, 1

1 sinceram *Mb* qui *R* ad me *Mb* impio sub *BH*[1]*R*, impios sub *A*, impios ůb *LS*, impio ob *Mb* 2 imagine *BH*[1]*RS*[1], imaginis *AG*[2] diuinitas *BH*[1]*RS*[1] 4 moneo] non *add.* *ABD EF* talis̤ *G* 5 ego *om.* *Mb* rennuis *ACGH*[1]*L* arbitrauere *CGHLRS* 6 istuc *RS* prophetice *ABGHLRS*, prophicae *C* 7 an—porrectum *om. libri praeter M omnes* (*cum PT*) *et Sch.* praestringat *ACEFGR Sch.*, perstringit *p*, prestringit *Mb* 8 priuilegiū *A* 9 sententiae] scientiae *MRb* eademq· *ABCGHLMRSb*, eademque *D* 10 rennuis *AGH*[1]*LR*, respuis *p*[2] et *post* illic *inserit* *Mb* 11 quid *ABCD*[1]*EFH LRS*[1] 12 inficiendi *BH*[1] 13 exstinctus *G Sch.* 19 exhistimandae *M*, existimandae *b* 20 pro] te *add.* *b* arbitrer *R* fertque *G* aliquid *AD* 21 prolocutionem *R* harūsce *M*, harum *b* 22 humana uidelicet anima *M editores* diffunditur *Mb*

spiritus tamquam mollis aer. necessarius hic noster adiungit, quod anima humana et aer iste subtilis aeque spiritalia sint, sed perinde incorporea non sint. uerba nunc eadem et sensus expende, nam quod illic spiritus dicitur humanus, hic anima, ita profecto concordat, atque si uterque animam aut spiritum uterque dixisset, qui scilicet ita illic in mollem fundi aerem dicitur, sicut itidem subtili istic aeri conparatur. quod ergo diffundi spiritus dicitur tamquam mollis aer, tale est ac si diceretur: spiritus hoc est quod mollis aer. itemque spiritalis est anima nostra et aer iste subtilis ita est ac si diceretur: anima nostra hoc est quod aer iste subtilis, cumque ex his duobus quod ante dictum est inpiorum blasphemia sit, quod postpositum tua sententia, duoque ista itatenus uniantur, uti sint et negotio et sensu et uerbo indiscriminabilia, quid potissimum consequitur, nisi ut aut pro similitudine sententiae tuae, si eandem defensitandam credis, inpiorum quoque sententia laudabilis sit aut, quia plectibilis illa est, tua quoque sit pro eius parilitate damnabilis?

Sed quo diutius uel argumentantes halucinamur, cum super hoc propheta censuerit: dixerunt, inquit, inpii apud se cogitantes non recte: exiguum est tempus uitae nostrae et exstinctum cinis erit corpus nostrum et spiritus diffundetur tamquam mollis aer, postque paululum sententiam quoque intersita disputatione subiungit:

3 sunt *DM editores* sensum *editores* 4 dicitur spiritus *S* 5 profectu BH^1R atque] absque *R* animam] humanam *S* 6 ūtraque *S* ita *om.* p^2 *Sch.* 7 isti *Sch.* 8 tale — aer *om.* *A* 10 ita est *om.* *A* ita est — subtilis *om.* *R* 11 quod] est *add.* *ABEFHLS Sch.* cum DEH^2 12 ex his duobus quod *om.* $ABFH^1R$, ex his duobus *om.* DEH^2LS (quod *add.* S^2) *Sch.* 13 duoq//// iste *S* iste *BHLR*, istę *C* eatenus p^2 uniuntur *Mb* 14 ut *CM* indiscriminalia *Mb* 15 consequatur *D* ut *om.* *ABDEFS* 16 diffensitandam *S* 19 quid *M editores* hic lucinamur *ABDEF*, allucinamur *G Sch.*, hallucinamur *T*, a luce aligenamus *M*, a luce alienamus *b* 22 exstinctus *G Galland.* 23 posque *R* 24 sententia *R* disputatione] narratione p^2

haec, inquit, cogitauerunt et errauerunt, excaecauit enim illos malitia eorum. et tamquam diceres: quid in his culpae uertitur, quid erroris, ille respondet: hominem animam corpoream cogitauerunt et errauerunt, ac uelut rogaret geminanti [et] quid in hoc ueritas claudat, ut animam corpus esse quis sentiat, iterat propheta responsum: errauerunt, uidelicet errauerunt, quia deus creauit hominem inexterminabilem et ad imaginem suae similitudinis fecit illum, id est dicere: adeo tenus non est corpus anima, ut sit imago diuina. estne aliquid, quo abhinc locorum uspiam progrediaris tuomet indicio proditus, ueritatis uiribus captus, prophetae testificatione conuictus? sed uiderit quisque quid sentiat: prout mea tamen opinio fert, hoc saltim probum quod eatenus dissertauimus aduersum corporales pro spiritalibus sat foret, ni par esse ducerem apostolica quoque aut etiam euangelica in rem controuersiae praesentis adhiberi.

1 Sap. 2, 21

1 errauerunt] et *add.* *R* excitauit *B* 2 eorum] erum *R* 3 is *R*, eis *M* *editores* respondet *scripsi*, respondit *libri* homine *C*, hominis *G*, omnem *Mb* hominem] et *add.* *BD* 4 rogares *ex* rogaret *E*, rogarit *Barthius* 5 geminatim *D*, geminantem *p*[2], geminando *ex* geminato *S* et *uncis inclusi* claudit *coni. Sch.*, claudicat *S*[2] 9 id est] idem *ABRS*[1] 10 aliquis *Mb* quod *BF*[1] 11 uspia *B* iudicio *ABDEFb* 12 tificatione *R* uiderit *DE*, uiderī *G*, uiderim *CGMPT Sch.*, uiderem *rell.*, uiderint *b* 13 si *ante* quisque *add.* *Mb* quid *om.* *EFMb*, quod *R Sch.*, ut *D* dissentiat *Mb* refert *Mb* hic *LMb* saltem *BDEFH*[2]*LM* *editores* 14 probauerim *b*, priuum *G* et actenus *M*, hactenus *b* desertauimus *BHLRS*, discretauimus *M* (*corr. in marg.*), disceptauimus *b*, discertauimus *Sch.* corporalis *AH*[1]*RS*[1] 15 ni par] impar *E* d$\overset{u}{i}$cerem *R* 16 aut] ad *ABCHRS*, at *M*, ac *Gb* etiam ad *L* 17 adhibere *libri praeter CGM et Sch.*

XI.

PAVLO APOSTOLO TESTE PRO INLOCALITATE ANIMAE VTITVR.

Igitur quamquam nonnullis locorum sicubi conduxit harumpiam scripturarum testimoniis usus sim, fas tamen est multimodo ueritatis gladio falsiloqui ceruiculam salubri concisione concipilari. Paulus doctor gentium, uas electum: omne peccatum, inquit, extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat. si excepto crimine fornicationis extra corpus est omne peccatum, in anima ergo est. porro si in anima est et corpus est anima, non ergo extra corpus est omne peccatum. sed apostolus dicit praeter fornicationem extra corpus esse omne peccatum. incorporea ergo est anima, ut sit aliquid in quo extra corpus possit esse peccatum. itemque ad Corinthios in eum, qui scelere pollutus incesti nouercalem torum pene matris stuprator inluserat, sententiam promulgaturus sic ait: etsi absens corpore, praesens autem spiritu eum qui hoc opus fecit iam iudicaui. quid istud, apostole Paule, quid istud est? quo modo absens corpore es, ubi spiritus praesens? si corpus est spiritus, cur non potius ex duobus conpacte corporibus uno absentem alio praesentem te esse dicis, aut si unum corpus es totus, cur non parte corporis abesse te et parte corporis adesse te profers? ut enim

6 I Cor. 6, 18 16 I Cor. 5, 3

2 utitur] et qualiter in tertium caelum esse (raptus *add. ES*) credatur *add. M et rell.* 3 nonnullus *Mb* sit ubi *Mb* conduxit *om. Mb* quarumpiam p^2 4 stas *B* 5 glodio *R* falsiloquii *Barthius* condicione *G* 6 compilare *T*, concipilare *GP Sch.*, contruncari *b* electionis *Barthius* 7 qui — corpus est *om. ABDE*^{1}*F* 9 er//go *R* 12 est ergo *ABDEF* 14 sce^{le}re *S* 15 stup^{r}eator *S* inluxerat *R* 19 spiritus *M editores*, spiritu *rell.* praesens] es *add. libri praeter F*^{1}*M* 20 inpacte *B*, compactus *p* absente *G* praesente *G* 21 te *om. libri praeter GMS*^{2} esse te *G* at *ACEFGHLRS Sch.* 22 te *ante* profers *om. libri praeter M et Sch.* proferes *A*^{1}*B*^{1}*CHLRS*^{1}, profaris *G* enim] ergo *R*

corpore Corinthiis te dicas absentem, eo uidelicet ferri potes, quia totus in uniuerso tuo corporeus es, uerum quod corporeus totus et per hoc quia absens corpore absens totus, nescio quo tui, quo non es, adesse te dicis: aut mendacii te arguis aut corporales istos de animae incorporalitate conuincis. estne aliquid istic creperum aut fortassis obscurum, qui in quantum corporeus est absens Corinthiis est aut nullo sui aut per incorporeum praesens est? incorporeus ergo est spiritus humanus, per quem Paulus apostolus absens toto corporeo sui Corinthiis potuit praesentari. haec et talia ex omni ferme authenticorum uoluminum corpore innumera proferre possemus.

XII.

DE EO QVOD APOSTOLVS RAPTVM SE VSQVE AD TERTIVM DICIT CAELVM.

Sana quippe catholicae fidei doctrina ita tenus intersito gradu ab imis ad media, a mediis ad summa conscendit, ut rato iudicio corpoream creaturam incorporali creaturae subdens et summo incorporeo creatori hanc eandem cum sui inferiore subiciens in tertium caelum Pauli pedissequos rapiat, qui solidum sensibilis mundi penetrabili mente transmiserint intentamque aciem ex imo caeli tergo sistentes redintegratis uiribus

2 in *om.* S^1 tuo *om.* M^1b, *add.* M^2 3 quđ tui S^2 4 mendacii te] mendaciter *M* (*corr. in marg.*) te *om.* *HLS* arguis *Mb Sch.*, arguas *R*, arg$\overset{\text{is}}{\text{ue}}$s *S*, argues *rell.* 5 conuinci *Sch.* 6 corporeum $ABDE^1FP$, repertum p^2 quin *Sch.*, quia in *p* 7 ergo *ante* nullo *add.* S^2 10 talia *Mb Sch.*, alia *rell.* 11 possemus E^2 *Sch.*, poss$\overset{\text{u}}{\text{i}}$mus *S*, possimus *rell.* 15 doctrinam *R* eatenus p^2 16 a media *B* a *om.* *AB* conscenditur $ABDE^1F$ *Sch.* 17 rapto *ABHLRS*, ratio *Sch.* 18 summe *libri praeter M* suo p^2 inferiore *Mb*, inferiori *rell. et Sch.* 19 pedisequos *R* rapiat] faciat conscendere p^2 20 sensibus *D in textu*, ł sensibilis *in marg.* mundum BDE^1FH^1PT *Sch.* transmiserit *Mb* intentaque acie *Mb* 21 imo] uno *b* sistens *Mb* redentegratis *R*

omne incorporeum creatum potiore nisu pro substantiae excellentioris dignitate tranauerint atque hic redactis paululum respiraculo pausae uiribus in suprema incorporei creatoris agnitione constiterint. quocirca nunc locorum percontari sedulo corporales istos uelim, quae fere illis super hac apostolica sententia sit. nam cum se dicat apostolus raptum esse usque ad tertium caelum, primum quaero localiter inlocaliterne sit raptus, et qui tres isti caeli sint, anne plures horum, an omnes corporei, anne incorporei quipiam, ut quoniam nos ad id usque loci disputationis ordo deuexit, quid istinc sequendum sit nobis consulta ueritate uideamus.

Ac primum non usque facilem de caelorum numero quaestionem paulo scrupulosius uentilemus. nempe legimus: l a u d a t e d o m i n u m, c a e l i c a e l o r u m, sed istuc et de multis et de binis licet intellegi, ut et plures caeli plurium caelorum et duo caeli duorum caelorum tacito numeri articulo accipi posse uideantur. ecce a terrae contiguis aere tenus aquarum elementum est, exin profundum aeris usque ad lunaris sideris citimum lumen, abhinc ignium aetheriorum spatia usque in extima transmundana, qua sphaeroidis globo mundus includitur.

13 Psalm. 148, 4

1 pociori *Mb* 2 tranauerit *Mb*, tractauerit *S* hinc *D*, inc *M*, in *b* reductis *Barthius* 3 pausent p^2 sprema *R* incorporea *ABDE*^{1}*F Sch.*, incorei *R* 4 constiterit *Mb* percunctari *DEFG* 5 uelimus *R* fere *libri cum PT omnes*, uera *editores* illic *p* 6 se *om. libri praeter M et Sch.* dicit *D H*, dič *LS* esse *Mb*, se *D*, sese *rell. et Sch.* 7 an inlocaliter *Mb*, *fortasse* an inlocaliterne *scribendum est* sit] erit *M* 8 an *Mb* 9 quipiam *Barthius*, quippiam *libri et editores* quod *B F*, quos *D* 10 usque *om. S* 12 facile *Galland.*, faciam *M* (*corr. in marg.*) quaestionum *R* 13 uentilem *ABDE*^{1}*F* 14 caeli *om. Mb* istic *C* 15 plurimum *BMS*^{1}, plurimorum *p* 16 caelorum] loco *add. Barthius* 17 terra contiguo *Mb* aer eatenus *A*, aerĕtenus *G* 18 est *om. S* exim *R* lunarem *Mb*, lunatis *F* sideris citimum *DEF*^{2} *Sch.*, sideriscit imum *S*, siderescit imum *rell. et b* 20 spheroidis *G*, sphoydis *M*, sferoidis *BC*, speroidis *rell.*, σφαιροειδής *editores, cf. pag. 67, 11*

ubinam nunc exacta uniuersitate corporum quaeremus caelum trans omne mundanum? sed in hoc opaco rerum caligantium nubilo ex adytis supercaelestium doctrinarum consulta repetamus. in principio, inquit principium geneseos, creauit deus caelum et terram. si opinionibus missis ueri fidem quaerimus, ecce tibi creaturarum testem ipsum creationis auctorem, qui cum ante omne tempus creauerit caelum et terram postque die uno fecerit lucem et firmamentum secundo itidem die condiderit idque caelum abusiuo nomine uocitauerit, cui ratis interuallorum limitibus loco uel modo uariantium porro siderum ornamenta subtexuit, animaduerti promptum est hoc uisibile firmamentum tanto interuallo substantiae caelo inuisibili cedere, quanto itidem terrae imis locorum intercapedine praeeminere. quocirca alieno ac translaticio nomine firmamentum istud caelum dici potest, cum uere esse caelum illi creato ante tempora caelo sit proprium. enimuero istud stelligerum quod caelum dicimus in scriptura geneseos caeli dicitur firmamentum, quippe ubi luminarium creationem retexit: fecit, inquit, deus duo luminaria magna et posuit ea in firmamento caeli. qua uidelicet auctoritate uerum illud unum ante temporaneum caelum credere sinimur, quamquam istud quo de agimus firmamentum caelum dicere non inhibeamur eo uidelicet, quia deus firmamentum uocauerit caelum.

Sed mouet iterum, quod caeli in authenticis uoluminibus non duali tantum, sed plurali numero saepe uocitantur. uero

4 Gen. 1, 1 18 Gen. 1, 16 sq.

1 quaeramus *Galland.* 4 principio *ex* principium *S* 6 quaeramus *Sch.*, queremus *R* testis *M* ipse *HLMS*^{1} 7 auctor *M* creauit *AHLSp*^{2} 8 de uno *G* lum̄ *S* 9 idem *Mb* usiuo *R* 10 liminibus *R* 11 subtexiuit *M* 13 id idem *b*, idem *Sch.* intercapidine *RS* preminere *BRS*, praeeminet *p*^{2} 15 illic *BDE*^{1}*FHLRS* creata *libri praeter CE*^{2}*GM* 18 creationum *S* 19 magna luminaria *libri praeter M* 20 quia *Mb* 21 sinitur *Mb*, simul *A* 22 quo de *CG*, quod *Mb*, de quo *rell. et Sch.* *post* dicere *denuo repetuntur uerba* sinimur—dicere *in A* 23 uocauit *p*^{2} 25 uero autem] uerum *b*

autem subicitur, quod terrae corpus unum in scripturis dicitur orbis esse terrarum. ita igitur forsan dicantur caeli multi, cum duo sint, sicut terrae dicuntur esse, cum una sit. ad quod ergo tertium caelum raptus est Paulus? eia nunc sodes egredere et elementorum molibus excussis trutinaeque iudicii corporum ponderibus inpositis adpende mundum: quipiam fortasse caeli nobis undeunde prosilient. aut si unus mundus plures porro non habet caelos, aliquos tibi cum Epicuro mundos atomorum minuta parturiant, ut tertium caelum Paulus inueniat. sed quid ad beatitudinem spectat, ut de uno corporeo ad aliud aut ab hoc ad tertium aeque corporeum quisquis ascendat, cum non id sit merito beatius, quod loco sublimius? alioquin cedent auiculis homines, atque ad aeternitatem non profectibus ibit quisque, sed passibus.

Quapropter cum nec praeeminentia localis beatum faciat, nec tres identidem caelos anima corporalis inueniat, ut tandem defecta corporibus incorporeis cedat, iuxta praelibatam tacita discussione rationem ternarium caelorum numerum differentiamque uideamus, quia cum differentia dignitatum sit distantia locorum, si distant magis quam differant inter primum secundumque caelum, quaero quid rei sit? aut substantia uidelicet

1 subdicitur *M*, animaduertitur *b* 3 esse cum] ex his duobus quod *add. libri praeter CE^1GM et mirum in modum iidem libri, qui hoc loco quattuor ista uerba falso addunt, eadem ipsa uerba falso omittunt pag. 140*, *42*, existat haud dubium quod *T Sch.* 4 sit *Barthius* eia] iam *ex* nam *add. Mb* sodos *L*, si audes *Mb*, sedes *Galland.* 5 mollibus *S* trotineque *HB*, tronique *M* (*corr. in marg.*), trutinaque *Sch.* 6 quipiam *Barthius*, quippiam *libri et editores* 7 undeunde] unde *BGMR*, inde *DE^1F* prosilient *S*, prosiliet *b* 8 plures—mundos *om.* S^1 epicurio *Mb* mundus *LR* 10 si *Mb* quid *EF^2Mb Sch.*, qu//// *D*, qu// *S*, quod *rell.* spectat *editores*, expetat *HLS*, expectat *rell.* ut de] unde *B* 11 quisque *editores* 13 a uinculis *ABC$F^1$$L^1$* 14 quisquis *M* 16 corporales *D$E^1$$F^2$M editores praeter p^2* 17 tacite disscussionis *M* 19 uideam *AB* distantiae *libri praeter GM et Sch.* 20 differ̃ *M*, differunt *b*

illic aut nihil est: si nihil, nulla creati caeli causa suberit, cum nec in infimis terrae quippiam nisi praecedentibus porro apud aeuum causis exstiterit. sin autem est illic quaedam terrenis potior uiuentium multitudo, substantia ergo supercaelestis ista sub caelo est hauriens uidelicet a superno sui uibrantiorum siderum flammas et liquidiores auras aeris, cuius elementum replet intercaelestis uacui concauum, quod scilicet a caelo tertio alii uiuentium populi atque alia intersiti aeris profunda discriminant.

Nunc igitur si per haec raptatus apostolus usque in tertium caelum uenit, quid istic potissimum repperit, quod si localiter quaerendum fuit et in primo caelo inueniri non potuit? sed ipse dicit raptum sese usque in tertium caelum nescio quid audisse diuinum, quod homini loqui non liceat. itane tandem, apostole, per loca deus quaeritur aut non nisi in loco ueritas inuenitur? si istuc ita est, et deus igitur localis erit et tu deum, quem localiter inuenis, localiter amittis, qui si non nisi in tertio caelo est, ibi ergo tibi relictus, ubi repertus est. at cum non de caelo corporeo, sed de caeli domino sis beatus et totus ubique sit dominus caeli, qui nec localiter quaeritur nec localiter inuenitur, haec uera profecto ascensionis tuae causa dabitur, si ab inferioris substantiae caelo ad caelum substantiae potioris ascendis. quia quaerentibus deum a cor-

14 II Cor. 12, 4

1 crati causa caeli *R* subierit *BG*[1] 2 nec] haec *Galland.* in *om. Mb* 3 causis *om. S* sĩ *M*, si *b* 4 ergo *CGM*, erunt *ABD*[2]*EFS Sch.*, er̃ *HLR* 5 supremo *p*[2] suo *ABDEFP* 6 uibrantium *DEFG Sch.* 7 elimentum *HR* 10 si per] sup *HLS* raptus *b*, raptat *S* 11 istic *E*[2]*Gp*, stinc *B*[1], istinc *rell. et editores* repperiit *Mb*, repetiit *p*[2] 12 fuet *S* inuenire *libri praeter GM et Sch.* *post* potuit *interrogationis signum adieci, quod post* repperit *editores exarauerant* sed — *lin. 18* repertus est *om. A* 14 liceat] ait *add. p* ita nec *L* 15 non *om. BDEF*[1] in *om. Mb* 18 relictus] est *add. BDEF* 19 nondum *p*[2] caelo *R* 22 caelo — substantiae *om. A* 23 ascenderis *Barthius*, *fortasse* ascendes *scribendum*

poreis ad corporea nullus ascensus est, qua uersum nunc corporalitas inclusa diffugiet? ecce et raptum fuisse Paulum usque in tertium caelum uerum est et rursum tres esse caelos corporeos uerum non est. igitur aut incorporeum quid creatum confitebere aut tres caelos infitiabere. sed quoniam et tres esse caelos et non omnes corporeos uel indiscussibilis auctoritas docet uel ratio manifesta conuincit, sub unius ope ueritatis sicut fallentia discussimus, sic uera quaeramus.

Legimus in propheta: qui fecit caelum et terram. caelum caeli domino, terram autem dedit filiis hominum. istic animaduertendum est aliud esse caelum et aliud caelum caeli, quippe cum caelum caeli dicitur, tale est ac si caelum ac terra dicatur. imum nempe siderei caeli haec terra est, sed cum ante omne temporaneum creauerit deus caelum et terram secundoque die hoc uisibile caelum fecerit, est ergo caelum aeuo terrae posterius, cum tanto sit qualitate praestantius. sed quoniam uices et spatia temporum et moras dierum momentaria mundi creatio non admittit, quia de sex dierum numero magis quam spatio nullum disserendi nunc tempus est, illud intellege, quod propheta inter caelum et caelum caeli tantam differentiam fecit, quanta ferme est inter hoc caelum et terram, ut sicut terra huius scilicet caeli haec terra est, ita hoc caelum illius caeli porro sit terra. unde coniciendum est mundi corpus uniuersum diuinitus terram dici et illud, quod domino datum est, proprio nomine caelum uocari.

9 Psalm. 113, 15 sq.

1 quia *CH¹R* 4 g̊ *ante* igitur *add. G* 5 inficiaberis *b*, insitiabere *R* quod *BDEF* et *om. Mb* 6 indiscussibiles *libri praeter DEF*, discussibilis *b* 11 et *om. ABDEF* 12 caeli caelum *S* 13 sidere *A*, sideri *H*, sideri̇ *BRS* 14 cū cum *AB*, *alterum* cum *eras. C* creauit *A* 16 tanta *Mb* qualitate] uoluntate *R* 17 quod *BDEF* 18 momenta ita *Sch.* admittat *A*, amittit *Mb*; *hoc loco quaedam excidisse opinatur Barthius* de sex *A Sch.*, de''''sex *E*, adę ex *G*, dies ex *rell. et b* 20 intelligere debemus *Sch.*, intellegere *B* 22 ut] et *Mb* haec *om. libri praeter M et Sch.* 25 dictum *AB¹H¹LS*

scriptura namque sic loquitur: caelum caeli domino, terram autem dedit filiis hominum.

Quid ergo dicemus? numquid hoc caelum uisibile non hominibus datum est aut solaris fulgor et calor uel lunaris globi per incrementa ac detrimenta uariatio uel astrorum uagus ratusque circuitus uel per magnos orbes congressus siderum et statuta progressio, siue cum dierum noctiumque uices uariant, siue quia caloris ac frigoris alterno fotu mundum temperant, seu quod dimensis limitibus articulos temporum signant eodemque intermino linearum tramite in id ipsum sine fine redeuntia per easdem circulorum uias reuehunt, uel quod distinctis numerose choris et musicis interuallis aetherem pingunt? suntne haec omnia genti mortalium uel coniuentia usui uel iucunda spectamini? ac per hoc ita tenus corporeum caelum, quia uidelicet hominibus datum est, terra dicitur, sicut aquarum et aeris corpora non utique eiusdem corpulentiae, cuius est terra, tamen quia filiis hominum data sunt, terra dicuntur adiecto eo, quod omnium sensualiter uiuentium principaliter tactus ex terra est. porro autem sicut sine igni uideri nihil, sic tangi absque terra nihil potest: quia et ignis tactui subiacet et aether ignis est, non abhorret aliquid illic esse terrenum. quapropter quoniam omne corporeum terrae nomen includit ratoque iudicio in corporeis conpositum, terra dicitur omne corporeum, quia hic sensibilis mundus cum uisibili caelo terra est, quae filiis hominum data est.

3 dicemus *scripsi*, dicimus *libri*, *cf. pag. 150, 1* 4 aut] an *p*[2] 5 uariato (i *supra*) *S* 6 ingressus *Mb* 10 in termino *b*, termino *p* tramitem *Mb* 11 uel] et *p*[2] 12 numerose choris *E*[2] *in marg.*, numero choris *G*, numeris et horis *rell. et editores* 13 sentne (u *supra*) *R* conuientia *FS*[1], conuencia *G*[1], conuenientia *DES*[2] *Sch.* usui *om. Mb* 14 spectamini *G*, ////spectamini *E*, aspectui *Mb*, expectamini *rell. cum PT et Sch.*, speculamini *uel* aspectamini *coni. Barthius* 15 datur (ici *supra*) *H* 16 corporea *S* corporentiae (ul *supra*) *S* 17 est *om. R* quia *M editores*, quoniam *rell.* 19 igne *C Sch.* nihil uideri *S* 20 nihil// *R* 21 est *om. p* 22 quoniam] quod *BDF*, *om. p* 23 compositu// *A* 24 hinc *B*

Quid de illo caelo dicemus, quod domino datum est, non filiis hominum? ergo identidem ad eloquia diuina recurramus. idem nempe psalmographus dicit: confitemini domino, qui fecit caelos in intellectu. quocirca si in intellectu sunt caeli, quos habitat deus, nec nisi incorporeum caelum est, quod domino datum est, uidelicet cui terra est omne corporeum liquido claret omne quod intellegit non esse corporeum. porro substantialiter humanus animus intellegit, incorporeus igitur est animus humanus. en tibi terram omnem corpoream creaturam, en tibi caelum incorpoream intellectualemque substantiam. nunc igitur ut possis per duos caelos usque in tertium caelum Paule praeeunte raptari, incorporeo tui uniuersum transmitte corporeum postque etiam incorporeum creatum idemque mutabile acriore admodum nisu et uolatu perniciore transcende atque abhinc in tertium caelum, in ipsius inmutabilis incorporei beatissima contemplatione requiesce teque, humana anima, incorpoream nosce, cui pro naturae excellentia promptum est simul et congruum inter ima uel summa tui tamquam mediante substantia uel infra despicere corpus imum uel supra conspicere deum summum.

Nunc egomet sciscitor adferasne nobis aliam de ternario caelorum numero ac diuersitate rationem, quam quidem cupio, sed liquet haudquaquam dari a quoquam posse, nisi inter corpus et deum natura se substantiae incorporalis interserat, quia si nihil absque deo nisi corpus est, non tres ergo caeli, sed duo sunt, ut unum ferme caelum sit omne corpus et creator corporis aliud. uerum quoniam non trans tertium, sed

3 Psalm. 135, 3 et 5

1 dicimus *libri praeter CEG²M et Sch.* 2 redeamus *G* 3 ide// *A* 4 in *post* si *om. AB¹G* 9 est igitur *R* terra *Mb* 10 substantiam] creaturam *p²* 12 peunte *CR* 15 perciniore *C* 16 ips^{u}is *S* 17 humanam animam *R* nosse *R* natura *R* 18 imat *C* imã uel summã *Mb* 19 despice *A*, dispicere *R* 22 numero caelorum *M editores* cupio sed] copiose *G* 23 licet *C*, libet *R* 24 substante *R* corporalis *R Sch.* 27 quod *BDE¹F*

in tertium caelum raptus est Paulus, transeundae sunt uelut duo caeli omnis corporea atque incorporea creatura, ad creatorem uero quasi in tertium caelum non transeundi, quod non potest, neque redeundi, quod non debet, sed standi et manendi causa ueniendum est. hic autem cursus atque status profectus est atque perfectio, quae scilicet uirtutum est, non locorum, quoniam qui proficit currit et qui perficit peruenit.

Nunc autem quoniam amplissimos campos latissimae quaestionis breui admodum calle transmisimus datis aliquot, ut reor, indiciis, quae scilicet a recto ueritatis tramite errorum deuia secernunt, quid sibi uelit illud, quod apostolus siue in corpore siue extra corpus raptum se esse dicit, inquiro. quippe sic ait: scio hominem raptum, siue in corpore siue extra corpus nescio et reliqua, de quibus quod adtinuit diximus. ac primum adhibita discussione uideamus quid certum istic sibi beatus apostolus quidue fateatur incertum. raptum esse hominem scit, in corpore an extra corpus nescit. animaduerte iam aliud hic dici hominem, aliud corpus. ecce tamen discretum est, quid nescire apostolus, quid scire se dicat. excutiamus igitur utrum ex incorporeo corporeoue an ex utroque sit ita tenus nesciat, sicuti cum corpore an sine corpore sit raptus ignorat. scio, inquit, hominem raptum, sed siue in corpore siue extra corpus nescio. istic nunc animaduerti licet, quod is qui raptus est et raptum esse

13 II Cor. 12, 2

1 transeundi *Sch.* 2 omnes *ABD*, ominis *M* corporeae *A* incorporeae *A* creaturae *ADF* 3 quod non — redeundi *om. R* 4 distandi *p*^{2} 5 hinc *Galland.* 6 profectus *R*, p////fectus *S* 7 quod *BDE*^{1}*F* perficit *Mb*, perficit̃ *A*, perficitur *rell. et Sch.* 8 autem *Mb*, *om. rell. et Sch.* quod *BDE*^{1}*F* questiones *R*, questio//nes *S* 9 transmissimus *R* aliquod *BCGHLRS*^{1}, aliquibus *Mb* 10 iudiciis *ABDF* 13 $\overset{in}{se}$ *S* 17 corpus] corpore *CGHL* (*corr. man. rec.*) *RS*^{1} 18 *uerba* animaduerte — corpus *tituli* (*cap. XIII*) *loco exarata habent Mb, nisi quod M capituli numerum non addit* his *A*^{1}*BF*, *om. R*, est *G* 19 tamen *om. p*^{2} 23 istinc *R* 24 his *R*, iis *p*^{2} raptus *C* esse se — se esse *uncis inclusit Sch.*

se nouit, sentiens tamen non ipsum se esse corpus suum et sic cum eodemne an sine eodem raptus sit haesitat, se ipsum tamen raptum esse non dubitat. et cum istoc omne patescit obscurum, nempe is, qui seu cum corpore seu sine corpore sit raptus incertus est, incorporeum tamen esse et corpus habere se certus est, quia si non sine corpore raptus est, et corpus cum illo raptum est, et non tamen hoc est ipse quod corpus, cum quo raptus est. si sine corpore, multo potius intellegitur non esse corpus, quod potest esse sine corpore. scio, inquit, hominem raptum, sed siue in corpore siue extra corpus nescio, quod tale est ac si diceret: raptum me scio, sed cum corpore an sine corpore nescio. ergo etsi cum corpore raptus es, rapi tamen sine corpore potuisti. incorporeus igitur es etiam in corpore, si potuisti rapi sine corpore, quippe incorporeum corpori salua sui substantia uiuificandi eiusdem causa miscetur, ut autem corpus sine corpore sit, statuta rerum lege non sinitur.

XIII.

EX EVANGELIO DEO PRO INCORPORALITATE ANIMAE TESTE VTITVR.

Sed iam nunc testibus meis, praeconibus scilicet ueritatis, ad indubitatam fidem ueritas ipsa testificabitur. dicit in euan-

1 se nouit — ipsum se *om. R* 2 sic *M editores*, si *rell.* 3 raptum *om. libri praeter M et Sch.* istoc *Barthius*, istuc *libri et editores* 4 his *BCR*, est *G* seu *ante* sine *om. C* seu sine corpore *om, hoc loco et inserit* an sine corpore *post* raptus *Galland.* 5 sit *R* incorporeum — certus est *om. HLS* tunc *A* se habere *Sch.* 6 qui *ABDEF Sch.*, quae *R* si non *om. C*[1], sine *G* et *Mb*, *om. rell. et Sch.* 7 raptus *A* et *Mb*, *om. rell. et Sch.* 8 raptus *BMb*, raptum *rell. et Sch.* est] corpus *add. libri praeter M et Sch.* si *om. Mb* 12 cum] siue in *Mb* an — corpore] siue extra corpus *Mb* 13 est *p*[2] potuit *p*[2] 16 causam *CHL*[1]*S*[1] miscitur *BCG*[1]*HLRS*[1] 17 sinatur *AB* 21 ueritati *ABHLR* 22 ad *om. p*[2] euuangelio *S*

gelio dominus: nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. cur, quaeso te, animam occidere non potest qui occidere corpus potest, nisi quia forte anima non est corpus? tu uero dicis: corpus est quidem, sed tenuius, corpus est quidem, sed leuius. at egomet responsum refero: tenuius sit licet et leuius, sed tamen, si corpus est, occidi potest ab eo, a quo corpus occidi potest. de his nempe duobus agimus, anima uidelicet et corpore, quibus confit homo uisibilis. qui enim dixit: nolite timere eos, non dixit, qui occidunt spissius corpus, grauius corpus, sed qui occidunt corpus. et item non dixit, tenuius et leuius corpus, sed animam non possunt occidere. hoc nempe corporis nomine uiuens profecto corpus inclusit, quia nec occidi quid nisi uiuum potest, ac per hoc si anima corpus est uiuum, occidi ab illo potest, a quo potest corpus occidi. ueritas dicit: qui occidunt corpus, animam non possunt occidere. non est igitur corpus anima, quae occidi non potest a quibus corpus occidi potest. uerum quoniam leuanda est perpetuae lectionis onere legentis intentio, huiusce iam uoluminis iste sit finis.

1 Matth. 10, 28

1 timore *R* 2 te *om.* *A*[1] 6 leuius] sit *add.* *R* sed] si *C* 7 corpos *R* 9 conficit *B*, conficitur *DEFP*, cum sit *Rb* 10 dicit *S* spissius corpus] ipsius corporis *G* 11 et item] etenim *S* 12 corpus *om.* *Mb* 13 includit *C* 14 pro *R*, p *S* 16 sed *ante* ueritas *add.* *G* dicitur *BS*[1] animam] autem *add.* *R* 17 animam *S*[1] 18 potest] si quod est *add.* *Barthius* quod *BE*[1] 19 eleuanda *Mb*, alleuanda *Barthius*

CLAVDIANI MAMERTI DE STATV ANIMAE LIBER TERTIVS.

I.

DE LAZARI CORPORE QVALITER EXANIMATVM IACVERIT LOCALITER, CVM ANIMA INLOCALITER DISCESSERIT A CORPORE.

Editis in adstructionem ueri et merito pariter et numero satis ut arbitror idoneis uadibus restat nunc ut quae ex opusculo huius patroni corporis supersunt indiscussa uideamus, qui cum temeraria persuasione decernat animam corpore contineri, adsumpto in hoc idem euangelicae auctoritatis exemplo tamquam peremptorie argumentatur dicens corpus Lazari cum fuit mortuum fuisse sine uita idemque rediuiuum fuisse cum uita, ut per hoc anima localis esse credatur, quae recesserit corpore rursusque ad corpus accesserit.

1 INCIPIT LIBER TERTIVS CVIVS SVPRA *ABFM*, FINIT LIBER SECVNDVS INCIPIT LIBER TERTIVS *HL*, EXPLICIT LIBER II (*om. C*) INCIPIT LIBER TERTIVS *CG* 6 uatibus *Mb* 8 supersuasione *M*, psuassione *R* deornat *coni. Barthius* corpore contineri *E^2G*, localem *Sch.*, *om. rell. et b*, *quos si sequi uis*, *fortasse* decerpat *pro* decernat *scribendum* 9 et sumpto *R* in *om. ABDF* itemque *B* 11 uitam *R* 12 recessit *HLS*, decesserit *G* 13 a *ante* corpore *add. DS^2 Sch.* (*om. PT*) corpori *libri praeter $DEFGS^2$* rursusque *Sch.*, rurs' usque *Mb*, rursumque *rell.*

II.

DE ANIMA IN QVO SIMILITVDINEM DEI GERAT.

Atque ut uniuerso animarum generi in commune praescribat, ipsam nostri redemptoris animam localem esse pronuntiat formidabili scilicet atque ut autumat insolubili syllogismo: ut anima, ubi est, sit et non sit, ubi non est, tamquam nos eandem aut ubique aut nusquam esse dicamus, cum si ubique esset, deus esset, si nusquam esset, nihil esset. illa quidem non in toto mundo est tota, sed sicut deus ubique totus in uniuersitate, ita haec ubique tota inuenitur in corpore. et sicut deus nequaquam minore sui parte minorem mundi partem replet, maiore maiorem, sed totus in parte, totus in toto est, ita et haec non pro parte sui est in parte corporis. nec alia pars animae sentificat oculum et alia uiuificat digitum, sed sicut in oculo tota uiuit et per oculum tota uidet, ita et in digito tota uiuit et per digitum tota sentit. aut si fortassis sic tota in digito sentit, ut tota non sit in digito, sentit ergo tota, ubi tota non est, et est, ubi non est. aut igitur tota erit anima in corporis parte minima, cum nihilominus in toto sit tota, aut cum tota sentiat, ubi tota non est, est ergo tota, ubi non est tota. sed de hoc et in primo libro quam plura disserui et in secundi principio non pauca praemisi, in quae si quispiam sollerter intenderit, ad hunc uidelicet locum non rudis accedet.

2 *in medio demum enuntiato inde a uoce* formidabili *libri noui capituli initium ducunt* 3 ut *om.* AB^1Mb 4 ipsam] quoque *add.* *S* pronuntiatur B^1R 5 indissolubili p^2 6 et non — est] et nisi ubi est, non sit p^2 7 numquam *R* si////ubique (*erat* sibi) *R* 8 esset *post* nusquam *om.* *R Sch.* 9 ubique] est *add.* *R* 10 uniuersitatem *R* uniuersitate] est *add.* $A^1B^1C^1$ *Sch.* ita *in ras.* *A* haec — deus *om.* *A* 11 partem *R* 12 replet] et *add.* p^2 14 sanctificat *R* 16 per digitum] in digito *p* 21 qua plura *Mb*, complura *G*, quam pulchra *R*, quam plurima *S*, quam plurima *Barthius* 23 solerter *editores* ad — accedit *om.* *A* accedet p^2, accedat *G*, accedit *rell.*

difficillimum namque est incorporea contemplari, quia fallax uisus corporalium sensuum ita peccato oculum inbecillae mentis obnubit, ut, cum se uel deum contemplari uult, imaginum corporearum uelamen quod sibi praetexitur solum uideat, cum trans illud uidere non possit. quisquis ergo difficultate uisionis huius offenditur, studium atque opus insumat, non ut me calumniatum eat, sed ut purgari ualeat.

Nec tamen egomet ita sum oblitus mei, ut non languoris quam sanitatis amplius inesse mihi sentiam. uerum tamen hanc me opinionem qua corpus creditur anima cum puerilibus annis euasisse delectat, quia tunc, cum opinabar, utique nesciebam. opinari autem ignorantis est, ignorantia uero contraria scientiae: nescit ergo quisquis opinatur. hinc equidem factum est, ut scientiam prae opinione concupiscerem sciens nescire me, quoad usque opinabar. tu autem dicis, cum de animae substantia quaeramus, quod supra nos est nobis uideri non posse, cum supra nos ipsos ipsi non simus, et item quod agnosci posse negas quasi cognitum iudicas animamque corporis corpus esse confirmas. quod si sciens dicis, quia falsa sciri nequeunt, uerum dicis et, si hoc uerum dicis, animae substantiam nosci non posse mentiris. aut igitur falsum est animam corpus esse aut falsum est animae substantiam cognosci non posse. uides quo perducat opinio sequaces sui? nam quoniam

1 difficillimumque *Mb*, difficillimum quoque *Barthius*, nempe difficillimum *p*[2] 2 usus *G* ita] a *add. b* imbecillem p[2] 3 obnubilat *M*[2] *in marg. et b* uult *M editores*, uolet *rell.*, *unde conicias olim hic* uolt *scriptum fuisse* 4 uelaman *S* quo *Mb* 6 istudium *HL*, instudium *S* non ut me] ut me *M* (non *superscr. man. rec.*), ut ne *b* me *om. ABDEFp*[2] *Sch.* 7 calumpnia tumeat *DEFMb* 8 non *B* (tam *superscr.*) 9 sententiam *R* 10 creditur corpus *S* 11 quia tunc opinabar quod (quod *om. Barthius*) utique nesciebam (nec sciebam *Barthius*) *p Barthius* 12 ignorantis] nescientis *Mb*, ignorantis///// *S* contraria] est *add. Sch.* 13 hic *S* (n *superscr.*) 14 scientiae *Mb* 16 quaeraemus *B*, quaerimus *Sch.* 17 idē *L* 18 quāsi *AR*, quamsi *H*, qđsi *BF*, quasic *S* cognitam *A* 19 scire *A* 22 agnosci *LS* 23 quoniam] quod *BDEF*

nemo nisi ignarus opinatur et ignorantia est aduersa scientiae, tu, qui ex opinionis incerto uis certam ferre sententiam et de his uelut sciens pronuntiare quae nescis, conuinceris docere quod nescis. nescire igitur doces cumque nesciri posse dicis, docere praesumis. da nobis, quaesumus, ueniam nolentibus discere nescientiam.

III.

QVIA NON LOCALITER CORPVS CONTINET ANIMAM, SED ANIMA CONTINET CORPVS INLOCALITER ET OMNE QVOD EST AVT IN SE EST AVT SVBIECTVM AVT IN SVBIECTO EST.

Dicis ergo animam corpore contineri. numquidnam uel apostolicum illud tibi in mentem uenire non debuit, quod dictum est: et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur? omne quod est, ut breuiter dicamus, aut in se aut subiectum aut in subiecto est. in se est deus, in rebus corporalibus subiectum est corpus et color corporis in subiecto, in incorporeis animus et disciplina, quae ita sibi nexa sunt, ut nec sine colore corpus nec sine disciplina sit rationalis animus, modo tu uideris, qui animam corpus esse et eandem superiectam in subiecto corpore contineri credis, utrumnam probare ualeamus manere quod in subiecto est ipso intereunte subiecto, quia si corpore continetur, ipsa in suo superiecta subiecto est, nec manere poterit quae continetur illo pereunte qui continet. sed dicit apostolus

13 II Cor. 4, 16

2 tu qui *Mb*, tuque *rell.* ferre] facere *S* 3 cum uinceris *R* 4 cum quod *Sch.* nescire *libri praeter CGM* 5 dicere *p* 6 nescientia *ABHLRS* 12 mente *R* 13 corripitur *H* corrumpitur noster *S* 14 in////terior *R* dicam *libri praeter M et Sch.* 15 se] est *add.* *p*[2] 16 corporalibus *DEFS*, corporeis *Gb*, corporibus *rell.* 17 incorporeis] corporeis *p* 18 nexa] nota *p*[2] ut—corpus *om.* *M*[1] 19 rationalis *MRb*, rationabilis *rell. et Sch.* quia *libri praeter M* 21 prouare *H*[1], puocare *C* 22 interuente *R* 23 subiecto subiecta *A* potuit *R* 24 praeeunte *b* qui] quod *G*, quae *R*

ueterascente corpore renouari animam corruptoque solidari, non ergo corpore continetur.

Vereor ne et istic opinatus uidearis nouus academicus, qui et cum academicis nihil scias et de his quae nescis sine cunctatione definias. uide ne non corpus contineat animam, sed contineatur ab anima. hoc nempe corrupto illa solidatur, sicut illud itidem huius amissione dissoluitur. illa sine hoc uiuit melius, hoc sine illa nec peius. atque ut ex his duobus, quibus confit humana substantia, quid in quo sit non argumento solum uigeat, sed etiam auctoritate clarescat, propheticum quoque testimonium proferamus. ait namque: corpus quod corrumpitur adgrauat animam. ac nobis primum uidendum est, utrumnam illud adgrauet, quod in quoquam, an illud, in quo quidque est. si illud, in quo aliquid est, leuatur ergo pondere quidque oneratur. sin uero illud adgrauat, quod in aliquo, non illud, in quo aliquid est, magis in anima est corpus, quod adgrauat animam, quam in corpore anima, quae grauatur a corpore: onus uidelicet in portitore, non portitor in onere. quae cum ita sint, magnam animae auctoris sui inesse similitudinem maximo illud indicio est, quod pro similitudine sicut inlocaliter mundus in deo est, sic inlocaliter corpus in anima.

Nunc sciscitanti mihi peto respondeas: si localiter intra corpus est anima, quo modo continet corpus? notum nempe

11 Sap. 9, 15

1 ueterescente *CGHLRS* corrupto aeque *Mb* 3 opinatis *S* uideare *G* 4 et *ante* cum *om.* p^2 de cum *B* 5 uide] unde *B* 7 dissoluatur *A* 9 confit] cum sit *R* 10 solo *M editores praeter* p^2 12 nobis primum uidendum *M editores*, primum uidendum nobis *CG*, primum nobis uidendum *rell.* 13 grauet *Mb* 15 quicque *E Sch.*, quisque *CHLMb*, unusquisque *S*, quisquis *GR*, quique *A*, quinque *B*, quicque non *DF*, quicquam non p^2 aliud *ABCH*¹*RS*¹ 16 in quod *ABCH*¹*RS*¹ 17 grauat *A* 18 animã *R*¹ potitore *A*, portatore *b* 20 auctori *R* maxime *S* in *ante* illud *add.* *S*¹ 21 quo *B* similitudinem *R* 24 animam *R* nempe] quippe p^2

est corpore contineri nihil posse corporeum, nisi quod continet exterius sit et quod continetur interius. anima uero, ut adfirmas ipse, corporea quo modo intra corpus est ad id uiuificandum et extra corpus ad continendum? an forsitan sic exterius continet, ut exterius non sit? rursus igitur in illam redigimur difficultatem, ut anima aut sit inlocaliter extra corpus, ut contineat corpus, aut, si continet ubi non est, sit ubi non est. sed ratio haec te forsitan sui nouitate sollicitat. euigila paulisper ac, si potes, intuere: si non potes, admirare incorporei potentiam, ut corpus moueat stantem et non per loca loca quaelibet adeuntem in hisdemque locis inlocaliter agentem. istud si cernere quiueris, non nobis animam Lazari pro quadam abscedendi redeundique localitate ueluti quoddam corpus obpones, sed eandem corpus eius incorporeo uegetasse motu et inlocaliter excessisse rursumque ad illud inlocaliter redisse cognosces.

Iam si tibi uisionis huiusce sincerum ueritate claruerit, nulla quaestionis difficultate iactabere, quatenus anima corpore posito inlocaliter esse possit in mundo, quia sic erit inlocaliter in qualibet mundi parte, sicut inlocaliter fuit in corpore. tu uero in praeiudicium generis animarum omnium Christi quoque animam localem corporeamque pronuntias et corpus dicis esse animam redemptoris, cum non sit anima pecudis.

1 nil *ABDEFGR* nil *ante* nisi *add. L* 2 animā—corporeā *Mb* ut] quam *p*² adinfirmas *R*¹ 3 ipsa *B*²*DS* id *om. S* 4 et *om. Mb* si *CL*¹ interius continetur *G* 6 redimus *E* ut anima *G*, ů anima *E*, ut *Sch.*, *om. rell. et b* 8 forsitam *R* sollicitet *R Sch.* 9 si potis es *G* amirare *R* 10 per *CGMb*, *om. rell. et Sch.* 11 loca *Mb*, locos *CG*, locus *ABHLRS*, locis *DEFP Sch.* quilibet *B* adeundem *AB* iisdemque *p*² *Sch.*, his denique *R* 14 opponis *S* si *ABDEF* ei *ABH*¹, et *H*²*LS*, ē' *R* 15 uegitasse *RS*¹ localiter *ABH L*¹*RS* 16 rediisse *editores* cognoscis *ABCDHLRS* 17 huius//// *B* 18 iactauere *BCH*¹*R*, iactaturę *G* 19 $\overset{de}{\text{posito}}$ *B* 20 partem *R* sicut] his *R* localiter *G*

IIII.

QVIA SICVT CORPVS CVM LOCALE SIT INLOCALITER EST IN ANIMA, SIC MVNDVS CVM LOCALIS SIT INLOCALITER IN DEO EST.

Sed forte contendas, quo modo anima et in loco est et localis non est? et ego te mutua consultatione percontor, quo modo corporeus mundus et localis est et in loco non est? quod si mundum in loco esse responderis, nihilo segnius quaero, locus, in quo est mundus, extra mundum anne de mundo sit. si de mundo, non in illo mundus, sed in alio ipse cum mundo est, si extra mundum, rursus quaero, utrum locus, in quo est mundus, in loco sit. aut igitur loca, hoc est corpora infinita fateberis itaque deo, qui solus infinitus est, corpus aequabis aut mundum non in loco esse concedes. istam nunc ergo rationem mente pertracta et sicut tantum locorum tantumque spatiorum esse perspicis non in loco, ita illud, quod nullius est molis, nullius est spatii, intellege in loco esse posse sine loco, quia si illud, quod locale est, in loco non est, multo minus in loco est, quod locale non est.

2 *noui capituli initium non exarat Sch.* 5 sed] si *add.* *p*[2] in loco] inlocale *A* 6 muta *B* consolatione *Mb* percunctor *ABDEFR* 9 mundus est *libri praeter M* est *om. D* 10 in *ante* illo *om. A* 13 fateueris *CH*[1]*R* 14 aequabis *scripsi*, equaberis *LMb*, aequaueris *rell. et Sch.* aut] in *add. A* concedes *GHLMS*, concedis *R*, concedas *rell. et Sch.* 15 rationem ergo *ABDEF* ergo *om. G* 16 tantumque] tantum *R* prospicis *R* 17 nullus *BH*[1]*R* nullus *A* spatii est *S* in] illo *add. p* 19 non *om. Sch.* loco] non *add. M editores*

V.

QVIA SICVT ANIMA INLOCALITER DISCEDIT A CORPORE VT MORIATVR CORPVS, SIC DIVINITAS CHRISTI INLOCALITER DISCESSIT VT MORERETVR FILIVS DEI CHRISTVS IN CRVCE.

Sed istud quamlibet clareat intellegas necne, dubitauerim: illud quod eo usque est simplicis consequentiae, ut agnitio eius non dicam in promptu sit, sed ne uitari quidem facile ualeat, sic elapsum tibi satis mirari nequeo. dicis corpus Christi cum patibulo sublatum est animatum fuisse, exanimum uero cum sepulcro mandatum, propterque hoc quod negandum non est acuminis argumento tui localis erit animus, quia uiuificare Christi corpus alternauerit. sub huius ergo necessitate sententiae deum quoque profano ausu localem credemus, qui et in Christo, cum crucifixus est, fuit et eundem in passione dereliquit. ipse quoque dominus de cruce clamauit: deus meus, quare me dereliquisti? si enim non discessit, non dereliquit, si dereliquit, utique discessit. obice nunc igitur localitatem deo. contiguus uidelicet gradus est, ut ab iniuria similitudinis dei feraris in deum et qui infamas imaginem lacessias auctorem. sicut ergo inlocalitas deo non adimitur, quod hominem Christum discedendo deseruit, sic anima inlocalitatis priuilegium non amittit, cum corpore moriente discedit.

8 cf. pag. 13, 15   16 Matth. 27, 46; Marc. 15, 34

5 quamlibet *om. A*   clareat quamlibet *R*   nec dedubitauerim *M*, nec dubitauerim *RS*[1]*b*   6 illud] uero *add. Galland.*   consequentiae] intellegentiae *p*[2]   agnito *S*   7 prompto *A*, proto *B*, protu *R*, prōtu *H*, propatulo *b ex glossa in M superscripta*   quidest *A*   8 dicisque *Mb*, dicis itaque *Galland.*   10 mundatum *R*   14 credimus *libri praeter CGM et Sch.*   16 deus meus *bis S*   18 localitem *AG*   continuus *G*, contingnus *M*   20 lacessas *H*[1]*M*[1] *editores*, lacessasas *S*   21 admittitur *ABDEF*   22 diseruit *A*

VI.

QVIA NON MARIA GABRIELEM ANGELVM IN EA SVBSTANTIA QVA SPIRITVS EST VIDIT, SED EX EO QVOD DE AERE CORPVS VISIBILE TEMPORALITER SVMPSIT.

Hic iam nunc in angelorum statum superbus orator inueheris et Gabrielem tibi quasi quoddam linguae proludium deligis sic declamans: ipse beatissimus Gabriel, qui se ante deum adstare testatur, cum caelorum dominum Mariae infundendum uisceribus nuntiaret cumque sub dominicae oculis genitricis adstaret, sine dubio caelo deerat, maria non superuolabat, uacua atque diffusa uasti aeris non inplebat, sed ipsum tantum locum, in quo aderat, occupabat. dilata huius paululum discussione sententiae tantam aduersantium repugnantiam prolocutionum stupere me fateor. nunc aerem subtilem, nunc eundem uastum dicis, nunc magnum mundi locum, quem pro portione aeris elementum replet, poetica quadam licentia uacuum perhibes nec intellegis uacuum prorsus esse non posse, quia ubi est aliquid nonnihil est. aer uero nihil non est, igitur ubi aer est uacuum non est. sed nec illud uacuum recte potest dici, quod nihil est, quia quod nihil est recipere aliquid non potest. proinde uacuum non

7 cf. pag. 14, 18

5 in E^2G, *om. rell. et b*, ad *Sch.* statu *Mb* 6 gabrielum *ABCGHMS* praeludium *editores* 7 diligis *ABFHLRS* sic E^2G, et *Sch.*, *om. rell. et b* declamans *GLRS*, declamas *H*, declamas *rell. et editores* (sic clamas E^3, declamas E^1) 8 astare *D EFGHLS* 10 sibi *S* dominicae] praeceptione ordinationis *add. codices Claudiani Mam. in epistula Fausti* oculi *C* adsisteret *legitur in epistula Fausti* 13 illum *et* tantummodo *et* erat *legitur apud Faustum* 14 discussionē *A* sententiae discussione *R* 15 proloquitionem *R* 16 bastum BCH^1R 17 pro portione *Barthius*, proportione *libri* 18 peribes *BCFM*, phibens *R* intelleges *S* 21 posse *M editores*

est quod nullius capax est. illud uero quo spectat, quod matrem domini adpellare mauis poetarum more genitricem et absque uersibus poetice oratoriam texis? ego tamen non qualiter, sed quid loquaris inquiro atque ut respondeas quaeso. Cum beatissimus Gabriel ante oculos dominicae matris adsisteret, illudne in Gabriele Maria uidit, quo Gabriel deum uidet? quia si Mariae illud uisibile fuit, est ergo inlocale locali contemplabile. quod si est, inlocale non est: quia si quisque localis est, localiter uidet et adspiciens respicere non potest nisi partem. uidet igitur locum qui localiter uidet, quia pars locus est et locus locorum utique pars est et loca corpora sunt. et qui partem uidet parte sui uidet, nec uideri parte nisi pars potest, pars uero dei nulla est, quia inpartilis non habet partem. aut igitur Gabriel deum non uidet aut solidum uidet, nec integrum nisi de integro uideri potest. corpus uero nec integrum uideri nec uidere integrum potest, non igitur corpus est, unde Gabriel deum uidet, quia quo localiter Mariam Gabriel uidit et eum Maria localiter uidit, uidere inlocaliter nequit. sed ut tecum uerbo congrediar, si totus Gabriel non nisi corpus est pro distantia partium, nec totus est pes, nec totus est os, nec totus est oculus. quocirca quando Mariae uisus est, nec pede locutus nec ore uidit nec oculo stetit, sed pars unaquaeque membrorum qualitati

1 nullus *M*, ullius *Barthius* quod *FMRb Sch.* expectat *ABCHLMRSb Sch.* 2 audes *ante* mauis *add. b ex glossa marginali codicis M* mauis] maius *p²* poetico *p²* ore *Mb* genetrice *R* 3 poetae *A* 4 ut *om. G* 5 dominae *B*, domini *DE* 6 gabrielo (gabrihelo) *libri praeter DE* dominum *editores* 7 uidit *ABHLRS¹* inlocalem *R* 8 contemplabilem *R* locale *G* 9 quis, qui *Barthius* uidit *A¹BHLRS¹* 10 potest] totum *add. G* nisi *Mb*, *om. rell. et Sch.* partem igitur uidet locorum *G et E in marg. addens* 'al. cod.' quia *Sch.* uidit *R* 11 utrique *R Sch.* 12 partes (sui) *M² (in marg.) b Sch.*, partem *p²* uidit *S¹* 13 impartibile *b* 16 uideri *R* 17 dñm *AG* quod *GR* 18 uidet *ABHLRS (priore loco)* 21 est *ante* oculus *om. ABCFGHLS* 22 locutus] est *add. p²* 23 parsonaquaeque *B* unaquaque *FG* qualitatis *ABF*, qualitate *R*

suae conueniens gessit officium. ergo sicut localiter stetit et localiter sonuit, ita et localiter uidit.

Hic nunc pro fine quaestionis inquiro, utrumnam Gabriel angelus, ut tu autumas, solum corpus in contemplatione Mariae corporaliter occupatus uno eodemque uisu, uno atque eodem tempore inlocalem deum inlocaliter uiderit, quo localem Mariam localiter uidit. quod quia fieri pro corporei atque incorporei diuersitate non sinitur, restat ut aut Mariam Gabriel numquam uiderit aut deum uidere cessauerit. sed huic falso sententia ueritatis obsistit, qua dictum est: quia angeli eorum semper uident faciem patris mei. si semper uident, numquam non uident. sin autem quando Gabriel Mariam uidit deum uidere destitit, non ergo semper angeli deum uident. igitur aut quando Gabriel Mariam uidit deum uidere destitit, aut uerum non erit quod ueritas dixit. quapropter indissolubili, ut patet, ratione concluditur, quod quia locali uisu eodemque in Mariae contemplatione defixo angelus deum uidere non potuit et tamen tunc quoque Gabrieli deum uisum negare non licet, ne iuxta diaboli casum in miseria scilicet umquam non uidendi deum inmutabilis iam beatitudinis angeli natura deciderit, sit in eo corporea incorporeaque substantia: una qua uel uideatur corpori uel corporaliter uideat, altera qua incorporaliter incorporeum sine fine conspiciat.

10 Matth. 18, 10

4 tu *om. ABDEF*, tute *G* ut [autu]tumas *S* 6 quod *AR* 8 aut *om. Sch.* maria *R* 9 deum *om. p* uideri *C* 10 quia *ACH*^{1}*S* 11 mei] qui in caelis est *add. Sch.* 12 sint *A*, si *Mb* 13 desistit *BDF*, non destitit p^2 angeli] gabrihel *R* uidit *R* 14 uidere] non *add. G* desistit *B* 17 contemplationem *Mb* 18 tunc *om. p* gabrielo *ABCGHLMRSb* negari *Mb* 19 nec *Mb* causam *R Sch.* misterias licet *A*, miserias licet *BHLRS*, miseriā scilicet *DEF* 20 non *om. Mb* 21 [d]ceciderit *S* 22 qua uel uideatur] quia uideat *R* uideatur p^2 23 quae *libri praeter DEFM*

VII.

QVANTVM DISTET MATERIA INFORMIS A NIHILO VEL IAM FORMATA QVANTVM DISTET AB INFORMI.

Age nunc pro acumine excellentis ingenii proque causarum rerumque notitia indaga distingue pronuntia, quo differat materia informis a nihilo, quid sit inanimum idemque formatum, quid et formatum pariter et animatum, quid sit locus et tempus, qualiter localis motus subdatur etiam temporali, cum temporalis tantum non subiaceat etiam locali, quid sit stabilis motus quidue sit aeternitas, quid sit nusquam esse et nusquam non esse, quid numquam esse et numquam non esse: et de omnibus his rationis abditum quaerito quibusque substantia omnis includitur aliquid delige quod angelos esse decernas. nihilum certe non sunt, quia non nihil est quidquid est aliquid. informis materia non sunt, quia inter aliquid et nihil est informis materia. ecce a nihilo uix discessimus.

Iamque de inanimo formato unde tibi angelos placet esse tractemus. animaduerte nunc quod sicut informis materia, quae formabilis est, praestat nihilo, ita quod iam formatum est melius illo est, quod etsi formari potest, formatum non est. itemque sicuti id quod formatum est anteit illud quod formatum non est, ita inanimum quodcumque formatum cedit illi quod et formatum est pariter et animatum, quia sicuti

3 informi] de materia informi et nichil claudiani *add.* *M*

4 acumen *BCH^1R*, accum; *S* scellentis *BCHR* causalium *coni.* *Barthius* 5 rerum *Barthius* differat *Galland.*, differt *libri et b Sch.* 6 qui *BH^1R* inanimatum *b*, in animā *M* idestque *A* 8 subdat *R* 9 tamen *p^2* 11 sit *ante* numquam *add. libri praeter Mb et Sch.* quid sit numquam — non esse *om.* *R* 12 his] pg *add.* *G* his *om.* *R* abditum *M in textu*, aditum *M in marg. et b* 13 delege *RS^1* quid *editores* 15 materiae *S^2* non sunt — materia *om.* *R* 16 materia informis *S* 17 angelus *$ABCDE^1FRb$* 18 sicut] si *R* 19 qua *BCHLRS*, quia *ADEG* quā iam *C* 21 itemque — formatum non est *om.* *C* ante id *ABHLR* 23 quid *R*

formatum proximat formae, sic animatum proximat uitae. ac sicut tria sunt, informis materia formatum exanime rerum forma, sic itidem tria sunt, uiuificatum uiuificans uita. aliud est uita corporum, aliud uita uitarum. corpus est uiuens, anima uiua, deus est uita, ita scilicet ut anima quae in se uiua est corpori uita sit, ut sic corpus sine ipsa non uiuat, sicuti ipsa sine deo. intellege nunc angelis sanctis corpora tribuere ⟨esse⟩ uitam negare. ac per hoc cum quodlibet animatum duplicis constet esse substantiae et solum esse corpus angelos sentias, melior ergo uermiculus angelo, quia etsi habet angelus corporis formam, non habet uel sicut uermiculus uitam. nullum porro corpus ipsum sibi uita est, aliud namque est corpus, aliud uita corporis. aut igitur in angelo est uiuificans spiritus, aut angelus omni est uiuente deterior, aut cum omni creato uiuente sit potior, non quaecumque uita, sed beatissima illi uita est.

VIII.

QVOD ANGELI BONI SIVE MALI SPIRITVS SVNT NON CORPORA NEC ANGELVS VIDET DEVM PER CORPVS NEC HOMO CORPOREVS VIDET ANGELVM NISI ANGELVS ADSVMPSERIT VISIBILE CORPVS.

Est igitur in Gabriele et incorporeum quo incommutabiliter deum uideat et corpus quod uel Maria uiderit uel per quod Maria uideretur quodque subditum spiritui localiter gereret, quod gerendum in ipsa ueritate inlocaliter spiritus cognouisset.

2 materiae *B* 2 exanimae *ABCHL*, exanimę *MS*[1] 3 forma *om. R* idem *ABH*[1]*R*, item *LS* 5 uiua] uita *ABDEFP* est] et *add. Mb* 6 uita] unita *p* ipse *A*, anima *p*[2] 7 intellege] te *add. p*[2] nunc *om. R* 8 te *ante* tribuere *inserit Barthius* esse *addidi*, *om. libri* cum *om. R* 9 constat *ABDE*[1]*F* 10 angelos] angelis *editores praeter p*[2] 11 uel *om. S*, tamen *b* sicut *ABDEF* 13 angelos *BCDE*[1]*FHLR* 14 uiuenti *libri praeter G et b* aut] at *RS* 16 illa *Mb*, illi̇a *S* 21 gabrielo *ABCGHLMRS* 22 quo *A* uel *om. S* per *om. Mb* 23 a maria *b*

satis, ut arbitror, patet beatos angelos utriusque substantiae et incorporeos esse in ea sui parte, qua ipsis uisibilis deus est, et in ea itidem parte corporeos, qua hominibus sunt ipsi uisibiles, quoniam nec deus ab angelo per corpus nec angelus ab homine sine corpore uideri potest. quae cum ita sint, negari nequit diabolum quoque ex incorporeo corporeoque factum, utpote sanctis angelis concreatum, duplicis esse substantiae. qui postquam hydrope superbiae tumuit et inuidiae febre tabuit, sponte inlocaliter sanctitate prolapsus eaque localiter caelo non sponte deiectus, cum non angelus, sed bonus esse cessauerit, innocentiam perdidit, non naturam. proinde sicut angelorum multitudo quae perstitit in utroque sui beatificatur, ita quae destitit in sui utroque punietur. igitur haudquaquam recte duas in diabolo substantias infitiabere, quia etiam memet spreto necessarium profecto erit, ut tute cedas tibi et partem prosecutionum tuarum parte subplodas falsumque uero diruas. habet ergo diabolus, ipse tamen incorporeus, corpus suum, quia et sentire sine corpore corporea tormenta non poterit. et item qui sentit aliud est et per quod sentitur est aliud. quippe si animaduertis, tuomet ueritatem proloquio docebere. nempe dixisti: si ex hoc concreto aere diabolus corpus traxit, ergo alienum corpus

21 cf. pag. 15, 19

2 incorporeus *BR* sui *om. libri praeter M et Sch.* parte] in *add. C*, sub *add. rell. praeter GM et Sch.* ipsi p^2 3 corporeus BH^1R, corporeas *S* quia AH^1R ipsi *om. libri praeter M et Sch.* 4 inuisibiles *R* quod BDE^1F 6 negare ABH^1R 7 ut pute *LR* duplices *R* 8 id prope *M*, improbe *b* superbia *b* timuit *A* 9 eoque *Barthius* illocaliter p^2 10 e *ante* caelo *add. Mb*, de *add. Galland.* non *om. R* 12 persistit *Mb Sch.* beatificabitur *editores* 13 itaque *GM Rb* abstitit *G* punitur *M* 14 haudquaquam E^2G, hautquam DH^2LMS, autquam *rell.* in *om. S* inficihabere *A*, inficiauere CH^1R 15 quia etiam] et quia iam *Mb* pfecto *R* 16 partem *om. ABDF* persecutionum *libri praeter CGM* partem *b* 18 a *ante* corporea *add. A* 19 poterat *Mb* iterum *Mb* per *om. G* 20 tuotemet *R* 21 dixistis *R*

ad tormenta portabit, tamquam egomet istud umquam uspiamue dixerim. sed non infitias eo debitum, quod hoc argumento uictoriam nobis non sponte tribuisti. nempe cum dicis, quod diabolus non alienum corpus ad tormenta portabit, fateris scilicet, quod portabit suum. mea uero non refert, suumne alienumne corpus habeat, sed habeatne corpus, id refert mea. tu uero diabolum non tantum habere corpus, sed proprium habere nec fateris solum, sed etiam argumentaris. haec quippe sententia tua est: si ex hoc concreto aere diabolus corpus traxit, ergo alienum corpus ad tormenta portabit. certe qui portat est aliquid et quod portatur est aliquid. et cum dicitur, portat suum, aliud qui portat et aliud significatur esse quod portat. ex duplici igitur diabolus ac diuersa substantia est, quia cum corpus suum portat, non est ipse quod portat. aliud quippe est onus et portitor aliud. quocirca non ultra obluctabere nobis, si credas tibi, quoniam corpus et qui habet corpus substantialiter duo sunt et haec duo diuersa sunt, atque ut diuersa sint, unum erit incorporeum aliudque corporeum. igitur diabolus ex duplici diuersaque substantia et corporeus est et incorporeus.

VIIII.

QVOD SPIRITALITER NON CORPORALITER INTELLEGENDVM SIT, CVM LAZARVS IN SINV ABRAHAE ET DIVES IN INFERNO CHAOS INTERPOSITO INVICEM LOQVERENTVR.

Sed si super his redhibuimus uel aliqua ex parte rationem, illud chaos, quod inter sontes innoxiasque animas, sicut argu-

1 portauit *M editores praeter* p^2 stuc *H* 2 uspiamque p^2 debito *Mb*, debui *coni. Barthius*, te inuito *Hartelius* quo *Mb*, itaque *Barthius* 3 argumentam *A* 4 portauit *utroque loco M et editores praeter* p^2 6 suum nec *ABCH*^{1}*MRb* alienum *Mb*, alienumue *Sch.* habeatnec *Mb* 8 ne *AB* 9 tua *om. p* 10 trahit *S* portauit *M editores praeter* p^2 11 et quod — aliquid *om. R* 13 portat' *M*, portatur *HSb* 14 qui *BDF* 16 obluctauere *CH*^{1}*R*, obluctare *G* quod *BDE*^{1}*F* 25 si *om. Mb* rethicuimus *R*, reddibuim' *S* 26 cahos *M* ut noxiasque *B*

mentaris, intersitum locis merita secernit, sub ipsius capituli tui discussione uideamus. sic namque dissertas: si locales non sunt animae, quo modo peccatores a coetibus consortiisque iustorum uacuum illud chaos tristi interiectione discriminat, ut neque hinc illo possint accedere neque inde huc transmeare? istud euangelicae lectionis exemplum adempta dominici simplicitate sermonis pro adstruenda uidelicet animarum localitate posuisti. sed oraculi diuini sincerum in sui ueritate prolatum oppido patefaciet, quid istic sermo tuus uariauerit uitiauerit texerit. dicit in euangelio dominus: mortuus est pauper et sublatus est ab angelis in sinum Abrahae, mortuus est et diues et sepultus est in infernum. cumque esset in tormentis, uidit Abraham a longe et Lazarum in sinu eius et dicit: pater Abraham, mitte Lazarum ut intinguat minimum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. et respondit Abraham: memento, fili, quia recepisti bona in uita tua, similiter et Lazarus mala, et ideo nunc hic consolatur, tu uero cruciaris. et in his omnibus inter nos et uos chaos magnum firmatum est, ut neque hinc ad uos quisquam possit ire neque inde huc transmeare. istud nunc mihi secundum loca et tempora uel corpora dissere, istic sine alternamento reciproci aeris et organo pectoris et

2 cf. pag. 14, 5   11 Luc. 16, 22-26

4 uastum *est in epistula Fausti*   7 ademptam AB^1CHR, adeptã S, adepta b, ademptum T *Sch.*   10 patefaciat S, patefaciat p^2 stic HS^1 uitiauerit *om.* C 12 sinu $ABCDEFH^1R$ 13 inferno GH^1LS 14 *uidetur scribendum esse* uidet *propter sequens* dicit (*cf. etiam textum Graecum*)   eleazarum M *ubique*   15 abraham] miserere mei et *add.* p^2 16 intingat *editores*   minimum] extremum Sp^2 aqua $ABDEF$ 17 ut R lingua mea AB crucier A hac] ac B 20 hic nunc *libri praeter* CGM 21 uos et nos BEF 22 nos Cb *Sch.*   23 hu//c R stud H 24 tempora uel *om. libri praeter* Mb *et Sch.*   corporea Sp^2 25 stic BHL^1 reciprocaris b

tibia gutturis et oris cauo et linguae plectro per quamlibet corporalem, ut autumas, animam uerba uocibus effice, hic animae manum, cuius digiti minimum ambusti diuitis linguam refrigeraturus Lazarus aquae inmergat, ostende, hic de illo memet quasi corporeo Abrahae gremio corporale aliquid doce, ut et pro modo humani corporis sit angustum et capax possit esse multorum, et chaos illud uel tam exiguum, ut mutua quos dirimit uerba miscere queant, uel tam inmensum, ut transmeari nequeat. illud autem uel maximum quaero, diues ille, qui penes inferos gehennae incendiis aestuat, qui congredi Abraham sermone quiuerit, si loca beatitudinis non accessit? qui porro Abraham cum diuite sermocinatur, si inferna non adiit? animas nempe sanctorum in intimis paradisi sedibus non usque inprobabili sententia dicis habitare. proinde cum Abraham in paradiso et diues in inferno sic inmenso quodam intransmeabili ab inuicem disparati sint, ut itidem mutuo, tamquam nihil intersit, non contemplentur solum, sed etiam conloquantur, si haec localiter aestimanda sunt, alterutrum fateri cogeris aut Abraham et diuitem nec sermocinatos inuicem nec ab inuicem uisos, aut uel infernum in paradiso uel in inferno esse paradisum.

X.

QVO MODO SPIRITALITER ACCIPI ISTA QVAESTIO POSSIT.

Sed quoniam nec auctoritati diuinae peruicaciter obsisti potest nec miseris beatitudo misceri, proloquii huiusce perplexum

2 uocis *L* 4 refrigeratus *BDF* 5 aliquod *R* docet *AB HLRS*, docere̤ *D* 8 quo *BDEF* misceri *R* 9 transmeare *M* (*corr. in marg.*) *b* nequeant *BGM* (*corr. in marg.*) *b* 10 ęstuabat *G* 11 locale *R Sch.* 12 quid *M editores praeter p*[2], cum *BDF* si — adiit *om.* *ABDE*[1]*F* 14 usquequaque *editores* inprobabilis *BH*[1]*R* 18 colloquentur *B* 19 faceri *HL*[1], facere *ABDF*[1]*L*[2]*PR* 20 uiuos *C* paradisum *BHRS* uel — paradisum *om.* *HLS* 21 paradiso *B* 24 quod *BDEF* 25 miseriis *G et Barthius* proloqui *A* proloquiique *R Sch.* perflexum *G*

quia cum lippo imaginationum corporalium intro inspicere nequimus, semotis paululum locis corporibusque uideamus et, ubi itatenus inter quospiam iudicio discretos inmensum dicitur spatium, ut etiam sermonis possit esse commercium, animaduertamus non locorum distantiam, sed differentiam meritorum. cum iusto namque, quantum ad corpus spectat, localiter esse iniustus potest, iniustus uero esse in innocentia iusti, quoad usque iniustus est, non potest. unde quia post mortem nec paenitere cuiquam nec peccare possibile est, inter saluatos et perditos intransmeabile dicitur chaos indemutabilis status. tua igitur aduersus te fertur oratio, nempe testimonium, quod a nobis disparascere arbitrabaris, animaduertis nobiscum profectu disputationis unescere tibique tenuissimos sui tramites ad infinita inlocalium regionum spatia ducentes obuerso poste claudere, quia corporeae amplitudinis angustum incorporalium subtilitatum inmensa non capiens nec distantiam sine loco nec uerbum sine strepitu nec gremium sine spatio conplecti potest. porro autem corporea non sunt quaecumque ita sunt. animae uero Abrahae, Lazari et diuitis ita sunt, corporeae igitur non sunt. sed quae posthinc hisce similia secuntur minus profecto in confutationem sui penes consilii uigidos habere laboris debent. cordax quippe iudex rite uictum censet qui pro sui inbecillitate par uictis est. unde non sine pudore stupeo, quod pro conprobanda animae corporalitate

1 introspicere *p*² 2 nequiuimus *R Sch.* 3 eatenus *p*² 5 locarum *R* 6 spectat *E*²*G*, espectat *M*, expectat *rell.* 7 non *ante* potest *add. S* iniustos *H*, iniusto *B* 8 esse *b* 9 peniteri *S* 11 te igitur aduersus tua *G* aduersum *Mb* refertur *p* quoda// *R* 12 dispar asserere *Mb* arbitraberis *M*¹*b*, arbitrabere *G* nobiscum] cum *add. R* profectū *AB*, profecto *M* 13 unascere *A*, bene scire *M* (*corr. M*² *in marg.*), unestere *R*, unescere *S*, bene stare *b* tenuissimus *R* 14 post te *R* 18 corpora *ADEF*, corp' *B* 19 lazaro *R* ista *A* 20 sequuntur *E Sch.* 21 uigilos *b*, uigiles *p* 22 labores *AG* cordatus *b* uinctum *ABH*¹*R* cessit *R* 23 qui *Mb*, quod *rell. et Sch.* par uictus *b* uictisset *R*

subiungis: ecce anima si Alexandriam uel Hierosolymam cogitat et si per cogitationem tota sui praesentia illic interfuit, referat nobis situs locorum, uultus hominum, motus actusque populorum. non dispudet auctor huius sententiae exemptae animae corporalitatis capessere indicium, unde incorporalitatis uideri debuit argumentum?

XI.

QVOD ANIMAE VISIO SIT INTELLECTVS ET SICVT PER CORPVS VIDET CORPORALIA SIC PER SE VIDET SPIRITALIA, QVOD SI PER SE VIDISSET CORPORA FACILIVS SVA VISCERA VIDISSET.

Hactenus quidem de animi incorporea atque inlocali uisione disserui, ac liquido patuit eundem nulla mediante substantia aeterna semper atque inmutabilia contueri. igitur cum rationalis anima per se incorporeum atque inlocale conspiciat et ueritatem, quae deus est, a falsitate longe incorporea uisione discernat et nisi per corpus localia corporeaque non uideat, quaenam ratio est illis eandem credi similem, ad quae conspicienda interprete corpore utitur, et illis, quae per se contemplatur, iudicari dissimilem? animae uisio, ut saepe dictum est nec iterare piget, intellectus est. enimuero corporea intellegi nequeunt, sentiri ab anima per corpus queunt. anima uero sicut per corpus sentit ita per se intellegit, eorum quae sentiuntur atque intelleguntur substantia longe diuersa est.

1 cf. pag. 12, 4

4 motus *om.* *ABDEF* 5 non] nunc *Sch.* disputet *DFL* auctorem *b* 7 argumentis *libri praeter* *CE²GM et Sch.* 12 *a uerbis lin. 14* igitur cum *noui demum capituli initium sumit* *M* equidem *G* quidem de] quide inde *R* diuisione *R* 13 eandem *Mb* 14 semper] simul *Sch.* 15 conspicit *Sch.* 16 longo *A* 17 per] par *p²* 18 quaenam *Mb*, quaemalum *G*, quae horum *rell. et Sch.* illi se *AB* simile *R* atque *ABCG¹H¹S* 20 indicari *libri praeter* *G* 21 corpora *Mb* 22 sentire *ABH¹R* pro *R* 23 eorumq; (*sup.* ue) *M*, eorumque ue *b*, eorumque quae *p* 24 sentiunt *p²* et quae *p²*

quo fit ut anima, quia non est corpus, quaeque corporea nisi per corpus sentire non possit, uidere autem per se quae intellegenda sunt possit. tu uero nimis repugnante sententia corporea uoles intellegi et incorporea uideri? sed ne tibi animus humanus, quem corporeum credis, aut nihil aut non nisi corporea aut incorporea forte sola per sese, sicut naturae eius est proprium, uidere posse uideatur, trigeminum quaestionis huius, quoad strictim possimus, uentilemus obscurum. ergo igitur uideatne per sese humanus animus necne, uideamus. sed quoniam paene summum istiusce negotii istoc in loco uertitur, uigilacem uigilantemque simul quaero lectorem. uisus animi per corpus, qui homini belluaeque communis est, intendit sese atque exserit per ista haec puncta pupillarum uaporato cerebri anteriore uentriculo inuisibilibus uiscerum flammis inque radios porro usque promanans, si quid coloris aut formae obuium ceperit, concipit et uti cursu ita etiam recursu rapidis linearum meatibus recipit, itaque hoc illud est, quod uocatur uisus, sicut in primo libro disseruimus. per hunc ergo cum bellua humanus quoque animus nota ab ignotis, alba ab atris corpora secernit. huccine tenus est humani uisus animi? quo igitur iusta ab iniustis, a falsis uera diiudicat? an forsan uecordes oculati corporaliter iudicio credentur caecos anteire sapientes? sed uel Appium de Romano senatu uel Hermophi-

1 sit *R* quaequae *b*, quę neque *G* 2 possit (i *supra* e) *S* 4 uoles] uides *S* humanus animus *libri praeter M* 5 queris *Mb* corporea] III *add. BHLRS*, III (tria *supra*) *add. A* 8 a quo asstrictim *L*, // quo asstrictim *S* tritim *R* possumus *libri praeter GM et Sch.* igitur *om. p, uncis inclus. Sch.* 9 nec *B* necne uideamus *om. A* 10 summa *Barthius* huiusce p^2 istoc *G*, istuc *rell. et editores* inuestit' *R* 11 uigilacem] prudentem *b* uigilantemquia *BHLRS* 13 exerit *CEGLRSb*, exit *DF Sch. in notis*, erexit *AB* pupillorū *R* uaparato *AB* 15 porro usque] porosque *Sch.* 16 concepit *ABH*[1]*RS*[1] 17 recepit *ABHRS*[1] (*L deest*) 20 hoccine *DR*, hocine *ABCHS* (*L deest*), hoc in eo *Mb* huccine tenus est] hoc internus est p^2 quod *Sch.*, quid *R* 21 dilucidat *Mb* uecordis *ABH*[1]*RS*[1] 22 caeco *b* ceco sancte ire *M*, caeco stante ire *L*

lum de Graeco gymnasio uel Tobiam de prophetarum numero super ambiguo praesenti testes habeamus, quorum uel Appius eis, qui exterius clarerent oculis et interius caecuttirent, consilii lumen praebuit, uel Hermophilus Theopompum geometricam sine radio docuit, uel Tobias filio, dum caeli iter praeuius pandit, angelum comitem dedit. uidet igitur animus absque corpore nec corpulentum aliquid aut coloratum aut per loca distentum, sed ipsam ueritatem, quae summe incorporea deus est, incorporeo contemplatur obtutu. patet, ut arbitror, animum et per se incorporea et per corpus uidere corporea.

Sed illud adhuc propter tepidi iecoris homunculos discuti superest, utrumnam corporea per se pôssit humanus animus uidere sine corpore. nunc igitur adesto totus et quam potis es praesens fito. nempe, ut adstruis, humanus animus et ipse corporeus et saepto corporis exterioris inclusus si quid per se uidere corporeum potest, nihil illi scilicet uidere promptius est, quam corporis interna, quis clauditur. age, quaeso, intende in uiscera tua et in omnes admodum corporum partes istum quem dictitas animi corporalem uisum et de temet ipso renuntiato tibi nobisque dicito, quibus modis quoue situ triformitas cerebri coeat, iecoris massa iaceat, regula lienis haereat, stomachi libra pendeat, cordis plectrum feriat, qui uenarum tramites quaeue textura, quae neruorum origines quaeue conpages, quae ossuum coitio quaeue conpactio, quae pulmonum

3 extrinsecus *Mb* clarent *BG* cecutirent *D*[2]*E*, cicutirent *ABS*, cicuttirent *CFHLMR*, cęci utentur *G* 4 theopopū *BS* 5 ducuit *R* coelo *b* 6 uidet' *A* 7 ne *Mb*, *om.* *R* 11 gecoris *M* 13 ades *Mb* potes *M* (*superscr.* *M*[2] potis es) *b*, potis ē// *S* 14 finito *M*, fato *b*, sito *p*[2] nempe] namque *p*[2] 18 in *ante* uiscera *om. libri praeter* *E*[2]*G et b* 19 de *om.* *ABDE F* et demetipso *G* temetipsum *DEFH*[1] renuntiato *S* 20 mihi *p*[2] sitru *A* tiformitas *A*, informitas *E* 21 caelebri *AB*[1], celebri *HRS*[1] (*L deest*) gecoris *M* mussa *M superscripta glossa*: aequitas, norma, regula, *unde* amussis *b* lineis *A*, alienus *R* 24 ossuum *R*, ossū *M*, ossuū *S*, ossium *rell. et editores* conpactio *DEF*[1]*b*, c̄pinctio *S*, conpictio *rell. cum PT et Sch.*

caua, quae tortuosae botulorum enodibusque ligaturis explicitae inflexiones ac reflexiones. ecce quid negas arbitro super his responsa redhibere? cur igitur negas? quia uidelicet animus per sese corporea nequaquam uidet. sed cur uidere corporea nequaquam possit, quem non sine uisu esse iam constitit? nemo quidquam corporeum uidet, qui corporalem uisum non habet. animus autem, qui habet uisum et corporale nihil uidet, incorporaliter uidet, et incorporaliter uidere posse incorporalis est uisus, et incorporeum uisum nisi incorporeus non habet, et incorporaliter humanus animus uidet: incorporeus igitur est humanus animus. non ergo hisce friuolis sollititeris amplius, ut reare animum non esse illic ubi cogitat, quia contemplari per naturam nequit situs locorum, uultus hominum, motus actusque populorum, haec namque corporea sunt. porro autem animus incorporeus quod contra naturam sui est uidere non potest, eatenus tamen adest ubi cogitat, ut loca quae cogitat corporali uisione non cernat, sicut adest ubi uiuificat, ut ipsa quae uiuificat sui corporis interna non uideat. ac si usquequaque patet animum et corporea non posse uidere sine corpore et incorporea cum corpore uidere non posse, non diutius Alexandriae peregrinemur, sed ab Aegypto redeuntes transmisso errorum mari et emensa ignorantiae eremo ueritatis patriam atque uti terram repromissionis intremus non otiosi neque inertes, neque uero trepidantes, ut si quid falsiloqui uanitatis

1 tortuosa *ABCHMSb*, tortuoso *L*, tortulosa *R* botulorum *G Barthius*, *cf. Hauptius in Hermae uol. IIII 36*, batulorum *rell. et editores* enodib;q; eligaturis *M* enodibusque *b*, enodibus quae *rell. et Sch.* 2 reflectionis *R* arbitro *scripsi*, arbitror *libri et editores*, arbitrio *Barthius* 3 redibere *libri praeter AG* 4 nequam *CM*[1] 7 corporare *R* uidit *R* 11 fribolis *M*, fribulis *ABC H*[1]*R*, friuulis *LS*[1] sollicitерhis *A*, sollicitere *G* 14 corporalia *ABDEF*, corpora *R* 16 ut] uel *A* 18 sic *b* 19 petet *A* posse] p se *Mb* uidere non posse cum corpore *S* 21 ad alexandriae *B*, ad alexandriam *DEF Sch.* peregrinemus *HLRS* 22 em̄so *M*, emenso *b* 23 atque uti] tutique *coni. Barthius* 24 falsiloquii *ACDEFGHL*, falsiloq *S*, falsiloquae *Sch.*

uitio progenitum aut latere tenus adstrepuerit aut obuium sese dederit, Iesu praeuio et adiutore feriatur.

XII.

CONTRA EOS QVI DICVNT: ANIMA SIBI INCORPOREA EST, DEO CORPOREA.

Sed en aliquorumpiam qui interimunt animas garrientibus nugis etsi non sistimur ab itinere, lentamur tamen. sed insumere pauxillum temporis intertrimenti nihil est, quin porro iuuat, modo quid obuersum uero quidue diuersum eadem ueritas aut depellat aut proterat. et cum audio dicere quospiam qui et corporeas esse uolunt animas et easdem incorporeas negare non possunt, aliud ipsas animas sibi, aliud esse creatori: deo, inquiunt, animae corporeae sunt, uerum sibimet incorporeae, quod ita est ac si dicant animas et corporeas esse et incorporeas, aeternitatem porro testor, quod eo mihimet hisce inanibus respondere admodum labori est, quia nihil istic quicum congrediar, nihil quod medullitus eruam, nihil quicum certauisse exercitio, nihil profecto est quod uicisse uictoriae sit. ergo si anima corporea creatori et incorporea sibi est,

1 lateren' *S* adstrepuerit *E*[1]*b*, astrepuerit *GLT*, adstripuerit *M*, astripuerit *CS*, ariripueris *A*, astripueris *BH*[1]*R*, obstrepuerit *DP Sch.*, ostrepuerit (b) *F* o//uium *A*, obuiam *G* 2 hiesu *RS* 4 *ad hoc capitulum in M denuo numerus XI per errorem exaratus est, qui error etiam per sequentium capitulorum numeros manat* 6 en] in *coni. Hartelius* aliorumpiam *Barthius* interemptum *G* gerentibus *R* 8 pauxillum *Mb*, paxillum *E*, pausillum *rell.*, pusillum *Sch.* intertrementi *ACHLMRSb* qui in *BH*[1]*R* 9 qui *BL* 10 cum] iam *Barthius* *interpunctionem periodi ab* et cum audio *incipientis in libris et editionibus pessime turbatam ita correxi, ut uerbis demum lin. 18* uictoriae sit *periodum finiri statuerem* 13 dm̄ *R* 14 quo *B* et] esse *D* esse *om. AB DF* 16 laboris *Mb* istic] est *add. Mb* 17 cum quo *Mb* nihil] est *add. Mb* quocum *Mb*, quicumque *R* 18 exertitio *ABL*, exerticio *F*, exercicio *G*, exercitacio *Mb*, exercitis *'scriptura uetus' Sch.* 19 si *om. libri praeter M et Sch.* creatoris *RS* est *om. ABDFR Sch.*

duo haec quam sollerter discuti ratio indagandae ueritatis exposcit: aut uerum reuera est, quod incorporea sit anima, si hoc ipsum de se ipsa ueraciter nouit, aut item uerum est, quod corporea sit anima, si id penes animae constat auctorem. isti uerum dicunt et uerum est, quod anima incorporea sit, quia et istud in ueritate cognoscit, et item uerum est, quod anima corporea sit, quoniam animae creator id nouit, duoque et contraria usquequaque sibi et utraque uera esse contendunt, cum uerum nisi falso contrarium non sit. inlustris admodum ac praeclara disputatio, quae dum unam solamque ueritatem spernit duas sibi ueritates inuenit. ut tamen istos professionis suae nexibus teneam, penes hominem ipsis etiam fatentibus incorporeus est humanus animus.

Quoniam igitur super hac nobis quaestionis parte conuenit, restat ut doceant quatenus incorporalis substantia illi corporea sit, qui eandem incorpoream creauit. nec primum dico ita sit necne, sed in praesentiarum ita esse concedo, unde tamen ita esse nouerint quaero. si id diuinorum uoluminum literae continent legant, si quaepiam ratiocinatio suadet doceant, si dialecticen iuuat exercere conuincant. si horum nihil est, saltim sententiae concedant suae, ut qui in se incorporei sunt non extra se corporeos se esse credant, quia aliud extra se esse non potest qui extra se nihil esse potest. proinde animus, qui in se ipso incorporeus est, nequaquam potest extra se esse corporeus, quia nec auctor eius aliud illum nouit esse

1 sed *ante* duo *inserunt* *ABDEFR Sch.* indagante *C* 3 ipse ABH^1R, *om.* *DEF* ueraciter de se ipsa *S* 5 istū *A* 6 istud *Mb*, ipsum *rell. et Sch.* cognouit *L*, ea agnoscit *Barthius* 7 duo quidem *Sch.*, duo quem *R* 8 et] hęc *G* sibi usquequaque *S* et] hec *B* 11 istuc *ADF*, istius *HLRS*, istic *ex* istunc *B* 12 pedes $D^2E^1F^1$ *Sch.* hominum *libri praeter* CE^2GM *et Sch.* etiam *om.* *R Sch.* 15 incorporea *BCR* 17 impraesentiharum *C* concede *R* 18 nouerit *ABCHLRS* 19 quēpiam *S* rationatio *AG* 20 iubat CG^1H^1R, iubeat *ABD* E^1F 21 saltem *EFMb Sch.* corporei *p* 22 incorporeos p^2 esse se *libri praeter GM* credant -- qui extra se *om.* *R* 25 qui *B*

quam fecit, nec ille aliud se potest nosse quam factus est. ac per hoc si uerum nouit, cum se incorporeum nouit, ergo fallitur deus, si animum qui uere incorporeus est corporeum nouit: sed falli deus non potest, incorporeum igitur esse nouit animum, ne falsum sit uerum, quo se animus ueraciter incorporeum nouit. incorporeus ergo animus idcirco sibi est, quia et creatori. sicut enim terra idcirco homini terra, quia et deo terra est, et sicut aqua aer et ignis idcirco hoc ipsum homini sunt, quia et ipsum deo sunt, et sicuti omnia quae ueraciter innotuere homini hoc sunt in hominis notitia, quod sunt, ita scilicet humanus animus nequaquam potest et aliter esse et aliter deo notus esse. non enim ex rerum notitia est creatoris scientia, sed existentia rerum ex notitia creatoris. quocirca humanus animus nisi deo incorporeus esset, incorporeus esse non posset. quidquid enim quoquo modo incorporeum est, nullo modo potest esse corporeum. sed ne istic supra iusto diutius inmoremur, cedo etiam de illo quaeramus, quod nulla ex parte discussimus.

XIII.

QVOD EX DVABVS SVBSTANTIIS CONSTAT HOMO INMORTALI ET INLOCALI ANIMA ET MORTALI ET LOCALI CORPORE, ET SICVTI INMORTALITER ANIMA PATITVR, SIC INMORTALITER ET INLOCALITER GLORIATVR.

Dicis etenim: cum uerbi gratia Petri uel Pauli sibi speciem animus intra mentis arcana depingit, numquid statim intimas paradisi sedes ubi eos esse

24 cf. pag. 11, 14

1 ille] ipse *G* 2 si] se *p* 6 qui *R* 7 terra] est *add.* *p*[1] 8 ipso *C* 9 ipsi *A* sicut *R* ueracitur *R* 10 intuere *C* homines *R* quot *R* 11 humanus] hominis *p*[2] 12 natus *AB* creatori *R* 14 humanis *A* 15 possit *CMb* quo *R* 16 nec *ABDF*, in *p*[1] ista *Mb*, istis *p Sch.* supra *Barthio suspectum* iusta *p*[2] 17 cedo *Barthio suspectum* et iam *DM editores* etiam] et *add. R* 24 enim *CG* 25 archana *ARS* 26 esse *om. S*

nouit penetrauit? aut cum sibi in corde diuitis illius flammas ex lectione proposuit, numquid iam ad tormentorum eius loca ac uiuis inaccessibilia inferi profunda descendit? iam scilicet tibi, prout par fieri fuit, de incorporalibus animarum locis et de inferno atque paradiso et de animae sine corpore incorporali contuitu, cum de diuite illo et paupere uerba fecimus uel cum de animae duplici uisione tractauimus, responsa redhibui. quia uero nunc illud, quod inferna uiuis inaccessibilia esse dixisti, indiscussum restat, quatenus dixeris quaero, scilicet ex anima constamus et corpore. ac licet ambigat nemo quid inmortale in nobis quidue mortale sit, ego tamen tecum sic agam, ut de utra mauis respondeam. si ex neutra nostri substantia morimur, nihil nostrum ad inferna descendit, quia inferos uiuis inaccessos esse dixisti. si utraque morimur, ergo et corpus ad inferna descendit, nec longe nobis corporea haec inferna quaerenda sunt, quando quidem ipsum sepulcrum domini est locus inferni. sed hanc utramque absurditatem sententia sana respuit, ergo nec in utraque substantia morimur nec in utraque non morimur, uiuitque anima etiam posito corpore, quamlibet si per peccata deo suo priuetur mortua iure dicatur. credibile tamen prorsus non erit, quod peccatrix anima id ipsum ut anima sit amittat, cum etiam corpori mortuo corpus esse non pereat. ut enim moriatur corpus, cum uita omni

1 nouimus *GS et Faustus* 2 flammis *B* p̄posuit *Mb* 3 acui^{uis} *S* accessibilia *AB*, inaccessabilia *R* 4 inferni *p* discedit *R* 6 contuita *C*, intuitu *Mb*, contuitum *R* 7 facimus *BL* 8 responsū *ADEF* responde^{re} red///bui *B* 10 scilicet] an *add.* p^1 11 ac licet] adi& *R* 12 de utra] neutra *M* 13 utro *A*, utrā *BHRS*^{1} mauis] gratiā *add. R* neutro *AS*^{1}, neutram *R* nostri *CGM*, nostrae *ABR*, nostra *rell. et Sch.* substantiae *A* morimus *B* 14 infer//a *A* quia inferos — descendit *om. S* 15 dixi *Galland.* utroque *A* 19 ne *Mb* in *om. F* substantia — utraque *om. BDF* 20 non *om. A*, nunc *G* 21 peccatum *Mb* 23 amittatur *R* corpore p^2 24 omnia *DF*

amittit animam, anima uero animam non amittit. quocirca anima inmortalis est, corpus uero mortale. quodsi corpus inferna non ingreditur utpote sepulcro mandatum atque in diuersas mundi partes pro elementorum quae sibi in illud concinuerant diuersitate discerptum et animus non accedit inferna, quia sententia tua inferos uiuentibus claudit: aut nulli ergo sunt inferi aut ad eos hominum nemo descendit. atque ita fidei nostrae ratio periclitabitur, si nec redemptoris anima inferos adeundo redeundoque reserauit. satis est dici potuisse quaecumque illa inferna sunt uiuentibus inaccessa fore, cum constet eadem nisi uiuentibus adiri non posse.

Reminiscere nunc in id te statum tui posuisse tractatus, ut si quantitati uel localitati subiacere animam probare potuisses, de corporalitate eius tecum pars etiam diuersa sentiret. uerum si bene scriptorum tuorum recolis, animaduertere simul potes proposuisse te potius de quibus disputandum foret, quam de propositis disputasse nec te academicorum seniorum more nescientiam tuam scisse, sed iuxta sectae ipsius iuniores utrum scires aliquid ignorasse. quis autem positis temere duobus, in quibus necessario operis uniuersi corpus omne consistat, non utrumque primum, si queat, alterutrumque scilicet, si utrumque nequeat, enisu cuipiam si non probabile, certe credi-

1 amittat *BGS*^{1} anima *BDFH*^{1} anima] corpus *Mb* animam uero anima *D* 3 ut potest *A*, ut pute *R* 4 partes] uel *add.* *R* 5 concinuerant *scripsi coll. pag. 73, 10, ceterum hanc scriptam lectionem esse dicit Schottus in notis*, conciuerant *CM*, continuerant *b*, concitauerant *EG*, concitauerant *rell. et Sch. in textu, putabam olim* coiuerant *scribendum esse* discreptum *AB*, discretum *DEF Sch.* accedit] ad *add.* *E et p*^{2} 6 *uerba* quia—claudit *uncis inclusit Sch.* 10 refore *A* 11 constat *b* nisi uiuentibus adire *S* 12 potuisse *ABC*^{1} 13 localitate *ABH*^{1}*R* 14 diuersentiret *R* 15 potest *BH*^{1}*R* 17 praepositis *Ab*, p̄positis *BMR* hacademicorum *C*, achademicorum *S* 18 iuxte *A* 19 quid *A* añ positis *M*, antepositis *b* 20 consistit *BC*^{1}*D* *S*^{1} 21 alterutrum *libri praeter M et Sch.* 22 enisu] quis enim *b* cupiam *CR*, quippiam *Mb*, quopiam *GT Sch.*

bile faciat? duo haec in uictoriam nempe conueniunt, ut auctori probo causae probitas compos sit. horum minus uno uirtus actionis infringitur, si desit utrumque, cassatur. sic nunc equidem obliuiosum te pariter et ignarum defensorem nancta fallacia penes intellectu uigidos non solum illud negotii facessiuit, ut tibi super his credi non oportere pateat, sed ut ueritas, cui credendum semper est, clarior inlustriorque sub necessitate conflictus et conparatione falsitatis adpareat.

XIIII.

QVIA ANIMA IN CORPORE NON TENETVR INCLVSA NEC MOVETVR DE LOCO AD LOCVM, CVM MOVEATVR TEMPORALITER PER ADFECTVM.

Igitur qualitatem quantitatem et localitatem animae daturum te sponte professus es moxque subiungis: quo modo non localis sit, quae inserta membris et inligata uisceribus solis motibus uaga condicione substantiae tenetur inclusa? uix sane ut aliquid perperam forte sentires atque id ipsum ueri simile uideri contenderes, error unum ueniabile facere potest, aliud ignoratio erroris. uerum nunc miris modis stupeo te tam dissidentia tamque diuersa uno propemodum momento atque eodem paene uerbo dixisse: ergo inligata membris uaga est motibus, et item: motibus uaga condicione substantiae tene-

14 cf. pag. 11, 2

1 uictoria *Mb* auctori *M in textu*, uel uictori *M in marg. et b* 2 fit *R* minus horum si desit, uno uirtus actionis infringitur, si utrumque cassatur *Barthius* 3 instringitur *R* cassatur *GLS*, causatur *rell. et editores*, cessatur p^2 si *ABCHLRS* 4 obliuio sumpte *R*, obliui//sūte *S* ignorum *R* 5 nacta *DEFL editores*, na//cta *BHMS* intellectus *Sch.* rigidos *p* negotium *Sch.* 6 semper *b* 15 locali *R* est *legitur apud Faustum* 17 uix *DE*[1]*FP Sch.*, uis *Mb*, uir *rell. cum T* perferam *Mb* 18 uirisimile *R* 19 uenerabile *M* (*corr. in marg.*) 20 mirimodis *Sch.* tamquam dissidentia *R* tamquam diuersa *R* 23 et *om. ABDEF* condicionis *ABH*[1]*RS*, condicioni *L*

tur inclusa. si intra saeptum corporis, ut tu ais, anima mouetur, uidelicet stans mouetur, quod dici ratione non sinitur. sin uero extra corpus motibus differtur, inclusa igitur condicione substantiae non tenetur. quis autem dicit solis motibus uaga? quasi quidquam uagari possit inmotum aut non sit facilius moueri et non uagari, quod facit animus per adfectum, quia subiacet utique motui non secundum locum, quam uagari quippiam nec moueri, quod est utique proprium corporis, quia subiacet et motioni per locum. tu uero illam et stare uagam et uagari dicis inclusam, cum, sicut supra iam constitit, et moto corpore consistere et moueri possit inmoto.

En quatenus de localitate animae disputauisti, in hoc tamen temet ignauiae non arcesso. illud equidem nequiuisti, scilicet quod in hoc praesertim loco ne potissimus orator quisque potuisset, quantalibet enim dicendi copia praeditus adsertor falsi contra perspicuam ueritatem mentiri potest, fallere non potest. de quantitate autem cur te disputaturum spoponderis nihilque de eadem disserueris, non possum obliuionis fuisse dicere, cum satis constet ne nomen eius nisi ex memoria potuisse proferri. illud ergo magis credendum est te non noluisse aut oblitum fuisse dicere, sed nihil quod diceres inuenisse. quid itidem congruit uel in disputationem uocare reticenda uel reticere proposita? iam de qualitate controuersia non erit, cui animam subiacere non renui, quae scilicet si, ut quantitatis, ita etiam

1 tute *G* ais (g *in ras.*) *B*, agis *R* 2 stans] flens *G* ratio *A* 3 si *Mb* defertur E^2*S Sch.*, differtur (de *supra*) *L* inclasa (u *supra*) *S* 7 quia] qui *p* subiaceat B^1 9 subiaceat B^1 et *post* subiacet *om. libri praeter M et Sch.* 10 uagare *R* 11 moto] nemo *ABDF* immota p^2 12 lacalitate *R* atamen *A* 14 praeseram *B*, praesenti *M* (*corr. in marg.*) *editores*, erat praesens *D*, praesens erat *EF* nec *Mb* 15 adserto *R* 16 p̄spicuam *M*, spicuam *R* mentire *R* 17 quantite *A* 19 satis constet] stet *R* ne nm̄n *M*, neminem *b* proferre *R* 20 ergo magis] enim mage *G* noluise *ex* uoluisse *M*, uoluisse *b* ablitũ (o *supra*) *S* 21 quid] cur p^2 ididem *A*H^1*M*, id itidem p^2 22 redicenda *BD*E^1*F*H^1*R*, dicenda *Sch.* 23 animum *ABD*E^1*F* 24 renui E^1*GM*, rennuit *CR*, renuit *rell. et Sch.* quae] si *add. libri praeter AM et Sch.* sicuti *libri praeter M*, sicut *Sch.*

qualitatis expers esset, profecto enim deus esset, identidemque si, ut qualitati, ita etiam quantitati cederet, corpus esset. nunc uero medioximum quiddam naturae incorporeae, sed creatae sortita nec deus est, quoniam qualitatem habet, nec corpus, quia non habet quantitatem.

Et quoniam uti agitatis retro disputationibus edocuimus nimis late patet in huiusce ⟨modi⟩ quaestionibus inmensum, principalium origines conplexa causarum inspici porro intus usque nequaquam potest, nisi duplicis creaturam substantiae, quoad homini posse fas siuit, adhibito iudicii libramine secernas, aut usquequaque cessandum est aut istis illuc lineis adeundum, ut primum ab incorporeo corpus dirimas, dehinc sicut in ipso omnimodo corporum genere atris splendentia, sublimia depressis, pretiosa uilibus anteponis, ita etiam in incorporeis quae creata sunt humanas belluinis, in ipsis itidem quae humanae sunt prudentes stolidis, in his porro itidem quae natura uigent doctas indoctis animas anteuertas.

1 enim *om. Sch.*, etiam *p*² 2 si ut] sic *G*, sicut *LS*, si aut *B* qualitatē *A* 5 quoniam *RS* quantitem *A* 6 *a uerbis* et quoniam *noui capituli initium facit Sch.* 7 in *om. libri praeter M et Sch.* modi *addidi*, *om. libri* quaestionis *DEFGS*²*p*² *Sch.* inmensum] quę *add. G* 8 origenis *S* complexae *Barthius*, complexas *Sch. in notis* *post* causarum *grauioris interpunctionis signum, quod retinent editores, sustuli* 9 creaturam substantiae *Mb*, creaturae substantiam *rell. et Sch.* quod *BDEF*, quę *Mb* 10 hominē *R* fas siuit] assuit *b*, fas fuit *coni. Sch.*, fas sinit *p*² secernas *CGMb Sch.*, secernet *A*, secernit *S*, secernat *rell.* secernas] ea *add. libri praeter CGM et Sch.* 11 aut] eaut *S*, ut *BHLR* aut usque] cautusque *G* istius *M* 12 deinde *L* in ipso *om. R* 13 spendentia *B* 15 ididem *R* 16 itidem *om. S* 17 doctos *S* indoctas *R* anteponas *p*²

XV.

QVIA SOL ET LVNA VEL SIDERA CORPORA TANTVM SVNT, NON HABENT SPIRITVS, ET SICVT CORPVS MELI⟨VS INFERI⟩ORI CORPORI PRAEPONITVR, ITA SPIRITVS MELIOR INFERIORI SPIRITVI PRAEPONITVR.

Sicuti enim sol corpus est et saxum quodlibet longe disparile huic perinde tamen corpus est, sic equidem omnigenum natura uitarum incorporea scilicet omnis est. sed sicut corpus corpore praecellitur, cum tamen utrumque sit corpus, sic animus animo antefertur, cum tamen utrumque sit animus. et iterum opulens negotium et dites causae ad dicendum proliciunt et paene blanditer obuiae suapte specie describi sese quaesunt atque etiam cogunt. sed hasce excellentias et praeeminentias ac supremitates illi potissimum illi adeant, si qui illi sunt quos a r d e n s e u e x i t i n a e t h e r a u i r t u s. uerum enim-uero mihi in praesentiarum huic de statu animae quaestioni, prout ille proposuit, quocum congressi sumus, et aliquanto forsan plusculum respondere mihi prouincia fuit: quod rectene an secus fecerim, aequus et doctus arbiter iudicabit.

15 Verg. Aen. VI 130

3 melius inferiori *scripsi*, meliori *Mb* 6 sexum *S* 8 scilicet incorporea *S* corpori *ABCHMRSb* (*L deest*) 9 praecellit *M* corpus — sit *add. C*[2] sic] sit *R* 10 animo *om. Galland.* 11 discendum *p*[1] praeliciunt *b*, prosiliunt *p*[1] 12 pone *G*. blandiuntur *p*[1] obuia *G* suapte *G*, subapta *Mb*, subapte *rell. cum PT* suapte] ob *add. ABCHLRS* speciē *S*[1] discribisse se *R* 13 atque *om. R* praeminentias *ARS* 14 *alterum* illi *om. b*, *superscr. in L* 17 pro *omisso* ut *AB* quicum *G* 18 plusculum *DEFG*, flosculum *rell. et b*, ploscuium *suspicatur Sch.* recte *C* 19 et doctus] edoctus *R*

XVI.

SVPERIORVM IN BREVI RECAPITVLATIO LIBRORVM.

Verum quoniam multa, quae sub huiusce discussione quaestionis ubiubi disputauimus, non usque faciliter memoria conplecti cognitor potest, quae sparsim edissertata quaeque, uti arbitror, euicta sunt collectim strictimque et ueluti punctatim sub mentis oculum redegi et reuisenda simul renoscendaque congessi.

1. De incorporeo.

Deus incorporeus est, imago autem dei humanus animus, quoniam ad similitudinem et imaginem dei factus est homo. enimuero imago incorporei corpus esse non potest, igitur quia imago dei est humanus animus, incorporeus est animus humanus.

2. De uita.

Omne inlocale incorporeum quoque est, porro uita corporis anima est et in corpore uiuente tam uiuit pars minima corporis, quam totum corpus. tantum ergo uitae in parte corporis est, quantum in toto corpore, et uita haec anima est, nec locale est quod tam magnum est in toto quam in aliquo et tam magnum in paruo quam in magno. non igitur localis est animus, et quidquid inlocale est corporeum non est: igitur anima corpus non est.

3 discussione *om.* M^1 (*superscr. man. rec.*) *b* 4 ubiubi *B*, ubi *CGR* feliciter *LS* 5 disparsim *ABEF*, dispersim *D* et dissertata *M editores*, edisserta *A*, dissertata *R* 6 striuctimque *S*, districtimque p^2 7 oculo *Mb* redigi $BDEFHLRS^1$ recognoscendaque *G Sch.* 8 congressi *L* 17 uiuat p^2 minima pars *S* 20 ne *B* in *ante* toto *om.* *C* 21 par$\overset{u}{o}$ *S* 22 animus *om.* *BDEF* locale *C*

3. De ratione.

Item ratiocinatur anima rationalis et substantialiter inest animae ratiocinari et ratio incorporalis atque inlocalis est: igitur incorporalis est anima.

4. De uoluntate.

Item uoluntas animae substantia eius est et, si tota uult anima, tota uoluntas est et uoluntas corpus non est: igitur anima non est corpus.

5. De memoria.

Item memoria inlocalis quaedam capacitas est, quae nec multitudine recordabilium distenditur nec paucitate tenuatur et incorporaliter etiam corporalium reminiscitur. et cum meminit animus, totus meminit et totus memoria est qui meminit totus et memoria corpus non est: non igitur corpus est animus.

6. De tactu.

Item corpus in parte sui tactum ibi sentit, ubi tangitur, animus autem per non totum corpus, hoc est per partem corporis totus sentit, huius modi uero sensus inlocalis est et omne inlocale incorporeum est: incorporea ergo est omnis anima.

7. De accessu ac recessu.

Item corpus nec adpropinquat deo nec recedit a deo, animus autem et proximat et longinquat inlocaliter: igitur animus corpus non est.

8. De motu.

Item corpus mouetur per locum, animus autem per eundem non mouetur: animus igitur non est corpus.

2 rationatur *RS* rationabilis *R* 3 rationari *AS*[1] 12 incorporabiliter *A*, corporaliter *G* incorporalium *B* 13 quia *S* 17 partes *AB*[1]*DEFH*[1] ibi *om.* *S* 18 autem *om.* *AB DEFR Sch.* non per *D* 22 accessu] cessu *ABCH*[1]*R*

9. De mensura.

Item longitudo latitudo et altitudo in corpore sunt et quidquid hisce caret corpus non est, hisce autem caret animus: corpus igitur non est.

10. De dextro et sinistro.

Dextrum sinistrum, sursum deorsum, anterius et posterius in omni sunt corpore, in nulla autem sunt anima: incorporea igitur omnis est anima.

En quousque ex omni scilicet disputationum nostrarum parte contraximus quidquid toto opere moliti sumus, quoniam quod istic quam breuissime recapitulauimus nisi praemissis disputationibus fieri probabile non quiuit, quamquam si negotium tantum adsertor idoneus nanctus esset, non sicuti egomet dignitatem causae admodum inpari oratione dehonorauisset. neque uero ipse aliquanto latius prolixiusque hanc eandem quaestionem agitare non potui. uerum scilicet par fuit quoad aduersarius reniti ualuit eo usque proeliari aut quoad in fugam cessit tergum praebere et manu captum plumbeis pugionibus exarmare. ulterius porro progredi et in auras tela iacere et sine hoste pugnare cassa contentio est et uirium frustratio, quod ita erit ingloriosum, ut inlaboriosum.

2 et *om.* *ABDEF* 5 sinixtro *M* 6 sinixtrum *M* 9 en] et *BDEF* 10 conteximus *C* quid *C* quod *Sch.*, quae *libri et b* 11 quam] cum *B*, *om.* *DEF* disputauerimus p^2 13 tantum *om.* *ABDEF* na//ctus *H*, nactus *DEFLS editores* 14 hon$\overset{o}{e}$rauisset *S* 16 quo *AGS*, quod ad *Mb* 17 aduersarios *ABCGH¹MRb* quo *G Sch.*, *om.* *R* in *om.* *CG* 19 aura *L* auras$\overset{ia}{te}$ *S*, auia stella *R* 20 conitio *G* 21 ingłosum *Mb*, inglorium *rell. et Sch.* ut inlaboriosum *G*, et inlaboriosum *C*, ut laboriosum *rell. et Sch.*

XVII.

CONTRA FASTIDIOSVM ET CALVMNIATOREM HORVM LIBRORVM QVALITER DEVINCATVR DE MVNDO PROPOSVIT CONPARATIONEM.

Quid tu igitur, ait aliquis, per haec tria uolumina aduersum breuem paginam spatiatus es, si uerbum uerbo satis? sed non id negotii est fallaciam struere, quod destruere. neget quispiam sphaeram esse mundum: uno quidem hoc ille uerbo negauerit, sed non id uno item uerbo uel Timaeus adstruxerit. proinde quidquid illud ampliuscule sermocinati sumus, non modo sola falsi confutatio, sed ueri etiam coegit adstructio. quippe diuersum est dedocere noxia et utilia docere, nec hoc idem est sentem solo uellere, quod frugem iacere, non ergo id ipsum est eruere uitium, quod serere uirtutem. multo igitur amplius operae insumendum est in utroque horum, quam in alterutrum. porro autem cum utraque agitare mihi prouincia fuerit, in tam praepedito negotio praesertim magis mira est parcitas quam prolixitas. nam cum sese undeunde clarescentes atque ostentantes proderent aliasque multipliciter progignerent, latius dicendae causae praescripsi numerum, modum statui, limitem fixi, ne uel in aciem plures necessario proferrem uel diutius rato certarem uel longius iusto procederem.

4 ait] aut *B*H^1*R*, ut *A* aduersus *libri praeter CGM et Sch.* 6 negotium *R* dextruere *M*, destrue *R* 7 spaeram *AC*, speram *GHLRS* 8 negauerat *B* 9 *uerbis* sermocinati sumus *desinit codex R* 15 alterutro p^2, *fortasse* utrumque *in lin. antecedente scribendum* in *ante* utraque *add. Mb* 16 praepedito *b*, predito *M*, praediti *G*, praedici *C*, praedicti *ABHS* (*L deest*), praedicto *DEF*, praedicti laboris *Sch. e cod. T* 17 unde *CFG*, undecunde p^2 18 proderint *ABCD*H^1, prodiderint *Mb* aliusque *ABHLS*, aliosque *DEF*, aliaque *G* multiplicer *B*, multiplices *DEF* aliasque multipliciter pgignerint *om.* M^1, *add.* M^2 *in marg.* 19 progenuerint *b* discendae *Mb* 21 certiorē *S*, certiorem *L* procederemus *L*

XVIII.

IN FINE HVIVS LIBRI VENIAM A SVO PETIT CONFLICTORE ET INTER VTRVMQVE CERTAMEN IPSVM DELIGIT IVDICEM.

Te nunc, quisque ille es aduersus cuius scripta nosmet iniuria scriptorum tuorum dicere conpulit, oro quaesoque non obirascaris mihi, neque enim conuicium rettuli neque rependi maledictum. solam tibi pro falsitate ueritatem haud pari uicissitudine reponderaui, illis ego quae, quo magis tua, tibi magis noxia sunt aduersarius sum eroque atque uti eisdem ipse quoque aduersere causa tui suadeo. pauca haec et exilia, prout arctum temporis siuit, responsa redhibui, tu tecum utrumque pensato et inter me teque personam iudicis sumito adhibetoque iustitiae libram. si lanx nostra pronior et uero grauior, non pigeat neque pudeat a transfugio refugium facere et a falsitate sub ueritate cedere. sin, quod ego nolim nec faxis persuasu istuc, uti⟨que⟩ obstinatio est, edito pro sententia tua aliquid publicitus lectitandum neque nomen occulito:

2 a suo — conflictore] suo — conflictori *M* 4 quisquis *p* scripta *om. L* 5 iniuriū *LS*, iniuriā *Mb* compluit *B*, comlit *A* 6 redtuli *BH*, rectuli *A*, retuli *rell. et editores* 7 aut *ABCGH*, haut *S* par *p* 8 ego quae] ergo quae *B*, egoque *b* quae *om. Sch.* quo *om.* p^2 tua tibi *in ras. B* 9 *alterum* magis *om. G et p* eiusdem *BC* 10 aduersare *A Mb* causis tuis *Mb* 11 sinit *Galland.* 12 summito *M*, submitto *b* 13 adhibitoque *libri et editores, corr. Barthius* iustitiae] si *add. A* lanx E^2, lancx *C*, lanxe *G*, lance *rell.* nrę *G* 14 repugium *ABCHL*, repudium *Sch.* 15 sin *DEF*, sint *rell.* quo *ABCGH*¹*M* nullim *A* ne faxis *G*, ne factis *M*, nefastis *b* 16 per suasu istuc *HLS*, istuc persuasu *Sch. e codice T*, pro suasu istuc *ABC*, persuasum istuc *DEF*, ꝑ sua suasti hoc *G*, ꝑ suasū istud *M*, istis persuasum est *b* utique *scripsi*, uti *libri et editores* edito] et ita *M*, *corr.* M^2 *in marg.* pro sententia tua aliquid *scripsi*, pro sententia tua *DGM*, pro (pre *F*) sententiā liquid (aliquid *E*) *CEFHLS*, ꝑsentia liquid *A*, ꝑsentiā liquid *B*, pro me sententiam liquido *Sch.* 17 publistitus *S* lectitandam *Sch.* occulito *GMb Sch.*, occuli *ABH* (*L deest*), oculi *S*, ocule *DF*, occule *E*, oculo *C* occulito] respondebimus *add. b*, quo *add. ABHLS*, cum *add. DEF*, quoniam quo *add. Sch.*

modo compos nostri deus et uita sit, quoniam altrinsecus continuati uiarum periculum fecimus, experiere scilicet, ueritatis uis quanta sit in excidio falsitatis.

